1:
34200

PET.
Mars.
in. Sil.
Ital.

1ª
34200

Num. 30. car. 6. num. 2.

b16657457

# Que hōc libro contineātur

Sillij italici Vita ex Petro Crinito & Petro Marſo. Secundi belli punici compendium ex Marſo. Sillij italici vatis hiſtoriciꝗ clariſſimi Libri decem & ſeptē cum huberrimis petri Marſi cōmentarijs ad amuſſim emūcti nuſq̃ citra alpes Impreſſi.




Veneunt Ab honeſtiſſimo bibliopola Pōcio Probo Via diui Iacobi e Regione mathurinorū ad lupi quadrupedis interſignium.

## Petrus crinitus.li.quarto de poetis latinis

Syllius Italicus poeta Heroicus ex Hiſpania oriundus traditur deducto genere ab italica
vrbe nobili:vnde cognomen reportauit: Sed Romę natꝰ eſt (vt creditur) atq; etiam edu
catus.Neq; obſcura fama eſt principio adoleſcētię prę ſe tuliſſe optimam indolem ca-
piendis litteris:cumq; ſtudio & diligentia vehementer præſtaret breui conſequutus eſt:
vt Romę haberetur inter pręcipuos oratores:Nam magna ſolertia:& incredibili cura cōatus eſt ex
primere Marci Tullij eloquentiā:quē prę cęteris omnibus ſibi propoſuerat ad imitandum.Sub im
peratore Nerone dicitur famam ſuam læſiſſe accuſatis atq; inſimulatis non nullis apud ſęuiſſimū
principem.Cum Vitellio geſſit ſe prudenter & egregia vitę honeſtate.Mox factus eſt Aſię procon
ſul:in quo manifeſto apparuit:quanta modeſtia pręſtaret:vt qui eam dignitatem geſſerit ſingulari
continentia & integritate maxima.Domitiano Auguſto gratiſſimus fuit:eo auctore perductus eſt
ad tertium conſulatum honeſtiſſimis ſuffragijs:De quo leguntur ad huc verſiculi poetæ Martialis:
quibus venerationem ſuam profitetur.

Auguſto pia Thura:victimaſq;
Pro noſtro date Silio Camœnæ
Biſſenos iubet en redire faſces
Noto conſule:nobiliq; virga
Vatis Caſtiliam domum ſonare
Rerum prima ſalus & vna Cæſar
Gaudenti ſupereſt adhuc quod optet.
Felix purpura : tertiuſq; conſul.

Caius plinius permulta refert de poeta Silio in epiſtolis:qua in re minime alienum fuerit particulā
ſubijcerę:quo facilius atq; cumulatius percipiatur q̄ eleganti ingenio fuerit atq; ſtudioſo in proſe-
quendis optimis exemplis. Plures villas (inquit) poſſidebat:adamatiſq; nouis priores negligebat:
multumq; vbiq; librorum:multumq; ſtatuarum:multumq; imaginum.quas non habebat modo ve
rumetiam venerabatur. Vergilij ante omnes cuius natalem religioſius q̄ ſuum celebrat:maximeq;
Neopolim: vbi monumentū eius adire vt templum ſolebat. Opus compoſuit libris. xvij. de bello
nico Secūdo nō vulgari neq; abſurdo carmīe:& ſi illud maiore cura (vt traditur) q̄ ingenio perfecit
Pręcipue Maronem imitatus eſt:cuius ingenium atq; feliciſſimā maieſtatem admirabatur indeſcri
bendis carminibus. De hoc poemate Sillij Valerius Marcialis ſic refert.

Sili caſtalidum decus ſororum
Qui periuria barbaris furoris
Ingenti premis ore:perfidoſq;
Faſtus Hannibalis:leueſq; pœnos
Magnis cedere cogis aphricanis
Noſtris ocia cōmoda Camœnis.

Complura leguntur apud eundē Martialem de laude ingenij atq; optimæ eruditionis Sillij: quæ
hoc loco prætermittimus.In agro Neapolitano prædium habuit.inquo cum frequenter ſecederet:
maxima animi voluptate conſueuit ſuum otium tranſigere. Neq; dubium eſt eundem ad extremā
pene ſenectutem deueniſſe:vt qui maior ſeptuagenario vitam finierit:nā morbo detentus inſanabi
lis claui ſingulari cōſtantia obitum præpoſuit. Felix prope modum ac beatus vſq; ad extremum
diem:vt copioſe relatum eſt a Plinio in epiſtolis.



## ¶PETRI Marſi interprætatio in Syllium italicum ad illu. principem Virginum Vrſinum.

Cum id omne quod in terris gignitur ad vſum hominum ſit:vt priſcis philoſophā
tibus totius naturæ peritis præclare viſum eſt : homo autem vt homini proſit:ſi e
natura viuere vult :& vero humanitatis nomine cenſeri ampliſſimo præconio ce
lebrandi ſunt illi qui communis parentis naturæ præſcripta integerrime ſeruan-
tes communi vtilitati proſpiciunt:& de omni humano genere natura coniuncto
illiſq; potiſſimum qui diuinam in homine particulam ſummo ſtudio colunt:be-
ne meriti ſtudent& pro virili parte nituntur.His officijs priſci heroes immortalē
ſibi gloriam pepere :quos beneficiorum memores poſteri cælo ſacrarunt. In quorum numero ſunt
rerum geſtarum ſcriptores :qui incorruptis littterarum monumentis humanam vitam excoluerunt
&veri poetæ:qui vtilitatem vitę communis adiuncta delectatione imprimis curant.Nulla enim eſt
virtus quam non celebrent:& ad illam bene a natura inſtitutos non hortentur. Nullum autē vitium
a quo propoſita ipſius fœditate non deterrent.Habēt p̄terea locos graues:& ſublimes ex medijs na
turalis:ſupernaturaliſq; philoſophiæ arcanis repetitos.In perſonis quas introducunt deorum.Loco
rum deſcriptiones.Hiſtorias & antiquitatem:Conciones ex arte compoſitas.furorem inſuper poeti
cum quem plato poetis concedit quo interdum futura ſuſpicantur:præſagiunt:præcedunt.Illam de
niq; heroici carminis maieſtatem.qua teneras mentes erigūt: & ad veram:perfectamq; hominis di-
uini animalis imaginem effingunt.Cum igitur ita ſint vberes & ſalubres poetarum fontes adire de-
bemus.Qui ora muſarum ſacra colentium ſecundo hauſtu irrigarunt: vt quodam quaſi diuino ſpi-
ritu inflati maius homine reſonarent.Nec nomen interpretis tanq̄ indecorum refugiendum eſt.Au
ſim quippe dicere fidos:veroſq; interpretes nō minorem laudem ipſis ſcriptoribus mereri. Quæ.n.
eſſet in poetis vtilitas niſi a ſtudioſis intelligerentur:nulla profecto:& ſic adoleſcentes magna vtilita
te fraudarentur:& finem non attingerent:cuius gratia laborarunt.Vnde cum in me non tantum ro-
boris ingenij ſit vt aliquod poema cudere poſſim : quod ad nepotum eruditiōem : & commodum:
depromerem:vt aliquid feciſſe viderer:quod rudibus vſui ſit:Syllij italici diuinum poema:vt potui:
interprætatus ſum. Quod ita vndiq; temporum incuria deprauatum erat vt nullam fere vtilitatem
legentibus afferret.primus patrum noſtroum memoria huius poetę ſacros fontes reſerare arcanaq;
ingredi:ac publice in hac florentiſſima vrbis Romæ academia profiteri auſus eſt Petrus montopoli
ta vir certe id ætatis eruditiſſimus:cuius cæleſte ingenium non parum vtilitatis poſt Laurentiū Val
lam romanæ linguæ allaturum auara fata ſtudioſis inuiderunt:& in flore adhuc atq; viride rapuere
Secuti ſunt viri ſæculorum memoria digni ac Romani eloquij ſydera & clarum decus:Pomponius:
& Domitius præceptores mei:Qui multum ſupra homines ingenio præditi : diuino quodam men-
tis acumine:ac ſplendore auia pieridum loca peragrarunt:& per Romanæ linguę:cuius ab ineunte
ætate ſtudioſiſſimi fuerunt:calles:getarum vandalorumq; ſentibus obſitos:& curricula quondam ni
tida:ſed barbarorum culpa vepribus obducta equos ita inflexere ſuos:vt horum induſtria:& labori
bus priſcum illud latinarum litterarum decus iam fere non deſideremus : & in hoc opere potiſſimū
laborarunt vt facilior eſſet interpretibus labor quod ip̄e ſum expertus:& fateor ingenue.Non ita ſū
arrogans Illu.princeps Virgini:nouum florentiſſimæ vrſinorum familiæ decus:cuius honori ſacraſ
hoc opus:vt arbitrer me omnia conſequutum:quæ fidum interpretes habere oportet:ſed me pro vi
rili parte laboraſſe profiteor:vt eatenus:quatenus imbecillitas ingenioli mei pateretur:rudibus con
ſulerem:Et alios ad operam latinæ linguæ:quæ adhuc aliqua ex parte gothicum ſapit : enixiſſime
iuuandam exhortarer.Igitur tanq̄ ex alta ſpecula q̄ maxima poſſum voce contēdo.& romani nomi
nis:ac latini ſplendoris ſtudioſos ad id romanis litteris præſtandum prouoco :vt Romanam eloquē
tiam quaſi virginem iam adultam impudentiſſimis procis : quorum magna copia eſt: eripiamus:&
domi :vt verbis Ciceronis latinæ linguæ parentis vtar ſeptam teneamus liberali cuſtodia.ſed hęc ac
tenus .Miſeram Illu.princeps Virgini ſuperioribus annis.Illu.Principi Roberto patruo tuo quædā
in ſylium commentariola.Quæ quoniam iuuenili quodam ardore:ac primo ingenij calore influxe-
rant caſtigationem deſiderabant: & limam .illa igitur caſtigata:&vna cum poemate impreſſa ad te
mitto.Qui quoniam maiorum tuorum præconia:vt par eſt& te romanum principem:& vrſinorum
familiæ caput decet:libenter audis: vt domeſticis veſtigijs inſiſtas:hoc opus:in quo principes tui ro
mani celebrantur grato animo ſuſcipias:& manibus tuis ac lectione dignare:cum per publica nego
cia quibus diſtringeris:vt ſubditorum ſaluti conſulas:licuerit. Vale.

Syllius italicus ab italica vrbe hiſpaniæ cognominatus aq̄ originem habuit:ꝑ ſu
os maiores romanus fuit. Quipppe ſi in italica nat⁹ fuiſſet. Martia. hiſpanus &
in patriæ ſuæ: ſuorū q̄ laudem ꝓpēſus tantiviri natale ſolū eo epigrāmate primi
libri: quo ñ mō poetaꝝ: verū & hiſtoricorū patriā celebret auidiſſimeornaſſet
: cū ſæpius ad eum ſcribat: eū tāti faciat quanti Catullus veronēſis Virg: poeta
rū principem feciſſet. prima ętatę ciceronem ſibi ꝓpoſuit imitandum: veterum
ꝑcepta ſequutus: qui optimum quemq̄ cōſueuerunt eligendū quem imitemur
Facūdo declamauit ore: clientū cauſas ſecundo euētu ī foro egit. centū vir fuit:
ꝓcōſulatum aſię prudētiſſime integerrimeq̄ adminiſtauit. Sub Nerone infamia notatus. nam quoſ
dam principi: ſeu verius ſęuiſſimo tyranno ſponte inſimulaſſe vulgo creditum eſt. Sub vitellio comi
ter& ſapienter ſe geſſit a Nerone conſul creatus eſt: cuius fœliciſſimi conſulatus auſpicijs Nero e vi-
ta ſublatus eſt: & orbis libertatem adeptus poſt conſulatum Maronem latinorum poetarum ſydus
imitatus eſt: quāuis carmina maiore cura q̄ ingenio ſcriberet: quæ ſæpius recitauit & auditorum iu-
dicia recitationibus expertus eſt. Bellum punicum ſecunduꝫ hoc opere ꝓſequutus eſt: qđ in manib⁹
habetur: variūq̄ eſt elegans multiplex: vt quod diuinum eſſe videatur. Suadentibus annis vrbe: foro
q̄ cedens in campania ſe cōtinuit ocio non abuſus. Multū villarū poſſedit &. M. Tulli formianū im
primis. multū ſtatuarū: multū imaginū: q̄s ſtudioſe venerabaꝰ. Marōis potiſſimuꝫ cui⁹ natalē religio
ſe celebrabat: ſepulcrū q̄ via puteolana ad. ij. lapidē vt cellā iouis capitolini frequentābat. Duos hūit
filios: Minorē ſæuoꝝ nomine incredibili dolore ſepeliuit. maiorem ętate florentē & conſularē relīqt.
Auerſa valitudine inſanabilis claui laborauit: cuius tedio & dolore: vt plinius in epiſtolis ſcri. quinq̄
&. lxx. annos natus in neapolitano ſuo inedia vitā finiuit magis delicato corpore q̄ infirmovſq̄ad ex
tremum diem beatus fœlix.

¶ Belli punici ſecundi compendium.

Poſt primum bellum punicum quo Carthaginenſes victi fuerunt ad egates inſu-
las: quæ ſunt inter Siciliā & aphricam: & Sicilia Sardiniaq̄ celeri deſperatione ſti
pendio etiam ſuperimpoſito amiſſis: Amilcar pater annibalis: qui eo bello īpera
tor fuerat vir ingentis ſpiritus angebatur: & de īperio ꝓferendo cogitās ꝑ quinq̄
annos: in aphrica bellum geſſit. Inde cum exercitum in hiſpaniam eſſet traiectu-
rus Annibalem nouem ferme annos natum in templo Iunonis: quę apud illos ſā
guine humano placabaꝰ: tactis ſacris iurare coegit ſe cum primum ætas cōpete-
ret hoſtē romāi nominis fore acerrimū. in hiſpaniā ꝓfectus nouē annos eo ſtudio
bellum geſſit: vt maius animo moliri: q̄ tunc gereret: videretur. Nā ſi diutius vixiſſet: eo duce milites
arma italię intuliſſent: qui annibalis auſpicio tulerunt: ſed opportūa mors diſtulit bellum. In acie qp
pe occiſus eſt: cui Aſdrubal gener ſucceſſit. hic magis cōciliandis populis q̄ auſpicio bellico per octo
annos rempunicam auxit. Cum hoc fœdus renouarūt Romani: vt terminus imperij eſſet amnis ibe-
rus: & Saguntinis medijs inter īperia duorum populorum libertas ſeruaretur. Hic cum Regulum
quendam Tagum nomine necari: & caput haſtæ affixum circunferri iuſſiſſet ab illius ſeruo crucem
& ignominiam domini ægre ferente tentorio cōfoſſus eſt. Qui captus cum ſupplicio afficeretur: eo
habitu oris fuit: vt ſpectator ſuplicij videretur: feſſoſq̄ miniſtros conuicijs inceſſens domini ſui cru-
cem magna voce repoſcebat: poſt necē Aſdrubalis Annibal in prætoꝝ delatus fauore militū: & au-
ra populari imperator impellat⁹ eſt. Qui cum natura perturbationis auidus eſſet: & magna in eo in
doles vitiorum ac virtutum appareret: & præcepta patris: & ſacra per quæ iurauerat eum ſponte in
romanos currenteꝫ impellerent ac ſi decreta ſibi fuiſſet italia: & romanuꝫ bellum nihil differendum
ratus: ne ſe quoq̄ cunctantem aliquis caſus opprimeret: vt Amilcarem & Aſdrubalem: olchadum fi
nes qui ſunt vltra iberum inuaſit: & medium indignatus: iberum Sagunthinis amicis populi roma-
ni bellum intulit: caſtra vrbi admouit & eam octauo menſe expugnatam diruit & incendit. Nec rom
fabium Pamphilum & Valerium Publicolam legatos romanorum portantes iuſſa magnanimi ſena
tus: eum quippe ad pœnam rupti fœderis repoſcebant: audire noluit: ſed ſtrepitu armorum: clago
req̄: tubarum littore prohibuit: Qui ad carthaginenſē nauigarunt: q̄bus cū ſenatus dat⁹ eſſet: & car
thaginenſes Annibali ſuo fauore dicendis ſententijs perſpexiſſent: bellum quod ſe fabius geſtare ſi-
nu dicebat: indixerunt. Annibali ſuo æquato Sagūtho furori & amentiæ ſuæ modum nō impoſuit:
verum ſuperatis pyreneis montibus cum Rhodanum & Druentiā Gallię fluuios traieciſſet ad Tri
caſtinos profectus alpes ipſas ad eum diem militibus ſucceſſas: niſi fabulas herculis in mediū effer
re velimus: ac liberi patris: arcem & munimēta populi Romani: totius italiæ tranſcēdit: quod ſimile
portento viſum fuiſſe ſcribit Plinius: nono die maximis laboribus in iugum alpium ventum eſt: vbi



rupem inacceſſam & ſuum iter remorantem aceto: igniq̄ diduxit. xv. die alpibus ſuperatis in italiā
deſcendit & ad Ticinum vrbem & fluuium eiuſdem nominis: nūc Papia appellatur cum. P. Scipio
ne conſule manus conſeruit: in quo prœlio Romani ſuccubuerūt: cum propter inopiam equitatus
impetum elephantorum in æquo campo ferre non poſſent: & ipſe conſul vulneratus humeris filij:
qui obvictoriam de annibale ac pœnis aphricanus poſtea cognominari meruit: liberatus eſt: conſul
cum Padum ratibus magno ſilentio traieciſſet: ne hoſtes inſequerentur Placentiam venit. Inde ad
Trebiam fluuium ſe recepit: impar equitatui in ędito loco: qui nūc collis ſancti germani appellatur
caſtra muniuit: Annibal ſubſecutus non procul ab eo conſedit. Iterim ſempronius Graccus alter cō
ſul qui in Sicilia erat: vt eam ab impetu barbaroruꝫ tueretur a ſenatu per litteras edoctus: cum apđ
Euripum Siculum Hieronē regem allocutus eſſet: cōpoſitiſq̄ pro tēporis conditione rebus ſiculis
claſſe per oram ſuperi maris Ariminum. inde in caſtra ad collegam venit: auiduſq̄ pugnæ manus
temere conſeruit. iterum victor Annibal inde mouit. & ſuperato apennino & paludibus magna dif-
ficultate: Nam ibi altero oculo captus eſt: cum propter maximum frigus fomenta adhibere nequi-
ret: ad Traſimenum lacum peruſinum contendit. Ibiq̄ locatis militibus ad inſidias romanum exer
citum profligauit temeritate. C. Flaminij conſulis: qui vetantibus auſpicijs: & religiōe pugnam ini-
uit. Signa quippe rerum futurarum magna cum clade populi romani neglexit: nam cum paucis an
te diebus luſtratole exercitu aretium verſus caſtra mouiſſet: equus ante ſignum iouis ſtatoris repen
te concidit: & cum gallus gallinaceus edere recuſaret: pugnam: prohibente pullario. cumq̄ vexilla
terrę affixa reuelli non poſſent: ne collegam ſuum Seruilium: qui adhuc Romę erat: participem vi-
ctoriæ ac gloriæ: ſiqua contra annibalem fuiſſet expectaret tribus horis adeo pertinaciter dimicās-
ne terrę motus: quamuis maximus minime deprehenderetur ipſe cum magna ſui parte exercitus
corruit. Nam quindecim milia Romanorum in eo prælio deſiderata ſunt. decem milia per hetruriā
fugiendo Romam euaſere. Quam ſtragem cum Romani intellexiſſent magno terrore concuſſi ſunt
populus: quod nunq̄ ante eum diem fatum fuerat: fabiū maximum dictatorem creauit: qui ſibi Mi
nutium: magiſtrum equitum aſciuit. Dictator obuiam Annibali progrediens otriculos. deinde mili
tibus die conſtituta tibur contendit. Annibal poſt cladem ad Traſimenum Spoletum oppugnare
adortus: cum expugnare non poſſet: qua ſpolia inuitabant ſigna tranſtulit: & vmbros picenos: om-
nemq̄ oram ſuperi maris depopulatus Marſos pelignos marucinos: Veſtinoſq̄ inuaſit donec pe-
ſtem illam rabificaꝫ mitis campania ſuo ſinu excœpit: vbi itineris duce nominis errore decepto. Nā
pro caſinno ſaltu caſilinum accæpit: cum in campum ſtellatē deſcendiſſet in quodam tractatu a di
ctatore clauſus eſt. Sed vir ad omnia impiger ſarmentis ignitis cornibus boū: qui ad duo milia fue-
runt alligatis noctu euaſit. cum tauri per ſaltus fugiētes a ſtatiuis cuſtodijs milites & deturbaſſēt inde
cladem illam memorabilem ad cannas vicum apuliæ in ripis aufidi populo romano intulit temeri-
tate. M. Terentij varonis: qui non ſolum infimo: verum etiam ſordido loco natus erat. conſtat enim
inter annales patrem eius lanium fuiſſe: ipſumq̄ merſis paternæ inſtitorem: in cuius ore canore lin
gua procax vibrabat pro ſordidis hominibus in foro: cum diu elaboraſſet: & cauſis orandis ingen-
tes opes conſequutus eſſet aura populari q̄ venali lingua aucupatus fuerat ad conſulantum deue-
nit: vt ſua amentia & furore omnis fere italia ſepulchrum ad Cannas haberet: cum ita bellum
gerit arbitraretur vt in roſtris declamauerat quinquaginta milia romanorum in eo pręlio deſide-
rata ſunt: quam ſtragem paulus Varonis collega pro patria prodigus animæ ſua mortæ nobilita
uit: funeſtionemq̄ romanis redidit: cui Annibal iuſta perſoluit inquiens. Quantus paule iaces q̄
tot mihi milibus vnus Maior leticiæ cauſa es. Varro cum. l. equitibus venuſiam ſe recepit. Anni-
bal quamuis nonnulli ſuaderent & Maharbal præfectus equitum imprimis: qui die quinto epuluꝫ
in capitolio pollicebatur: ſi victricia caſtra pauidæ vrbi: cōſternate ac tot præſtanſtiſſimis ciuibus
exauſtę admoueret: fortuna romanorum: quę ſemper in aduerſis enituit: ita volente ſuper tanta
re cogitabundus aduentum ſuum ad vrbem diſtulit: præſenti lętitia ſic correptus vt ſibi conſtare
minime videretur. tunc Maharbal proclamaſſe fertur. vicere ſcis Annibal victoria vti necis: Poſte
ro die: vbi illuxit milites ſpolia legerūt: ſtragēq̄ romanam cōtemplati ſūt. Tria milia & ſexcēti mi-
lites romani euaſerunt & canuſium ſe receperunt: quos paula frugi mulier magna ſedulitate excep
tos fouit. Varro copias omnis canuſium traduxit. Litteras ad ſenatum dedit. tantum terroris & tu-
multus intra mœnia romana fuit: vt nil aliud q̄ luctus exaudiretur. Verum Decreto Fabij: & ſena-
tus omnia vt tanta ſtrages patiebatur ſedata ſunt quippe ſpatio. xxx. dierū luct⁹ eſt finit⁹. Omnes
fere ſamnites lucāi locrenſces: hirpini: Metapontini: Bruttij: Apuli & alii populi complures: & ciſal
pini galli ad annibalem defecerunt: Varroni romā redeunti q̄uis taatę calamitatis vir ſtolidiſſimus

cauſa fuiſſet ab omnibus ordinibus obuiam itum eſt:& gratiæ actæ ꝙ de republica in tam aduer-
ſa fortuna nõ deſperaſſet. Interim magno ad vrbes deficientes ab Annibale miſſus eſt:& vt inuitas
ẽt cogeret ipſe per agrum cãpanum mare inferum petijt neapolim oppugnaturus. Vrbem quippe
maritimã exoptabat:tamen mœnia illius vrbis conſpecta ſuperatu difficillima eum ab oppugnatio
ne deterruerunt .inde capuam longa temporis fœlicitate ac indulgentia fortunæ luxuriantem per
deditionem accepit. Illa nãqꝫ ciuitas in luxuriã ſẽper prona fuit non ingeniorum mõ vitio ſed afflu
enti copia voluptatũ.& illecebris omnis amœnitatis maritimæ:terreſtriſqꝫ:vt nec libidini nec ſump
tibus modus vllus eſſet·vbi cum Annibal hyemaſſet & campanis cõditionibus pacis vt optauerant
conceſſis:habita oratione in ſenatu:ipſe cũ exercitu effœminatus eſt: & cum voluptatibus ĩmodicis
dies noctesqꝫ ĩdulgeret:& epulis vinoqꝫ:ac ſcortis operã daret:laudatiſſimus iuuenis perolla ni pa-
ter ſuus pacuuius obſtetiſſet:eum inter epulas confodere deſtinauerat.poſtea Nolam ſe contulit:&
cum per ꝓditionẽ vt ſperauerat ciuitate potiri non poſſet:eam effœminatorum militum corona cir
cundedit. Marcellꝰ vt eum muris ſuccedere vidit: acie ĩtra portam inſtructam cum magno impetu
erupit vbi atrox pugna aliquandiu fuit:ſed denſiſſimus imber præliũ diremit.xxx.pœnoꝝ ceciderũt
romanorũ nullus. Tertio die vterqꝫ in aciem copias eduxit:vt vtrinqꝫ militibꝰ adhortatis pugnatus
eſt.pœni terga verterunt & in caſtra compulſi ſunt·tunc primum Annibal vinci ſe poſſe romanis di
dicit.poſtero die inducijs datis qſqꝫ ſuosſepeliuit.Annibal hyberna repetens apuliæ circa arpos con
ſedit.C.Fabius poſt annibalis ꝓfectionem agrum campanum ferro igniqꝫ depopulatus ẽ.Annibal
tarento potitus eſt pręter arcem:ĩ quam Salinator pręſidij cauſa ſe receperat.&aſtu punico naues ta
rentinorum plauſtris impoſitas miraculoſe Annibal per montem egit:Marcellꝰ in Sicilia expugna
uit ſyracuſas:vbi archimedes geometra inſignis occubuit.Cum e ſuperiore loco Marcellus incendi
um tantæ vrbis ꝓſpexiſſet lacrymas emiſit.Capua demum obſeſſa Annibal magna parte impedi-
mẽtorũ relicta &grauibus armis:cum delectis equitibus peditibuſqꝫ ad feſtinandũ aptiſſimis capuã
contendit:& Tifata occupauit:Ibiqꝫ cum pugnaretur:atqꝫ vrbem obſidione liberare non poſſet ro-
mam iter conuertit:&infeſto agmine agrum fregellanum depopulatus:nã illi pontes ĩciderant quo
iter ad vrbem ĩpediretur:per fruſinatem:ferentinatem anagninũqꝫ agrũ in labicanum venit:ĩñ Tuſ
culum contendit:& intra mœnia non receptus gabios deſcendit.octo milibus paſſuum ab vrbe ca-
ſtra poſuit. At appius ꝓconſul eum via appia ſequutus porta capena romam in greſſus:conſterna-
ti ciues:& matronæ animum reſumerent media vrbe ꝑ carinas & ſuburam in exquilias contẽdit.ĩñ
digreſſus inter exquilinam & collinã portam caſtra poſuit:ædiles plebis comeatum eo comporta-
runt:cõſules ſenatuſqꝫ in caſtra venerunt.ibi de ſumma reipublicæ cõſultatum : placuit vt conſules
circa collinam:exquilinamqꝫ portam caſtra ponerẽt&.C.Calphurnius prætor vrbanus arci & capi
tolio præ eſſet:& vt ſenatus frequens in foro cõtineretur ſiquid in tam ſubitis caſibus conſulto opus
eſſet.Interea annibal caſtrametatus eſt ad anienẽ. ibiqꝫ ſtatiuis poſitis ipſe cum duobus milibꝰ eq
tum aporta collinavſqꝫ ad templum herculis progreſſus eſt:atqꝫ vnde maxime poterat mœnia ſitũ-
qꝫ vrbis obequitans contemplatur.tali licentia vagari annibalem impugnæ romanus miles indigne
ferens:immiſſis equitibus eum repreſſit poſtero die anienem trangreſſus in aciem copias eduxit
pugnaturus:nec romani pugnam detrectauere ni denſiſſimus imber prælium diremiſſet.Quod cũ-
ſequẽti die itidẽ accidiſſet. Annibal ꝓclamauit potiundæ vrbis interdũ ſibi mẽtẽ:interdũ fortunã nõ
dari:& oĩ ſpe depoſita in brutios ſe recepit.Duꝫ hæc in italia agerentur duo fulmina belli ſcipiones
publius:& Gneus fratres in hiſpania occubuerunt.ex quorum morte illic & romę luctus fuit. Sed
L.Martius Septimi filius eques romanus iuuenis ſollers & impiger diſciplina Gnei ſcipionis e do-
ctus cũ.T.fõteio.ꝑ ſcipiõis legato militibus ex fuga collectis:& quibuſdã de preſidijs deductis rem
romanã tutatus eſt:& eum imꝑator romę q̃reẽ:nec aliqs illud vbi duo clariſſimi ĩperatores cecide-
rãt ꝓficiſci auderet:Scipio:q poſtea appellatus ẽ aphricanꝰ filiꝰ.p.ſcipiõis q in hiſpania occubuerat
q̃ttuor fermæ:ac. xx·ãnos natꝰ vt eo mittereẽ comitioꝝ die afflagitauit:& cũ ſenatores ætatis rõneꝫ
hẽrent :grauiſſima oĩone de ſua ętate ac ĩperio qđ petebat diſſerens vt in hiſpaniã mittereẽ ſĩñ cũ-
ctatiõe patres commouit. Igr̃ cũ.xxx.qnqꝫ remibus ꝓfectus ꝑ omnia thuſci maris alpes atqꝫ gallicũ
ſinum.deĩde pyreni circũuectꝰ ꝓmontoriũ emporijs copias expoſuit.ĩñ Tarraconẽ pedibꝰ contẽ-
dit:vbi cõuẽtũ ſociorum habuit:eodem legiones ex hybernis cõuenire cũ iuſſiſſet ipſe cũ quiqꝫ mi-
libus ſociorum a tarracõe ad exercitum ꝓfectus ẽ:& veteribus militibus pro contione laudatis eos
nouam carthaginem oppugnatum duxit:quam ingenti labore:ac induſtria expugnauit. Nam
qua mari alluitur vrbem ingreſſus eſt & ingrediens per aquam:Neptunũ ſibi ducem eſſe arbitatus



eſt . Inde pacata Hiſpania:fœdere icto cum Syphace:ac ludis funebribꝰ apud Carthaginẽ celebrã
tis in honorẽ patris patruiqꝫ terraconẽ venit:inter hęc Aſdrubal ex hiſpania Scipionẽ fugiẽs:vt An-
nibali ſe coniungeret: alpes tranſcendit & Placentiam expugnare conatus eſt:cui Liuius Salinator
conſul obuiam proceſſit & cum lirteræ aſdrubalis ad fratrem ĩterceptæ eſſent:romam ad Senatum
miſſæ ſunt . cum per interpretem eas legiſſet Claudius Nero: Qui poſtq̃ patribus ſententiam
aperuit ſuam:ſex millibus peditũ & mille equitibus electis noctu profectꝰ maximis itineribus anni
bale ignorãte ad collegam venit:qui ad ſenogalliã caſtra habebat :& cum manus conſeruiſſent aſ-
drubal via eluſus pugnando cecidit. Nero ea nocte:quæ ſequuta ẽ pugnã citatiore q̃ ĩñ venerat ag
mine: ſexta die in ſua caſtra reuerſus eſt:& caput aſdrubalis añ hoſtiũ ſtatiões proieci iuſſit. Anni-
bal dolore & publico & priuato ictꝰ Carthaginis fortunã ſe cognoſcere ꝓfeſſus ẽ.Scipio Romã re-
dijt:cui extra vrbẽ in æde bellonæ ſenatus datus ẽ:& cum de rebus a ſe geſtis diſſeruiſſet:nec triũ-
phare poſſet:qm̃ ſine magiſtratu rẽ geſſerat:vrbem ingreſſꝰ ẽ:& pręda erario illata:oẽs cẽturię ĩgẽ-
ti conſenſu fauoreqꝫ cõſulẽ Scipionẽ cũ.P.Licinio craſſo põtifice maximo creauerunt:& cũ aphricã
ꝓuinciã decerni ſibi optaret:Fabio in ſenatu aduerſante: quod optabat minime aſſequutus ẽ.pro
uinciæ conſulibus datę Scipioni Sicilia craſſo Brutij cõtra Annibalem. Itaqꝫ Scipio adiutus abhe
truſcis & nõnullis alijs populis ita opus vrſit :vt die.xl.qua ex ſyluis materies cæſa eſt:naues inſtruc
tę armatæqꝫ in aquã deductę ſint.& nõ nulli voluntari j ex marſis pelignis & marucinis noĩa ĩ claſſẽ
Scipionis dederunt. Qui trigĩta nauibus longis voluntarioꝝ.vij.ferme millibus ĩ naues ĩpoſitis ĩ Si
ciliã traiecit:vbi volũtarios milites ĩ cẽturias ordineqꝫ diſtribuit.ex hiſqꝫ.ccc.iuuenes florentes ęta-
te ac virium robore inermes circa ſe habebat ignaros:ad quẽ vſum neqꝫ armati neqꝫ centuriati ſer-
uarẽtur.Inde cũ locrẽſes de defectiõe cogitarent: & Annibal ĩ arce potius ad eos proficiſcereẽ: e
meſſana Scipio locros tranſmiſit:& fugato Annibale:cum proditores ſuplicio affeciſſet meſſanam
reuerſus eſt. cum iam finis anni eſſet:Cecilius Metellus dictator a craſſo:qui erat in brutijs comiti
orum cã dictus ẽ.&.L.Veturius phillo Magiſter equitũ comitia per dictatorẽ habita M.Cor.Cethe
gus:&.T.Sempro.Tuditanus conſules creati:& dictator magiſtratu ſe ab dicauit Scipioni ꝓconſu
li cum eo exercitu & claſſe quã habebat prorogatũ ĩ annũ imperiũ eſt:ꝓuincię conſulibus decretæ:
Cornelio Hetruria cum veteri exercitu. Sempronio Brutij contra ãnibalem nouas legiones nõ ſcri
beret hoc anno ſtatua matris ideæ ex peſſimunte vrbe Phrygiæ Romam aduecta eſt : & Magale-
ſia inſtituta. Scipioqꝫ naſica vir optimus iudicatus. Scipio ꝓcõſul ꝙ diſciplinã militarẽ fregiſſet: &
ꝙ ſolute : nõ vt decebat ĩperatorẽ romanum in Senatu accuſatus eſt:quẽ Metellus oratiõe defẽdit
Legati cum pretore inſiciliam miſſi ſunt:vt ea quæ vulgata erant rumoribus de cultu ac deſidia im
ꝑatoris:de qꝫ ſoluta militię diſciplina oculis compata Romã referrẽt: Quibusveniẽtibus Syracuſas
Scipio non verba:ſed res ad pugnãdũ ſe ꝑparauit: & rem aliter eſſe ac dictũ fuerat oſtẽdit. quippe
oẽꝫ exercitũ eo cõuenireẽ claſſẽqꝫ expediri iuſſit:tãq̃ terreſtri :naualiqꝫ prœlio eo die dimicãdũ fuiſſet
poſtero die terreſtres:naualeſqꝫ exercitus nõ ĩſtructos modo: ſed hos de currentes:claſſem vero in
portu ſimulacrũ:& ipſã edentẽ naualis pugnę oſtendit:& cũ armamẽtaria horrea:cęteroſqꝫ belli ap
paratus vidiſſẽt:quod fœlix:fauſtũqꝫ populo romano:ſibiqꝫ eẽt ex decreto ſenatus vt in aphricã tra
ijceret : Scipioni per miſerunt·qui ſuos milites adhortatus nauigauit:ſuoqꝫ aduentu maxĩo terrori
hoſtibus fuit. Inde Siphacem: Aſdrubalẽqꝫ vicit.nam noctu hybernacula pœnorũ lignea: temereqꝫ
ex materei agroꝝ extructa incendio abſũpſit. ſic binis caſtris deletis ingenti præda potitus ẽ.&Sy-
phax captus ad Scipionem perducitur:quẽ ille Romam miſit. Carthaginenſes Scipionem timen-
tes muros ac propugnacula reficiebant. legatoſqꝫ ad Annibalem miſerunt : qui illum in patriã iã
laborantem reuocarent : quos Annibal flendo audiuit : accuſans pœnos : qui ſupplementum ac
pecuniam denegauerant:& cum excedens italiaꝫ reſpexiſſet deos ac ſe de teſtatus eſt : ꝙ cruentos
milites romanorum ſanguine ad cannas : non ſtatim ad vrbem duxiſſet :ſexcentum millibus arma
torum ad tranſimenum & cannas : cæſis circa Caſilinum cumas : nolamqꝫ conſenuiſſe: & Scipio-
nẽ ire ad carthaginẽ auſũ:qui conſul in italia pœnum hoſtẽ non vidiſſet:hęc incuſans in aphricam
tranſmittens:ad leptim claſſem appulit:copijſqꝫ expoſitis zamã cõtendit:vbi vtriqꝫ magna ſolertia
inſtructo exercitu:cũ annibal pacem a Scipione peteret:& ille recuſaret inquiẽs : poſtq̃ pacẽ ferre
nõ potuiſti: bellum quod diu optaſti accipe igr̃ pugnatum ẽ. Annibal victus ad rumentum ſe rece-
pit . Inde Carthaginẽſiũ accitus in ſenatu faſſus ẽ nec ſpem ſalutis alibi q̃ ĩ pace ponendã eſſe:vnde
legati carthagir ẽſium ad Scipionem venere pacem efflagitantes. Scipio pacis cõditionibus datis
carthaginem tributariã fecit. inde exercitu ĩ naues ĩpoſito Siciliam traiecit : & per italiam non mi
nus lætã pacis q̃ victorię:effuſis etiã hõibꝰ cã officij ad honores ꝑbẽdos: turba etiam agreſtum vias
obſidente Romam venit:clariſſimoqꝫ omnium triumpho vrbem & capitolium inuectus ẽ.

ORDIOR arma quibus
cœlo ſe gloria tollit
Aeneadũ: patiturq; ferox
œnotria iura
Carthago.da muſa decus
memorare laborum
Antiquæ heſperiæ: quan=
toſq; ad bella crearit:
Et quot roma viros: ſacri
cum perfida pacti
Gens cadmea ſuper regno certamina mouit.
Quæſitumq; diu qua tandem poneret arce
Terrarum fortuna caput: ter marte ſiniſtro
Iuratũq; Ioui fœdus conuentaq; patrum
Sidonii fregere duces: atq; impius enſis
Ter placidam ſuaſit temerando rũpere pacem:
Sed medio finem bello: excidiumq; viciſſim

ORdior arma. Propoſitio eſt qua Syllius captans attentionem ac docilitatem oſtendit:
aperitq; ſe deſcripturum bellum punicum ſecundum. Attentum facit auditorem re=
rum magnitudine propoſita. Docilem ſumma paucis comprehenſa. Cauſa principij
Fabius inquit: nulla alia eſt q̄ vt auditorem quo ſit nobis in cæteris partibus accõmo=
datior cõparemus. id fieri tribus vel maxime poteſt: ſi beniuolum: attentum: docilẽ fe
cerimus auditorem. Sunt & illa excitandis ad audiendũ nõ inutilia: ſi nos neq; diu mo
raturos: neq; extra cauſam dicturos exiſtiment. Docilem ſine dubio & hæc ipſa p̄ſtat
attentio. ſed & illud ſi breuiter: & dilucide ſumma rei: de qua cognoſcere debeāt indicauerim⁹: quod Ho=
merus atq; Vergilius operum ſuorum
principijs faciũt nam iſtius rei modus eſt
vt propoſitioni ſimilior ſit: q̄ expoſitioni:
nec quomodo quidq̄ ſit actuꝫ: ſed de qui
bus dicturus ſit orator oſtendat. Sum in=
quit Syllius deſcripturus arma & præſtã
tiam bellicã populi romani: qua illius glo
ria non modo per totum orbem propaga
ta eſt: vetrũuſq; ad aſtra penetrauit & quã
carthago belli ſtudioſiſſima: & rõani ęmu
la imperij leges & iugum romanorum ſu
bire: patiq; coacta eſt: & hoc primo ſecun
doq; bello punico. nam tertio ab emilia=
no Scipione funditus eſt euerſa: & cineres
in capitolium relati. Reſtituta fuit poſtea
ab Auguſto eodem anno: quo Corynth⁹.
Aeneadum: romanoruꝫ qui: ab Aenea du
cunt originem: quorum ars militia erat: q̄
& gloriam ſimul & imperiũ compararũt:
Agere quippe ac pati fortia romanorum
erat. Ferox: bellicoſa. Ferocia enĩ in bel
lo dicitur: & ferox eſt perpetuum epithe=
ton Martis. Oenotria iura: romanas le=
ges & italas. nã italia dicta eſt oenotria ab
œnotro fratre peucetij filio Lycaonis regis Arcadiæ: qui auſones in ſinu campano œnotros appellauit.
Strabo ait: illa pars italiæ: quæ eſt a freto ſiculovſq; ad ſinum tarentinum & poſſidomatem protẽdiť apud
antiquos œnotria dicebatur: Et regia regũ œnotriorũ pandoſia erat. vbi Alexander moloſſoꝝ rex oracu=
lo deceptus cæſus eſt. Poſtmodũ tota italia œnotria dicta eſt. Da muſa decus: beniuolũ reddit auditorẽ in
uocatiõe muſaꝝ: quas p̄ſidere vatibus antiqtas credidit. Poetæ ſtati poſt maximã ꝓpſitionẽ emerendi fa=
uoris grã muſas inuocant: vt arrogantiã deuitent: & cũ ad aliquẽ locũ puenerint grauiorẽ: vota repetunt:
qđ Horatius in arte poetica p̄cepit. Nec deus ĩterſit: niſi nod⁹ iudice dign⁹ inciderit. Precať ergo ſibi dari
a numie poſſe memorare labores nobilis ac generoſæ italiæ. & quot & q̄ p̄ſtãtiſſimos viros illa habuerit: cũ
populus carthaginenſis iacta fœdera violando: vt imperaret bellum contra ius faſq; populo romano intu
lit. Et cum diu dubitatum eſt & quæſitum in vtra iſtarum vrbium: poſt varios vtrinq; labores vellet for=
tuna ponere caput orbis: & imperij ſedem. Antiquæ: nobilis italiæ: quæ & heſperia dicitur. Quot: ad nũe=
rum refertur. Quantos: ad præſtantiam bellicam. Gens cadmea. carthaginenſis oriũda a phœnicibus:
quibus imperauit Cadmus. Perfida: violatrix nulla fide ſeruata. Pacti ſacri: fœderis ſacroſancti: quoniã
in percutiendis fœderibus Iupiter inuocabatur. Sex fuerunt fœdera inter romanos & carthaginenſes an
te ſecundum bellum punicum: quæ in æneis tabulis ſcripta in templo Iouis capitolini ſeruata fuerunt: au
tore Polybio. Primum fuit eiectis regibus. M. Bruto: & Valerio cõſulibus. Item alia duo ante primũ bellũ
punicum. Quartum peracto primo bello cum Luctatio conſule. Quintum poſt illud Luctatij. Sextum cũ
Haſdrubale. Super regno: de regno: vt. ſ. imperaret: quoniam de imperio dimicabatur. vter. ſ. iperaret.
Sed Hannibal ea trãſgreſſus eſt q̄ ſeruanda ſunt: cũ nõ de vita: ſed iperio: certatur. Quæſitum: dubitatus
qui enim dubitat inquirit: & ad dubitatio generat dolorem: vnde dolere aliquando idem eſt quod inquire
re. Ariſtoles in metaphyſicis. Multi non indoluerunt inquit. & Virgilius in ethna: ſi tamen Virgilij eſt: q̄
ſub illius nomine circunfertur. Non eſt hic cauſa dolendi. Tandem. poſt multa prælia: & diutinos labo=
res. Qua arce: romana. ſ. an punica: ideſt capitolio an byrſa. Ter mare ſiniſtro. Tria iquit bella punica fue

runt : ſed medium:quod narraturus ſum maioris negocij fuit atq; diſcriminis. & ſic tangit capita rerum. quas narraturus eſt. Marte ſiniſtro:infœlici euẽtu pugnæ:quoniam ſempervicti fuerunt. Ioui:qui inuocabatur in ſanciendisfœderibus.lege formulam apud Liuium. Conuenta:pacta ſenatorum. Impius enſis:arma magno ſtudio ac temporis interuallo c ompar ata. Temerando violando iacta fœdera. Finem:vt ſcilicet altera pars deleretur. Excidiumq; viciſſim:in parte operis mei huius inquit licet præfari mihi:quod in principio ſumme totius profeſſi ſunt pleriq; rerum ſcriptores.bellum maxime memorabile omnium: quæ vnq̃ geſta ſunt me ſcripturum:quod Hannibale duce carthaginenſes cum populo romano geſſerũt. Nam neq; validiores opibus vllæ inter ſe ciuitates:genteſq; cõtulerũt arma : neq; his tãtum vnq̃ virium aut roboris fuit . & haud ignotas belli artes inter ſe:ſed expertas primo punico conferebant bello:& adeo varia belli fortuna:ancepſq; mars fuit:vt propius fuerint periculo:qui vicerunt . Odijs etiam maioribus certarũt q̃viribus:romanis indignantibus: q; victoribus victi vltro inferent arma :pœnis q; ſuperbe auareq; crederent imperatum victis eſſe. Viciſſim.mutuo gẽtes.ipſi romani.ſ.& carthaginenſes: quoruʒ vterq; alteri excidium moliebatur:&neuter alterum imperare volebat. Molitæ:parauerunt ſũma ope. Quis:quibus belli fortuna conceſſit:vt vincerent:adeo cruẽt a victoria fuit : vt loco patebit ſuo. Reſerauit dardanus arces:Scipio Aphricanus carthaginẽ ad tributum redegit: & vrbem illã totiẽs rebellem &cõtumacem:primaſq; ſibi partes vendicantem populo romano peruiam fecit.

Mollitę gentes:propiuſq; fuere periclo
Quis ſuperare datũ : reſeruauit dardanus arces
Ductor agenoreas.obſeſſa palatia vallo
Pœnorum:ac muris defendit roma ſalutem.
Tantarum cauſas irarum:odiumq; perẽni
Seruatum ſtudio:& mãdata nepotibus arma
Fas aperire mihi:ſuperaſq; recludere mentes.
Iãq; adeo magni repetam primordia motus.
Pigmalioneis quondam per cærula terris
Pollutum fugiens fraterno crimine regnum
Fatali dido libies appellitur oræ:
Tum precio mercata locos noua mœnia ponit
Cingere qua ſecto permiſſum littora tauro.
Hic iuno ante argos:ſic credidit alta vetuſtas:
Ante agamẽnoniam gratiſſima tecta micenem

Agenoreas: Carthaginenſes pœnos appellat:ſydonios:tyrios:phœnicas:agenoreos : cadmeos: ſarranos quia originem habuerunt a phœnicia:vbi eſt ſydon:tyrus:ſarra:& vbi regnauit Agenor pater Cadmi. ductor dardanus:ſcipio romanus dux belli. Romanos appellat dardanios:theteos:pergameos:æneadas:laurentes :auſonios:œnotros:ideos:hectoreos:teucros. Aeneas enĩ ex Troia venit:in agrum laurentẽ ducentibus fatis ad maiora rerum initia:cuius filius aſcanius albam condidit.a quo reges albani:vſq; ad Amulium & Numitorẽ:cuius filia Rhea ſyluia cõpreſſa a Marte in luco martis:qui erat ſub albano monte Remum peperit:ac Romulum:a quo Roma. Obſeſſa palatia vallo pœnarum:quoniam Annibal ad anienẽ caſtra poſuit:& ad portã collinã adequitans haſtã intra vrbis mœnia primus contorſit.vnde Pli.loquẽs de ſtatuis ait. Et adeo diſcrimen omne ſublatum eſt:vt Annibalis etiam ſtatuæ tribus locis ea vrbe viſant̃:intra cuius muros ſolus hoſtium emiſit haſtã. Palatium eſt mons e regione ad auentinum. & palatia ponit pro tota vrbe. Tantarum cauſas irarum:precatur nunc vt liceat ſibi aperire cauſas perpetui odij:quod inter vtrumq; populum vſq; fuit. Studio:voluntate perſeueranti. Mandata nepotibus arma.bellum punicum in genere intelligit:quod Dido eluſa ab Aenea:vt Vir.finxit a:quo romani ducũt originem:ſucceſſoribus ſuis gerendum cõtra æneadas mandauit:& imitatur Virgilium:apud quẽ Dido moritura dicit. Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus vltor:Qui face dardanios:ferroq; ſequare colonos. Nunc olim quocũq; dabunt ſe tẽpore vires:Littora littoribus cõtraria fluctibus vndas Imprecor.arma armis pugnẽt:ipſiq; nepotes.& in ſecundo volumine Syllius canit. Ipſa pyram ſup ingentẽ ſtans ſaucia dido Mandabat tyrris vltricia bella futuris. Superaſq; recludere mentes:nam paulopoſt narrabit vaticinium iunonis & præſagia cladum populi romani:&in trãſitu alpiũ venus apud iouẽ queſta eſt:timẽs romanis ſuis. Ille oĩa fata recluſit: & iuno monuit Annibalem:cum caſtra ad anienẽ metatus eſſet:ne vrbe potiri ſperaret:inuito ioue:quem ſuper capitoliũ fulmina molientẽ oſtẽdit:& Martem in cãpo matio:& ægida palladis:& ipſã pallada gorgoneos accinctã furores:aliaq; numina in vrbem declinaſſe:vt eam a barbaris tuerentur. Recludere:aperire:ꝓmere. Adeo:certe. Pygmalioneis:Narratio eſt:qua cauſa odij:& per cõſequẽs tanti belli aperit̃:& repetit paucis aduentum Didonis in aphricã:q̃ tantæ fœlicitatis fuit:vt inter barbaras &efferas natiões nouam coloniam deducere potuerit:Carthaginem ſcilicet quam puto Didonem denominaſſe a nomie carthaginis tanq̃ anguſtiore:quæ illius Herculis filia fuit:qui tyri colebat̃ : vt Cicero ſcribit in libris de natura deoruʒ:Arx quæ in ædito loco vrbis ſita erat Byrſa appellabat̃. Appianus dicit phœnices cõdidiſſe car-



thaginem in lybia annis quinquaginta ante Ilij captiuitatem:cõditoremq; fuiſſe Xorum & Carchedonẽ Hanc vrbem iuno caput terrarum fore deſtinauerat :quippe illa magis q̃ argis & Mycenis delectabatur. Pœni quippe iunonem hæreditaria ſuperſtitiõe humano ſanguine placabat. Verum cũ vidiſſet romanos vagari iam claſſe per mare tyrrhenum:timens carthagini belli furorem pœnis immiſit:qui nauali prælio victi fuerũt ad egates:quæ ſunt in mari ſiculo :vt dictum eſt. Pygmaleoneis:phœniſſis:vbi regnauit Pygmalion. Fraterno crimine:quoniã Pygmalion frater Sycheum maritum ſuum fraude necauerat:vt illius theſauro potiretur:Dido monita ſomnio:vt ſcribit apianus:collectis his quibus pygmaliõis ſæuitia inuiſa fuerant:pecunijſq; in vnum cõgeſtis in lybiam nauigauit:& illic vbi nunc carthago ẽ conſedit. Oræ fatali :regiõi lybies ad quã fata eam ducebant vt carthago conderetur. Secto tauro Dido ſoluens ex phœnicia in cyprum vela dedit: vbi bytas veneris ſacerdos cũ magna puellaꝝ manu:q̃ ad ſacra venerant didoni ſe iunxit.inde ad aphricam ventum eſt:vbi emit tantũ terræ quãtum circundaret corium bubulũ:quod diſſectũ in multas ligulas cõprehendit fere ſpatium viginti ſtadiorum expellentibus deinde eos incolis:inquit Apianus tantum ſoli deprecati ſunt: in quod ſe cõferret:quantum taurino corio circundare poſſent:illi ſe iureiurando cõceſſuros firmauerunt. Hi corium per minuta ſecãtes circumpoſuere loco vbi nunc eſt arx carthaginis: quæ ob id byrſa appellata eſt:& ideo canit Virgilius. Mercatiq; ſolum facti de nomine byrſã: Taurino quantum poſſent circundare tergo. Littora:quoniam locus vbi carthago erat eſt pęninſula habens ambitu ſtadioꝝ.cc.lx.muro cinctum ſupercilium etiã erectũ & circũ circa habitatum:illic fuit byrſa arx. Ante argos:argi vrbs peloponneſi caput argiuæ regionis vbi dicitur nata Iuno. Mycene vrbs etiã peloponneſi vbi regnauit agamenon.hæ vrbes Iunoni ſacrę habebantur:& erant. Alta.priſca. Profugis:didoni ac comitibus profugis ex phœnicia. Optauit: elegit propter loci opportunitatem cum eſſet ad mare. Sic Virgilius Optauitq; locum regno. Aeternam gentem: nunq̃ ceſſaturꝝ imperium:&gentem nunq̃ habituram finem: Exerere:attollere caput ſuper alias vrbes quæ alti nominis erant ciuium ardentiſſima virtute ſubnixa:& inumeris clara triumphis: & q̃ iã ad totius orbis imperiũ : & tantã illaꝝ magnitudinẽ aſpirabat. Totum orbem:ſeruit affectui ipſius Iunonis poeta.nam res inimicorum quãuis exiguæ ſint:tamen inuidis magne vident̃. Vnde dicit ouidius. Viciniq; pecus grandius vber habet.non enim tunc romani nauigabant per omnia maria : ſed vix in Siciliam traiecerant duce oppio claudio caudice:ſic ob id cognominato:qm̃ primus ſuaſit romanis nauim conſcendere Romani quippe :vt ſcribit Seneca ad paulinum de breuitate vitæ:plurium tabulaꝝ contextum caudicẽ. Appellabant. Vnde tabulæ codices dicuntur. Tranquillus in tyberio:Claudius caudex primus freto claſſe traiecto pœnos ſicilia expulit. Propius:vicinius.timens inquit carthagini:&ne romani propius accederẽt: primi belli punici ſuſcitauit incendia. Phœnicum:carthaginenſium. Contuſo:fracto atq; victo.nam ſucubuerunt pœni in primo bello punico:conſule Luctatio. Primæ pugnæ:primi belli punicis. Fractis ceptis contuſis cognatibus & pricipijs punicis in mari ſiculo ad egates. Sicanio:ſiculo mari. Sicani antiquiſſima gens hiſpania a ſicori amne denominata habitauerunt prius latiũ:inde in ſiciliã trãſgreſſi ſiccaniã denominarũt.durauit aũt primũ bellum punicũ ad.xxiiii.annos. Arma remolit̃.retractat & inſtaurat;& ſic conflatum eſt ſecũdum bellũ punicũ duce annibale . Dux : annibal ipſe ſolertiſſimus ad oĩa. Sufficit:ſubminiſtrat affectui iunonis. Agmina:exercitũ contra romanos.ipſe dux inquit ſtrenuus & crudelis in romanos erat iunoni pro magno exercitu.vnde talẽ nacta ducem bellum mouit. Turbanti;iunoni parãti turbare & prouocare in perniciem romanoꝝ mare ac terras. Induit iras deæ.i.ipſe Annibal cõcepit animo ſuo i romanos tales iras quales iuno habebat acerbiſſima romani nominis inimica. Audet. propter illius amplitudinem & ſollertiam bellandi. Solum:hũc vnũ annibalem. Cõponere fatis.i.opponere romanis: vt ipſa

Optauit profugis æternam cõdere gẽtem.
Verũ vbi magnanis romã caput vrbibus alte
Exerere:ac miſſas ẽt trans æquora claſſes
Totum ſigna videt victricia ferre per orbem
Iã propius metuens bellandi corda furore
Phœnicum extimulat: ſed enĩ conamie priæ
Contuſo pugnæ:factiſq; in gurgite ceptis
Sicanio libicis:iterum inſtatura capeſſens
Arma remolitur:dux agmina ſufficit vnus
Turbanti terras : pontumq; mouere parãti.
Iãq; deæ cunctas ſibi belliger induit iras
Annibal:hunc audet ſolũ componere fatis
Sanguineo cũ læta viro:atq; in regna latini
Turbine mox ſcęuo venientum neſcia cladũ.
Intulerit latio ſpreta me troius inquit
Exul dardaniã:& bis numina capta penates:
Sceptraq; fundarit victor lauinia teucris:
Dum romana tuæ ticine cadauera ripæ
Non capiant:ſimiliſq; mihi per celtica rura
Sãguie pergameo trebia:& ſtipãtibus armis

fato quodā deſtinauerat.vnde cū viro tam ſanguineo ſupbiret:& tales ducē:qualē diu optauerat:tandē nacta eſſet:prouidens opera & auſpicio annibalis calamitates romanoꝝ quadā ſtomacatione romanis inſultat.dicens.Eſto æneas me inuita in italiā nauigauit:& regno atq; vxore potitus eſt:quod mihi dolori fuit:ſed maior profecto erit voluptas in calamitatibus veſtris o romani qui illum& martem genti noſtræ inſcribitis:ꝗ fuerit dolor in aduētu æneæ.rependā inqt dolorē voluptate propediē ventura. Haud inſcia non ignara:cum eēt numē.Cladū.quibus annibal romanos in italia affecit. In regna latini:in italiam & latium cuius caput eſt roma.in latio regnauit latinus rex ab originū & ſocer æneæ. Mox:paulopoſt.Sæuo turbine crudeliſſimo martis impetu. Intu. la.

Corporibuſq; verū retro fluat.ac ſua largo
Stagna reformidet traſimenus turbida tabo
Dū cānas tumulum heſperię:cāpūq; cruore
Auſonio merſum:ſublimis iapiga cernam
Teq; vadi dubium coeuntibus aufide ripis
Per clipeos:galeaſq; virū:cæſoſq; per artus
Vix iter adriaci rumpētem ad littora ponti
Hæc ait:ac iuuenē facta ad mauortia flāmat
Ingenio motus auidus fideiq; ſiniſter
Is fuit: exuberans aſtu:ſed deuius æqui.
Armato nullus diuū pudor:improba virtus
Et pacis dſpectus honos:penituſq; medullis
Sanguinis humani flagrat.ſitis his ſuper æui
Florevirens auet egates abolere parentum
Dedecus:ac ſiculo demergere fœdera pōto.
Dat mētē iuno:ac laudū ſpe corda fatigat.
Iāque aut nocturno penetrat capitolia viſu

verba iunonis inſultantis ro.nomini & cladib⁹ futuris:& vtitur cōceſſione per quādam ſtomachationem. Exul darda. æneas troianus oriūdus a dardano iouis filio.Intulerit:eſto īquit ꝙ æneas potuit inferre in latiū troianos & numina & ad dedecus æneam profugū exulē appellat Dardaniā:ipſos troianos.ſic Virgi. Ilium in italiam portans victoſq; penates.quos appellat numina bis capta ad contēptū:qa bis troia capta fuit:prius ab hercule tēpore Laomedōtis:poſtea regnāte priamo. Varro ait in ſecūdo rerum humanaꝝ.dardanum ex Samothracia in phrygiam & æneam e phhrygia in italiam penates atuliſſe. Caſius hemina ſamothracum deos tradit apud nos penates dici. ſamothraches autem dij ſunt:vt autor eſt varro:duæ viriles ſpecies æneæ:quæ illic ante portas locabantur.Nigidius ait penates dij apollo & neptunus.Dionyſius ait.Romæ ſacellū eſt haud procul a forouia qua itur ad carinas:i quo ſūt dij penates iuuenes duo pila tenētes.in alijs tēplis iuuenes duo militari habitu penates dicti quia p eos penitus ſpiramus:p quos corpus & animā habemus.Sceptra lauinia:regnū apd lauinū:qd æneas in latio condidit:& a noie vxoris Lauinū appellauit.eſto inqt ꝙ poſuerit ſibi & ſuis latio ſedem:& regnū parauerit:qd per ſcriptū ſignificat:& regnauerit in vrbe lauino:Dū mō inqt cernā has calamitates nōcuro ad votum me inuita oīa ſucceſſiſſe æneę. Ticine:ad Ticinū vrbē & fluuiū eiuſdē noīs annibal exercitū romanū prio ꝓfligauit. P.Scipiōe cōſule.Ticini⁹ nūc dicit papia.Similis mihi:eo animi affectu in romanos quo ego ſū:qm̄ pugnāte Scipiōe in ipſo fluuio aqua trebiæ cōtra rōanos aſſurrexit:minatuſq; ē ſcipio ſe cū primū poſſet alueū illi adēptuꝝ:& trebiā pœnū nō italū appellauit:& ānibal appellat illū ſuū trebiā. Per celtica rura:galliā ciſalpinā:nā galli eā horā italiæ incoluerūt:quos græci vno vocabulo celtas appellāt.Pergameno:romano.Stipantibus:replentibus & condenſantibus alueū & vadū.nam ſtipare eſt condenſare.Vir.Dulcia mella ſtipant. Traſimenus.lacus puſinus denomiatus vt fingit poeta a Traſimeno iuuene formoſiſſimo amato ab Agylla nympha. apud hunc lacum flaminius cecidit:& exercitus romanus profligatus eſt. Tabo.ſanguine putrefacto in maxima copia.Dum cannas tumulū heſperiæ:cannæ vicus apuliæ prope aufidū vbi romani memorabilem illam & luctuoſā cladē acceperunt vt ibi totius fere italiæ videret eſſe ſepulchrū.nā quiquaginta milia romanoꝝ in eo prælio deſiderata ſūt:& conſul Paulus.ideo dicit Plinius.Non cannæ buſto inſignes romani nominis. Campū Iapyga:apulū.apulia dicta ē iapygia ab iapyge filio dedali & puellæ cretenſis:qui illic regnauit:& peucetius in iapygijs montibus habitauit & accolas a nomine ſuo peucetios denomioauit. Sublimis:alacri animo geſtiens in in aere.Vadi dubiū:habentē alueū repletū cadaueribus vſq; ad ſuperficiē:vt ſuperatis iā ripis dubiū eſſet vbi fuerit vadū:ideſt alueus & cōcauitas fluuij.Coeuntibus:coniunctis propter cadauera quibus erat repletus alueus.Rumpentem:cum difficultate emittētē in mare adracū propter cadauera quę curſum impediebant.Hæc ait:iuno ſcilicet:& Hannibalē ferociſſimum ad bella gerenda accendit.Facta ad mauortia:ad laudem bellicam & gloriam. Ingenio motus auidus deſcribt mores annibalis:& callidū ingenium. ¶ de quo Liui⁹.Nullo labore aut corpus fatigari aut animus:vinci poterat:caloris ac frigoris patientia par cibi potiuſq; deſiderio naturali nō voluntate modus finitus:vigiliarum ſomniq; nec die nec nocte diſcri-



minata tēpora.Id qd gerendis rebus ſupfuiſſet qeti datū:ea neq; molli ſtrato neq; ſilētio accerſita.multi ſepe militari ſagulo opertum humi iacentē inter cuſtodias ſtatiōeſq; militū conſpexerūt:veſtitus nihil inter ęquales excellēs.arma atq; equi cōſpiciebant:equitum peditumq; idem longe primus erat.princeps prælium inibat:vltimus prælio excedebat.has tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant:inhumana crudelitas:perfidia pluſꝗ punica:nihil veri:nihil ſancti:nulluſq; dei metus:nullū iuſiurandum:nulla:religio. Auidus motus:ideſt perturbationis & tumultus:cū eſſet eius animus inquies. Ingenio.ſuapte natura.erat enim natura talis.Ingenium proprie eſt quædam interior animi vis:qua intelligimus ea quæ ab alijs non

Aut rapidis fertur per ſūmas paſſibus alpes
Sæpe etiā famuli turbato ad lumina ſomno
Expauere trucem per vaſta ſilentia vocem
Ac largo ſudore virū inuenere futuras
Miſcentē pugnas:& inania bella gerentem:
Hanc rabiem in fines italū:ſaturniaq; arua
Addiderat tandē puero patrius furor ortus
Sarrana priſci barcæ de gente vetuſtos
A belo numerabat auos:nāq; orba marito
Cum fugeret dido famulū tiron:impia diri
Belides iuuenis vitauerat arma tiranni.
Et ſe participem caſus ſociarat in omnis (car
Nobilis hoc ortu:& dextra ſpectatus amil-
Vt fari:primāq; datū diſtinguere lingua
Annibal i vocem:ſolers nutrire furores
Romanum ſeuit puerili in pectore bellum.

dulichio:& itacha ſunt inſulæ ante achaiā in mari io-
nio quod a Tarento incipit:& vſq; ad peloponneſum
extenditur. Graio.alluēti græciā. Laertia regna quo
niam illic regnauit Laertes pater Vlyxis .& ideo dicit
zacynthum fuiſſe regna laertia.Daunia pubes.coloni
ex ardea: vbi regnauit Daunus pater turni: & ardea
miſit colunnos ſagunthū.Diues largo alūno.abūdans
colonis Magnanimis.hoc dicit ꝓpter Turnū.Popu-
lis.ſagunthinis .Pacto.fœdere renouato cū haſdruba
le. Lætas cauſas.ideſt in ferendo bellū ſagunthinis:q̄
rebat cauſas belli cum romanis:quæ facerent ipſū læ/
tum & cōpotem voti:qm̄ nil aliud optabat q̄ alpes ali
quādo trāſcendere. Quatit .mouet exercitu admoto
mœnibus ſagunthinis.Sidonius.pœnus Annibal. Te
cta.Saguntḥina. Sancit in torto iaculo:quia ipſe pri-
mus iaculatus eſt haſtā:& tali iactu ſua dicta cōfirma
uit:tranſfixitq; vaicum ſtantem in muro. Pro muro.
in muro.Exacti.immiſſi:vt ipſe Vaicus eſſet medius.
In numero.multitudine:qm̄ quiſq; operam nauabat
præſente ductore:cuius præſentia vrgebat.Præfecti i
quit cyrus apud Xenophontē:debent inſequentibus
audenciam inijcere & verbis & re. Glandē. plumbū
inſtar glādis : quod e funda emittif i hoſtes.Virgilius
Pars maxima glādes liuentis plūbi. Baleari verbere.
funda:qua vel maxīe vtebanf balearici baleares duæ
ſunt inſule in mari hiſpano e regiōe ad tarraconē:qua
rū incole autore Strabōe optimi erāt .fūditores.Phœ
nices q fundas inuenerunt autore plinio illis iſulis po
titi fundas ex equo exercuerunt.vn̄ vſus &imitatio re
manſit apud balearicos.Verbera ſūt vt dixi inſtrumē
ta oblonga vt lorū. Zona flagellū. Telum ,glandem
Telū autem:vt Gaius in interpretatione legis duode
cim tabularū ſcriptū reliquit:autore Iuſtiniano:id vul
go quidem appellatur: quod ab arcu mittitur: ſed &
omne ſignificaf:quod manu cuiuſdam mittitur:vt eſt

lapis:lignum ferrum & cætera.id genus. Huic ab aliquo.Leui nodo:amento.iaculuȝ cum amento inuenit ætolus Martis filius. Lampada. facem. Picea. obſcura & fumoſa ſudes ſunt pali obuſti.aphri cōtra ægyptios primi bellum fecere fuſtibus:quos vocant autore plynio phalāgas. Hydro veneno tinctas. Bis noxia tela.ferro ſcȝ & veneno.Cōtendit emittit arcu itēto.Dacus vt armiferis. Annibalē inſultantē Sagūthinos fraude ſagittarū:quas infecerat veneno:cōparat dacis getiſq; qui ſagittis acri veneno imbutis hoſti iſidianť.daci ſunt populi vltra hyſtrū:cuiusvtrāq; ripā getæ habitarūt:vn̄ apđ Virgiliū itelligūť getæ:q erāt cis hiſtrum mixti thracibus.Prio veneno.Scythæ inquit Pli.libro duodecimo.Sagittarum aciem tingūt viperina ſanie: & humano ſanguine irremediabile id ſcelus:mortem illico affert leni tactu. Inopina:improuiſa & clam per inſidias.ſ.Hiſtri binominis. Danubius oritur in iugis montis.arnobæ ex aduerſo rauraci galliæ oppidi mť tis vltra alpes milibus: ac per innumeras lapſus gentes Danubij nomine immenſo aquarum auctu : & cū primum attingit illirycum hyſter appellatur ſexaginta fluminibus alueo ſuo receptis:medio ferme eorum numero nauigabili :permenſus totam Europam vaſtis ſex fluminibus:in mare ponticū euoluiť. Armiferis.quoniam thraces & getæ ſūt bellicoſiſſimi. & ideo fingitur Mars apud illos regnare·Cura ſubit.Cogitauit Annibal turribus & machinis vallare vrbem.Heu priſcis numen populi:exclamat poeta dolens vicē ſaguntinoꝝ:qui vt fidē ſeruarent numen eorū talia patiebantur.Nomine ſolo.quia iam non erat fides in orbe:ſed ſolum nomen fidei. Dura.conſtans: & non cedens malis:vt fortes decet.vnde dicit Seneca.Fortitudo contemptrix timēdorum eſt terribilia: & ſub iugū libertatem noſtram mittētia deſpicit prouocat: frāgit Aggere. vallo & turrib9.Sed dignā auſonia.ſenſus eſt putat ipſa inuentus ſagūthina iā clauſa vallo pœnorū dignū eē ſaguntħū cadere ꝓ fide ſeruāda rōanis.nam hoc oppidū clarū fuit fide erga romanū nomē :& vt illā ſeruaret incendiū expectauit.Auſonia.italia:&ipſa Roma.tanti romanos faciebant ſagunthini. Phocais baliſta.baliſtam & fundam inuenere phœnices:autore pli.quę neruis/funibuſq; intenta haſtas magno impetu emittit:& etiam ſaxa. Syllius appellat baliſtam phocaida a maſſilienſibus:qui ea plurimum vtebanť oriundi a phocenſibus·qui ſunt in gręcia:contermini boetijs.Maſſylia quippevrbis gallię in petroſo loco ſita :phocentium ædificiū fuit.Liuius ait.Ipſe annibal: qua turris mobilis omnia monumentavrbis ſuperans altitudine agebatur: hortator aderat:quæ cum admota catapultis baliſtiſq; per omnia tabulata diſpoſitis muros cuſtodibus nudauerat.Tum Annibal.et cętera Vaſtos molares ſaxa magna.Ferratam ornum: haſtā ex orno.Alternus clangor ſonitus tubarū & apđ pœnos:& apud ſagunthinos pœni ſeſe ad expugnationē expediebant. Sagunthini autem ad defenſionem:&

O ra duci portans ceu ſolus bella capeſſit.
Hic crebram fūdit baleari verbere glandē.
Terq; leui ducta circū caput altus habena.
Permiſſumventis abſcondit in aere telum:
Hic valido librat ſtridentia ſaxa lacerto.
Huic impulſa leui torquetur lancea nodo.
Ante ois ductor patrijs inſignis in armis
Nūc picea iactat fumantem lāpada flāma:
Nūc ſude: nūc iaculo:nūc ſaxis īpiger iſtat.
Aut hidro imbutas bis noxia tela ſagittas
Cōtēdit neruo:atq; iſultat fraude pharetrę
Dacus vt armiferis geticæ telluris in oris
Spicula quæ patrio gaudēs acuiſſe veneno
Fundit apud ripas inopia binominis iſtri
Cura ſubit collem turrita cingere fronte
Caſtelloq; vrbem circūuallare frequenti.
Heu priſcis numē populis:ac nomine ſolo
In terris iam nota fides. ſtat dura iuuētus.
Ereptāq; fugā:& claudi videt aggeř muros
Sed dignā auſonia mortē putat eē ſagūthū
Seruata cecidiſſe fide. iāq; acrius omnes
Intendūt vires. adductis ſtridula neruis
Phocais effundit vaſtos baliſta molares
Atq; eadem ingentis mutato pōdere teli
Ferratā excutiēs ornū.media agmia rūpit:
Alternus reſonat clangor: certamine tanto
Conſeruere acies. veluti circundata vallo
Rōa foret:clamatq; ſuper tot milia. gentes
Inter tela ſatæ iam capto ſtamus in hoſte:
Nōne pudet cœpti? pudet ois.en bōa virt9
Primitiæq; ducis. talis ne iplere paramus
Italiam fama : tales præmittere pugnas?
Accenſe exultāt mētes:hauſtuſq; medullis
Annibal exagitat : ſtimlātq; ſequētia bella
Inuadūt manibus vallū:cæſaſq; relinquūt
Deiecti muris dextras:ſubit arduus agger
Impoſitq; globos pugnantū deſup vrbi:
Armauit clauſos:ac portis acuit hoſtem
Librari multa conſueta falarica dextra
Horrendum viſu robur: celſiſq; niuoſæ
Pirenes trabs lecta iugis:cui pluria cuſpis



Vix muris toleranda lues: cætera pingui
Vncta pice:atq; atro circūlita ſulphure fulminis hęc ritu ſūmis e mœnib9 arcis (māt
Incita ſulcatum tremula ſecat aera flamma.
Qualis ſanguineo pręſtringit lumina crine
Ad terram cœlo decurrens ignea lampas
Hæc ictu rapido pugnantū ſæpe per auras
Attonito ductore tulit fumantia membra
Hæc vaſte lateri turris cum turbine fixa:
Dū penitus pluteis vulcanū exercet adeſis.
Arma viroſq; ſimul preſſit flagrante ruina.
Tandem condenſis actæ teſtudinis armis
Subducto pœni vallo:cæcaq; latebra
Pandūt prolapſam ſuffoſis mœnibus vrbē
Terribilem i ſonitū procūbens aggere victo
Herculeus labor:atq; immāia ſaxa reuoluēs
Mugitū ingentē cœlo dedit.alpibus altis
Aeriæ rupes ſcopulorum mole reuulſa
Haud aliter ſcindūt reſonāti fragmie mōtē.
Surgebat cumulo certantū prorutus agger
Obſtabatq; iacēs vallum ne protinus inſtēt.
Hinc atq; hinc acies media pugnare ruina.
Emicat ante omnis primæuo flore iuuentæ
Inſignis rutulo murrus de ſanguine : ac idē
Matre ſagunthia graius gemioque parēte
Dulichios italis miſcebat prole nepotes.
Hic magnos ſocios naidum clamore vocātē
Qua corpus loricam īter galeamq; pateſcit
Conantis motus ſpeculatus cuſpide ſiſtit:
Proſtratūq; premēs tælo. voce inſup vrget
Fallax pœne iaces:certe capitolia primus
Scandebas victor:quæ tanta licentia voti?
Nunc ſtigio fer bella ioui : tū feruidus haſtā
Aduerſi torquens defigit in inguine iberi:
Oraque dum calcat iam ſingultantia lætho
Hac iter eſt inquit vobis ad mœnia romæ.
O metuenda manus:ſic quo ꝓperatis eūdū
Mox inſtaurantis pugnam circūſilit arma
Et rapto nudum clipeo latus haurit iberi.
Diues agri:diues pecoris:famęque negatus
Bella feris arcu iaculoq; agitabat iberus.

eruptionem in hoſtes:ꝙ fecere. nam liuio autore in caſtra hoſtes compulerūt. Tot milia.c.l.hominum milia habebat in armis Annibal cum oppugnaret Sagunthum·Gētes inter tela ſatæ. verba Annibalis increpātis ſuos:qui ſegnes ad expugnandam vrbem prope iam captam videbantur Stamus.hæremus:& ſic hortatur ipſos ad decorum ſeruandum: ne degenerare viderentur . En bona virtus.ironice loquitur . Hauſtuſq; medullis annibal.id eſt cum ipſi milites hauſiſſent verba Annibalis commoti ſunt ad actiorē vrbis oppugnationem. Arduus.altus & eminens: & aggerem ponit ꝓ machina bellica : ſuper quā milites īpoſiti imminebant vrbi:nūc appellantur baſtiones.Subit. adhæret mœnibus. ideo apud Virgi. Inſpectura domos venturaq; deſuper vrbi : Armauit clauſos.deſcribit arma ſagunthinorum q; bus hoſtiles machinas labefactabant . Phalarica in primis quæ eſt telum miſſile : quo vtuntur inquit Pompeius ex phalis.i. locis altis dimicātes. nam phalæ dicūtur turres ligneæ inde phalāgas dicimus perticas. Phalarica inquit Liui. erat ſagunthinis miſſile telum haſtili ligno oblongo & tereti:præterq̄ ad extremum: vnde ferrum extabat.id ſicut i pilo quadratum ſtuppa circunligabant:linebātq; pice. Ferrū aūt tris in longum habebat pedes:vt cum armis trāſfigere corpus poſſet.Librari.emitti i hoſtes multis manibus.Pyrenes:montis medij inter gallos & hiſpanos. Plurima:longa ad tres pedes. Atro.pallido. Circūlita: vncta vt illic ipſo motu ignē prius cōceptū maiorem ferret ad terrorē:vt videreť fulmen. Tremula.vibrāti:vt moris eſt flāmæ. Qualis ſanguineo. phalaricā cōparat fulmini ictū & ignē inferenti. Crine ſāguineo:radijs ignis.ide cometē appellamus ſtellā crinitā. Crines.n. ſtellarum ſunt radij: quos iaciūt. Pręſtringit lumina.i.obtenebrat oculos hominū:qui tanto fulgori ſunt impares. Præſtringere eſt tenebras effundere nimio fulgore. vnde Plautinus miles ait. Curate vt ſplēdor meo ſit clypeo clarior q̄ ſolis radij eē olim cū ſuduſt ſolēt vt vbi vſus veniet contra cōſerta manu pręſtrigat oculoꝝ aciē i acie hoſtibus. Inde dicimus p̄ſtigiatores. Vulcanum.ignem.nam tertius Vulcanus ex tertio ioue & Iunone natus lēni fabricę p̄fuit:habituſq; eſt deus ignis:& pro ipſo igni ponitur a poetis. Pluteis adhæſis:cōbuſtis tabulis ītus. Plutei dicunť crates corio nudo itectę:q̄ ſolebāt opponi militib9 op9 faciētib9:& appellabanť militares:nūc etiā tabulę:quib9 aliqd p̄ſæpiť:eodē nomine ſignificanť:autor ē ſext9 Pōpei9. Flagrāte:ardēte machina:& ruēte. Actæ teſtudinis: Teſtudo erat īſtrumētū bellicū:quo ad expugnādas vrbes effodiēdaq; mœnia vtebanť. Fiebat ex ligno & corio tegebať;dicta ē teſtudo a ſimilitu-

elin⁹ teſtudinis animalia:quā excogitauit Arthemon clazomani⁹:& equū qui nūc aries appellat̃: in muralibus machinis epeus ad Troiā:autore Plynio. Actæ:admotæ muro:Liuius ait. Itaqꝫ acrius de ītegro obortum eſt bellū:pluribuſqꝫ partib⁹ vix accipiētib⁹ quibuſdā opera locis. Vineæ cœpte agi: admoueriqꝫ aries Subducto vallo:ſuffoſſo ab illis:qui erāt ſub teſtudine. Liuius dicit Annibalē miſiſſe quingētos aphros : cū dolabris ad ſubruendū murū ab imo. Cæca latebra:cuniculis quos nūc appellāt cauas:de quib⁹ Martia. in diſtichis. Gaudet in effoſis habitare cuniculus antris. Mōſtrauit tacitas hoſtibus ille vias. Aries inquit Ioſephus libro tertio iudaici belli eſt immēſa materies malo nauis adſimilis:cui⁹ ſummū graui ferro ſolidatū eſt in arietis effigiem. vnde nomē accepit. Depēdet autē funibus medi⁹ ex trabe alia velut ex trutina palis vtrinqꝫ fulct⁹ bn̄ fūdatis. Retrorſus autem magna virorū multitudie repulſus: iiſdēqꝫ ſimul rurſus impellētibus miſſus in frōte prominēte ferro mœnia pcutit:nec ē vlla tā valida turris: aut murorū ābitus adeo latus:vt & ſi priores ict⁹ fortiter ſuſtinuerit aſſiduos vincat. Aggere victo: ſuperato muro ac deiecto. Tres turres inquit Liuius quantūqꝫ inter eas muri erat:cū fragore igēti ꝓciderāt : captūqꝫ oppidū ea ruina crediderāt pœni. Herculeus labor:mur⁹ ædificatus ab Hercule. Reuulſa mole:diducta parte mōtis & ingēti rupe. Fragmine:fractura& diductiōe molis ac rupis. Agger ſurgebat.i. mur⁹ ꝓſtratus ſurgebat iterū cumulatis ſup eum militib⁹ certātibus. Ne ꝓtinus inſtēt:Li.ait. Sed iunctæ acies velut patēti cāpo iter ruinas muri: tectaqꝫ vrbis modico diſtincta interuallo cōſtiterant. Ne inſtent: ne ꝓperēt:qm̄ in medio erat ruina ipſius muri : q̄ obſtabat. Rutulo ſāguine:italo a rutulis : qui tenuerūt ſagūthū vt dictū eſt murr⁹ erat ſagūthinus:cuius mater erat græca:& pater rutul⁹.i. ex ardea. Dulichios:græcos a dulichio iſula:q̄ eſt ꝓpe zacynthum:cui⁹ coloni cōdiderūt ſagūthū. Naidū:nomen ē militis punici interēpti a Murro. Speculatus:cū contēplatus eſſet:ac obſeruaſſet mot⁹ illi⁹ Naidi:qui nitebat̃ cōtra murrū. Siſtit: vulneratū ſternit. galeā gladiū & haſtā Lacedæmonij inuenerunt. Fallax pœne iaces:verba Murri inſulatis Naido pœno iā a ſe ſtrato. Stygio ioui: Plutoni. poſtquā inquit nō es cōpos voti: vt Ioui capitolino bellū inferas:vt optabas feras Plutoni. Aduerſi:cōtrarij ſibi. Singultātia:emittētia ſingultus in morte. Circūſilit.ſaltu emicās eripuit clypeū ibero:qui pugnā cōtra Murrū inſtaurabat. Haurit: vulnerat. clypeos inuenerūt p̄tus & acrit⁹ inter ſe pugnātes:ſiue calch⁹ athamātis filius. Lorycā mydasmeſſeni⁹. ocreas & criſtas chares. Vitę opacę: vmbratilis ac remotæ a ſtrepitu bellico. Spicula tela. ſaltus ꝓprie dicit̃ ſylua macreſſa. Per patrios ſalt⁹:ſi venatiōibus tātū ī patrijs ſyluis operā dediſſet. Funera vulgi:gregaliū militū. Effingēs:faciēs galeros ſuis crinibus demiſſis. Mulcere:cicures reddere.i. manſuetas. Fœtas:q̄ peperūt:& tūc ſunt ſæuiores timētes raptū fœtus. Bragada:fluuius libyæ prope vticam & carthaginem:hic iuuenis ſculptū habebat inclypeo bragadā fluuiū:a quo ipſe nomē accepat. Vrna fluminea:alueo & vado fluminis:imitatio virgiliana. Naſamones ſūt in libya ꝓpe ſyrtes. apd quas fiebāt naufragia:q̄ hic depopulabat̃:de ſyrtib⁹ alibi dicet̃. Laceras:fractas tēpeſtate ac illiſas vadis ſyrtiū. Exarmare veneno doct⁹:Plyni ait:quorūdā hoium tota corpora pſunt:vt ex his familijs:q ſunt terrori ſerpētibus tactu ipſo leuāt pcuſſos. ſuctu ve modico:quoꝝ ex gn̄e ſunt Pſyli marſique:& qui oblōgenes vocant̄ in inſula cy.

Fœlix heu nemoꝝ:& vitæ laudād' opacæ:
Si ſua per patrios tenuiſſet ſpicula ſaltus.
Hūc miſeratus adeſt iſeſto vulnere ladmus
Cui ſæuū arridēs narrabis amilcaris vmbris
Hāc īquit dextrā:quæ iā poſt vulnera vulgi
Annibalē vobis comitem dabit:& ferit alte
Inſurgens gladio criſtatæ caſſidis æra:
Perque ipſū tegmen crepitātia diſſipat oſſa
Tū frōtem chremes intōſā viberāte capillo
Septus.& horrentes effingens crine galeros
Tum maſulis:crudaqꝫ vires ad bella ſenecta
Harcalo nō pauidus:fœtas mulcere læenas
Flumineaqꝫ vrna celatus bragada parmam
Et vaſtæ naſamō ſirtis populator hiempſal
Audax in fluctu laceras raptare carinas
Vna omnes dextraqꝫ cadūt:iraqꝫ perempti.
Necnon ſerpentes diro exarmare veneno
Doctus atir:tactuqꝫ graues ſopire chelidros
Ac dubiā admoto ſobolē explorare ceraſte.
Tu quoqꝫ fatidicis garamāticus accola lucis
Inſignis flexo galeam per tempora cornu
Heu fruſtra reditū ſortes tibi ſepe loquutas
Mentitumqꝫ ioue icrepitās occūbis hiarba:
Et iam corporibus cumulat⁹ creuerat agger:
Perfuſæqꝫ atra fumabat cæde ruinę.
Tum ductorē auido clamore i prelia poſcit
Fulmineus ceu ſpartanis latratibus actus
Cum ſiluam occurſu venantū pdidit hirto



Et tota ſe mole tulit:velut incita clauſum
Agmina pœnorū cingant:& cuncta pauetē
Caſtra premāt:lato murrus caligat i hoſte.
Mille ſimul dextræ:denſus micare videtur
Enſis:& innumeræ nutare in caſſide criſtæ
Conclamāt vtrinqꝫ acies:ceu tota ſagūthos
Igne micet:trahit inſtanti languentia letho
Mēbra pauēs murr⁹:ſupmaqꝫ vota capeſſit
Conditor alcide:cuius veſtigia ſacra
Incolimus:terra minitantem auerte ꝓcellā
Si tua non ſegni defenſo mœnia dextra
Dumqꝫ orat:cæloqꝫ attollit lumia ſupplex.
Cerne ait an noſtris longe tirinthius auſis.
Iuſtius affuerit:ni diſplicet æmula virtus.
Haud me diſſimilē alcide primoribus ānis
Agnoſces inuicte tuis.fer numen amicum
Et troiæ quōdam primis memorate ruinis.
Dexter ades phrigiæ deleti ſtirpis alūnos
Sic pœnus.preſſumqꝫ ira ſimul exigit ēſem
Qua capuli ſtatuere moræ:tæloqꝫ relato
Horrida labenti perfunditur arma cruore.
Scilicet ingenti caſu turbata iuuentus
Procurrit:nota arma viri:corpuſqꝫ ſuperbo
Victori ſpoliare negant:coit aucta viciſſim
Hortādo man⁹:& glomerata mole ferūtur.
Hic caſſis galea:hic clipe⁹ ſonat æreus haſtis
Inceſſunt iudibus:librataqꝫ pondera plūbi
Certatim iaciunt:deciſæ in vertice criſtæ.
Direptumqꝫ decus nutātum in cęde iubaꝝ.
Iāqꝫ agitur largus per mēbra fluentia ſudor
Ft ſtant loricæ ſquamis horrentia tela
Nec reqes tegmenue datur nutare ſub ictu
Genua labāt:feſſiqꝫ humeri geſtamia laxāt
Tū creber:penituſqꝫ trahens ſuſpiria ſicco
Fumat ab ore vapor:niſuqꝫ eliſus anhelo
Auditur gemit⁹:fractūqꝫ i caſſide murmur
Mēte aduerſa dōat:ſuadetqꝫ niteſcere duris
Virtutem:& decoris precio diſcrimia pēſat:
Hic ſubitus ſciſſo denſa inter nubila cęlo
Erupit quatiens terrā fragor:& ſuper ipſas
Bis pater itonuit geminato fulmine pugnas

bo. Curuatis:ſuſpenſis. tranſgreditur inſulas obiectas. Inceſſentia:impetentia ſolum annibalem, tamen ſiſti nō poterat quemadmodum cyclades vim tempeſtatis & fluctuum cum ſe opponūt reprimere non poſſunt:ſed fluctus illas magno īpetu tranſgreditur:ſic Annibal inter ſuos atque hoſtes ad murrum ruebat ſimilis fluctui. Tormētis: baliſta & onagris. Inter ſolem : repercuſſione radiorū ſolarium. En q res lybicas : verba Annibalis contēnentis Murrum. Faxo:faciam . Fœdera quę erāt renouata cum aſdrubale:vt ſagunthinis libertas ſeruaretur. Et veſter iber⁹:qui ex illo fœdere renouato erat terminus imperij: quæ omia ānibal irrita fecit. Deos deceptos : quoniam in ꝑcutiendis fœderibus dij inuocabantur. Impij ducis decorum ſeruat poeta. Fxoptatus ades:verba Murri ad annibalem. Olim:iampridem cupiebā congredi tecum. Hoſtem:annibalem aſcendentē propius. Præruptū loci : id eſt iam ſubeuntem altiorem partem aggeris proſtrati. Prono ictu:ruenti in aſcendentem annibalem. Subſedit : flexit ſe annibal pondere ſaxi preſſus. Fragmine muri: ſaxo euulſo ab aggere ſtrato. Nutantia :mouētia ſeſe:laus annibalis a fortitudine quæ in aduerſis ſe oſtentat. Caligat:caligine obducebatur murr⁹ ꝓpter timorem videns tantum hoſtē. Cōclamāt hortantur ad pugnam in tanto certamine. Conditor alcide:oratio Murri ad herculem ſagunthi cōditorem. Sacra:numini tuo dicata . Procellam annibalem procellæ iſtar. Cerne ait:verba annibalis inuocantis etiam herculem inimicum quōdā troianorum . tempore quippe Laomedontis troiam expugnauit: ob negatam ſibi mercedem a Laomedōte propter liberatam heſionen: q̄ marino mōſtro expoſita erat quod hercules occidit cum illac trāſiret nauigās ad oram phaſidis pro aureo vellere aſportādo:vt canit Flaccus. An tyrinthius:hercules a Tyrinthe: quæ erat munimētum argiuorū vbi fuit educatus hercules. Delenti:mihi paranti delere romanos oriundos a phrygibus inimicis quōdam tuis. Dexter : propitius. Exigit:immittit in viſcera murri vſqꝫ ad capulū. Moræ: impedimenta ne ſcilicet enſis altius deſcenderet. Statuere:permiſcere. Relato:educto e corpore murri. Iuuētus: ſagūthina ſcilicet. Coit: cōgregatur. Viciſſim:mutua exhortatione vocati. Inceſſunt:infeſtant impetunt. Librata: emiſſa ex fundis. Tegmen:clypeum & arma. Eliſus. excluſus. Mente aduerſa domat : id eſt fortiter patiebatur omnia aduerſa:vt ſuum decorum ſeruaret. turpe quippe fuiſſet ſi tantus vir ceſſiſſet aduerſis:ſed magnitudine honeſtatis & laudis vitę pericula rependebat. Virtus enim circa pericula verſatur:& qui illa ſubit & gaudet:aut ſaltem nō dolet fortis eſt : & nonnulli ob dolorem & peri-

cula inuicti animi laudē amittunt. Ideo annibal mēte: id eſt magnitudine animi & robore ſubnixus domabat aduerſa:vt virtutis præſcriptū ſeruaret:animiq; laudem aſſequeretur. In aduerſus eſto firmus inqt Seneca: In proſperis cautus & humilis. Suadet:hortatur virtutē ſuam: & ſeipſum niteſcere in aduerſis: vt decet virum fortē:qui circa terribilia verſatur interritꝰ. Duris:difficultatibus circa q̄ verſaẜ virtus. Vnde dicit Seneca: Altū quiddā eſt virtus:excelſum & regale:iuictū:infatigabile. Pēſat. repēdit pericula q̄ ſubibat cum laude quā aſſequebatur tolerādo fortiter aduerſa:q̄ ſunt virtutis occaſio. nitet eñi i his virtus. Fragor: rumor cœli. Librata:quodā libramento miſſa. Vibrauit: vibrando venit. Belli iniuſti: qđ erat cōtra fœdus. Fœmore aduerſo:Liuius ait annibalē fuiſſe vulneratū non cū iteremit murrū:ſed cū incaute murum ſubiret. Vt vero iquit: annibal ipſe dū murū īcautus ſubit:aduerſum fœmur tragula grauiter ictus cecidit. tāta circa fuga:& trepidatio fuit:vt non multū abeſſet:quin opa & vineæ desererentur obſidio. deinde p paucos dies magiſq; oppugnatio fuit:dū vulnus ducis curaretur. Tarpeiæ rupes:exclamat poeta ad capitoliū ac numina romana. Saxū:capitoliū:vbi erat numinū ſedes. Flāmæ laomedonteæ:virgines veſtales inſtitutæ fuerunt a Numa pōpilio:& primū duæ fuerunt:ide duæ additæ ab ipſo Numa:poſtea Seruius tulliꝰ duas addidit:& ſic fuerunt ſex. Inde auctus ē numerus:q̄ templū veſtæ cuſtodiebant:& ignē inextinctum:quē ritū ſacrorū æneas ex phrygia i italiā aduexit. Iuuenalis:Vbi quāquā diruta ſeruat Ignē troianū & veſtā colit alba minorē. Fallacis teli. qm̄ ſi altius inſediſſet annibal nūquā trāſcendiſſet alpes. Clauſæ:alpes:quia añ ānibalē vt hic canit:alpes fuerāt impuiæ. ideo exclamat ſarranus apud eundē. Amiſimꝰ alpes:arcē ſcilicet italię. tñ prius galli alpes trāſcenderāt: ſed alia via. quā alienis veſtigijs tutā annibal ſeq noluit: ſed auias alpes penetrauit. Allia:fluuiꝰ prope romā apud quē Tribuni militū cum gallis ſenonibusq duce brēno romā infeſto agmine petebāt infœlici marte pugnauerūt: Vnde ille dies ater habitꝰ eſt a romanis. Ouidius in ibim: hæc eſt in faſtis cui dat grauis allia nomē. Allia non cederet tuis vndis:ideſt nō fuiſſet maior ſtrages romanorum apud tranſimenū q̄ fuerit prius apud alliam. Vana rudimentā:irrita principia propter vulnus ducis. At duræ inuigillant mētes: ſagunthini inquit non dormiebant in tāta opportunitate rerū q̄uis veniſſet nox:ſed murū collapſū reſtituebant. Duræ:pſeuerantes in laboribus pro decoro ſeruando. Molē:diſiectā. ſ. a teſtudie:& alijs tormentis reſtituunt noctu. Fractis rebus:vrgēte neceſſitate:& iam debelitatis rebus ſagūthinoꝝ. Vltima virtus:vltimus conatus qui ſit deſperatis prope ratis prope iā rebus. Vnde dicit ſene. Acerrima virtus eſt quā vltima neceſſitas extundit. Vana:inutilis tali labori:qui virorū eſt:nō mulierū: quas penſa decēt:& calati:vulgus inquit hoc agebat. at ſenatores de ſumma rerū conſultabāt. Munia officia. i. erat illis curæ conſulere labanti patriæ Subeāt:ſuccurrāt rebus iam attritis. Flammas ſi

Inde inter nubes ventorum turbine cæco
Vltrix iniuſti vibrauit lancea belli
Ac fœmore aduerſo librata cuſpide ſedit.
Tarpeiæ rupes: ſuperiſq; habitabile ſaxum
Et vos virginea lucentes ſemper in ara
Laomedontæ troiana altaria flammæ
Heu quantum vobis fallacis imagine tęli ;
Promiſere dei:propius ſi preſſa furenti
Haſta foret: clauſę ſtarēt mortalibus alpes.
Nec traſimene tuis nunc alia cederet vndis
Sed iuno aſpectans pyrenes vertice celſę
Vana rudimenta: & primos i marte calores
Et validam duris euellit ab oſſibus haſtam
Ille tegit clypeo fuſum per mēbra cruorem:
Tardaq; paulatim: & dubio veſtigia niſu
Alternata trahens auerſus ab aggere cedit.
Nox tādem optatis terras: pōtūq; tenebris
Condidit. & pugnas erepta luce diremit:
At durę iuigilant mentes. molēq; reponūt
Noctis opus: clauſos acuūt extrema pericli:
Et fractis rebus violentior vltima virtus:
Hic pueri: iualidiq; ſenes: hic fœmia ferre
Certat opem i dubijs miſer ādovana labori:
Saxaque mananti ſubuectat vulnere miles
Iam patribus: clariſq; renū ſua munia curę
Concurrūt. lectoſq; viros hortātur: & orāt.
Defeſſis ſubeant rebus: reuocentq; ſagūtho
Sidonias flammas: nūc ite: impellite puppi:
Saucia dū caſtris clauſa ē fera tēpore martis
Vtēdū ē rupto: & graſſandū ad clara piclis.
Ite citi: deflete fidem: muroſq; ruentes
Antiquaq; domo meliora accerſite fata.
Mādati ſūma eſt: dū ſtat remeate ſagūthos.
Aſt illi celerant qua proxima littora greſſū:



donias:incendiū punicū. Clauſa ē fera:ipſe Annibal īmitis vt fera. Tēpore rupto. i. opportunitate temporis oblata:& occaſione:dū. ſ. ceſſat oppugnatio vulnere ānibalis. Graſſandū ad clara: eundū cū impetu more latronū ad decus & gloriā per oīs aduerſitates:& pericula:vt patria libereẜ:pro qua vir bonus: ſi opus ē occumbere debet nō ſolū pati labores & diſcrimina. Antiqua domo:Roma:qm̄ ex latio miſſi fuerāt illuc coloni. Dū ſtat remeate. i. cū adhuc nō eſt expugnata vrbs:ite ac redite. Tumido:inflato vētis. Pellebat ſomnos:deſcribit aurorā:cuius maritꝰ fuit Tithonus frater Priami. Diodo. dicit Tithonū verſus orientē militaſſe vſq; inęthiopiā:& ex Ida filiū genuiſſe Memnonē:quē ad Troiā Achilles interemit. Roſcida: humida: qm̄ in aurora cadūt rores. Rutilus. ſonipes equus ſolaris rubicūdus. Afflarat:perſtat in trāſlatione equorū. Nocturnis:noctu erectis. Pendēt actꝰ:ceſſant. Interea rutulis:redit ad legatos:q nauigantes p mare hiſpanū:& maſſilienſe puenerunt ad portū meneci. & mare liguſticū. portus Herculis qui & meneci diciẜ:eſt iter Maſſiliā & Genuā cū tēplo herculis ita dictꝰ: qm̄ Hercules ibi habitet ſolus. Rutulis:ſagunthinis oriūdis ab Ardea capite rutulorum. Boreas:vētus ſeptētrionalis flat a Thracia dictus a boatu:qa cū ipetu flat:& ſtridet. Alis:qm̄ venti fingūtur alati. Solꝰ habet: hoc dicit ꝓpter vicinitatē ſeptētrionis:& frigidꝰ eſt: quia ex locis frigidiſſimis ſpirat. nec inter eundū tēpaẜ alicuiꝰ plagę calore. Arcto:ſeptētriōe. Vorticibꝰ:vortex:vt ſcribit Fabiꝰ:diciẜ cōtorta i ſe aq̄ vel qcqd aliud ſiīr vertiẜ:inde ꝓpter flexū capillorū pars ſūma capitis diciẜ vertex: & etiā ſūmitas mōtiū. ꝓprie tñ vñ initiū eſt. Aequora fracta: vñ ſciſſę flatu vētorū. Anhelāt:ęſtuāt. Rhenꝰ ē fluuius diuidēs germanos a gallis. Rhodanꝰ galliæ comatę fluuiꝰ dictus a Rhoda oppido: colonia rhodiorū. O patria:verba legatorū ad patriā ſagūthū:quorū laus ē a pietate:quā patrię debemꝰ q̄ oīum caritates cōplectiẜ. Quo loco:i quo ſtatu & cōditiōe res tuę ſūt. Sacrę arces: ꝓpter Herculē:q eas poſuit:ſupra dixit:cuiꝰ veſtigia ſacra incolimꝰ terra. De tāto nomie:qm̄ ſagūthꝰ erat opulētiſſima & clara ciuitas fide: quā vſq; ad iteritū ſeruauit. Ad oras laurentes:ad oſtia tyberia. Laurētū fuit oppidū latij nō ꝑcul a tyberi. Anio labitur ex mōtibꝰ trebulāis:ide p deſceſ tyburtinos deuoluiẜ in planū:& tyberi miſceẜ:quē auget: & ſua vnda ditiorē facit. Flauo gurgite: aqua turbida:vnda albula quōdā dicebaẜ hic fluuꝰ a colore aq̄. Pōtū:mare tyrrhenū. Cōſanguineę: ꝓpter ardeā:cuiꝰ fuerat colonia. Cōciliū. diciẜ cōgregatio hoium a cōcalādo. i. vocādo:vñ calēdę dictę: qa i pricipio mēſis ppſus calabaẜ. Auguſtū:venerātiōis:maieſtatiſq; plenū: Auguſtꝰ diciẜ locꝰ ſanctꝰ:& venerabilis. Vñ dicit Liuiꝰ romulū feciſſe ſe auguſtiorē purpureo habitu. Caſta pauptate: qm̄ a paupibꝰ:& ſtudioſis caſte viuiẜ. diuites aūt luxu diffluūt. Beatos:fœlices:beatꝰ ꝓprie dicitur is:cui nihil deeſt:& q e natura viuit:iſtātibꝰ deſiderijs ſatiſfacere cōtētꝰ ē. Vñ dicit Seneca. Is maxime diuitijs fruiẜ:q minime diuitijs indiget. Et Epicurꝰ dicebat lętā pauptatē eē rē honeſtā. ani

Effugiunt tumido per ſpumea cærula velo.
Pellebat ſomnos tithoni roſcida coniunx:
Ac rutilus primis ſemper hinnitibus altoſ ;
Afflarat mōtis: roſeaſq; mouebat harenas.
Iam celſa e muris extructa mole iuuentus
Clauſam nocturnis oſtentat turribus vrbē.
Rerum oēs pendent actus: & milite mœſto
Laxata obſidio:ac pugnādi ſubſtitit ardor.
Inq; ducem verſæ tanto diſcrimine curæ.
Interea rutulis longinqua p æquora vectis
Herculei ponto cœpere exiſtere colles.
Ft nebuloſa iugis attollere ſaxa meneci
Thracius hos boreas ſcopulos imitia regna
Solus habet:ſēpq; rigēs nūc littora pullat:
Nunc ipſas alis tangit ſtridentibus alpes:
Atq; vbi ſe terris glaciali fundit ab arcto:
Haud vlli contra fiducia ſurgere vento: (lāt
Vorticibus torq̄t rapidis mar: fractaq; āhe-
Aequora:& iiecto cōdūtur gurgite mōtes.
Ianq; volās rhenū:rhodanū i nubila tollit.
Hūc poſtquā boreæ dirum euaſere furorē:
Alternos mœſti caſus belliq;:mariſq;:
Et dubium rerum euentū ſermone volutāt.
O patria fidei domꝰ iclyta: quo tua nūc ſūt
Fata loco:ſacræ ne manēt in collibus arces?
An cinis heu ſuperi tanto de nomine reſtat?
Ferte leues auras:flatuſq; ciete ſecundos:
Si nondum iſultat templorū protinus ignis
Culminibꝰ:latiæq; valēt ſuccurrere claſſes:
Talibus illachrymāt nocteq;:dieq; q̄relis:
Donec laurentes puppis defertur ad oras:
Qua pater acceptis anienis ditior vndis
In pontum flauo deſcendit gurgite tybris?
Hinc cōſanguineæ ſubeūt mœnia romæ.
Conciliū vocat auguſtū:caſtaq̄ beatos

mus enim debet eſſe diues:non arca:breuiſſima quippe ad diuitias via eſt præter contemptum diuitiarũ
Nomina parta:comparata victoriis:accipiebant enim cognomina a deuictis hoſtibus:vt Torquatus:Cor
uinus:Capitolinus fecere.parimodo de prouincijs.Sed poeta reſpexit ad ſua tempora.Aphricanus ei pri
mus a deuicta aphrica cognomẽ accepit.Conſul:conſules erant Semp.longus:&.P.Scipio. Aequãtẽ ſupe
ros:ideſt diuinos omnique virtute præſtãtiſſimos ſenatores romanos. Recti:iuſtitiæ. Hirtæque comæ:im
pexæ.L.Ticinius Menas:auctore Plynio primus ex Sicilia in italiam tonſores duxit.Aphricanus aũt radi
quotidie inſtituit.ante erant intonſi:vnde Ouidius:Hoc apud intonſos nomẽ habebat auos.Neglecta mẽ

Paupertate patres:ac nomia parta triũphis
Conſul.& æquantẽ ſuperos virtute ſenatũ:
Facta animoſa viros:& recti ſacra cupido
Attollunt:hirtæq; comæ:neglectaq; mẽſa:
Dextraq; a curuis capulo non ſegnis aratris
Exiguo faciles:& opum non indiga corda
Ad paruos curru remeabant ſæpe penates.
In foribus ſacris:primoq; in limine templi
Captiui:currus belli decus:armaq; rapta
Pugnatũ ducibus.ſęuęq; i marte ſecures:
Perfoſſi clipei:& ſeruãtia tela cruorem:
Clauſtraq; portarũ:pẽdẽt hic punica bella
Egathis cernas:fuſaq; per æquora claſſe
Exactam ponto libyen teſtãtia roſtra
Hic galeę ſenonum:penſatiq; ĩprobus auri
Arbiter enſis ineſt:galliſq; ex arce fugatis
Arma reuertẽtis pompa geſtata camilli.
Hic ſpolia eacidæ:hic epyrotica ſigna:
Et ligurũ horrẽteſq; comę:parmęq; relatæ
Hiſpana de gente rudes:alpinaq; geſa.
Sed poſtq̃ clades patefecit:& horrida bella
Orantum ſqualor preſenſq; aſtare ſagũthi
Ante oculos viſa ẽ extrema precãtis imago
Tum ſenior mœſto ſyrcoris ſic ĩcipit ore.
Sacrata gens clara fide:quam rite fatentur

ſa.i.ipſa tẽperantia:quę luxum aſpernatur:& mo
dum cupiditatibus ponit.& ſic laudat romanos a
p̃ſimonia ĩ victu.Dextra nõ ſegnis capulo.i.prõ
pta ad bellũ & pugnam:quãuis araſſet.Nam apd
antiquos ille ſummis laudibus celebrabatur:qui
bonus agricola:bonuſq; miles dici poterat.Vñ di
cit Plyni⁹:Fortiſſimi:& ſtrenuiſſimi milites ex a
gricolis gignuntur.Senatores colebãt agros.erãt
inquit poeta ita prõpti ad bellũ:quẽadmodũ ad
agriculturã.Cincinatus ab aratro ad dictaturã vo
catus fuit.eadem diligentia inquit Plynius:arua
diſponebant qua caſtra:Nullũ laborem recuſant
manus:ĩquit Seneca:quæ ad arma ab aratro trãſ
feruntur.Opum nõ indiga corda:qm̃ erãt p̃dita virtutibus:quæ ſunt aĩ dotes:has qui habet bo
na fortunæ ſpnit.ea vero appetit q̃ natura pro ſui
cõſeruatione deſiderat:qđ q facit:e natura viuit:
& ditiſſimus eſt:panẽ & aquã:inquit Seneca natu
ra deſiderat:nemo ad hæc pauper eſt:intra q̃ quiſ
quis deſiderium ſuũ claudit:cũ ioue de fœlicitate
cõtendat.Faciles exiguo:cõtẽti re parua. Curru:
triumpho. In foribus ſacris:Tangit Syllius geſta
romanorũ vſq; ad ſcđm bellũ punicũ. in tẽplo vt
plurimum ſenatus habebatur: Huius tẽpli Liui⁹
nõ meminit:cũ de Saguntħinis ĩtroductis ĩ ſena
tũ loquitur. Ait enĩ:Cõſules tũc erãt Romæ Sci
pio:et Sẽpronius:q cũ legatis ĩ ſenatũ ĩtroductis
de republica rettuliſſẽt:et.c. Captiui:adẽpti ho
ſtibus.Secures:ſecurĩ ĩ bello Pentheſilea Amazo
nũ regina ĩuenit.Clauſtra:vectes:et ſerã.clauſtra
dicũtur a claudẽdo.Punica bella egathes. ideſt ſi
gna victoriæ:quã rõani habuerẽt de pœnis ad Ega
thes ĩſulas.Roſtra teſtãtia:q̃ oñdebãt pœnos ſupa
tos bello nauali a rõanis ceſſiſſe mare:amiſſis Si
cilia:& Sardinia:in cuius victoriæ monumẽtũ ro
ſtra nauium carthaginẽſiũ in foribus tẽpli affixa erãt:vt quondã roſtra antiatũ.Rõani enĩ deuictis antiati
bus nauali prælio in monumẽtũ victoriæ roſtra nauiũ affixerunt:ſuggeſto erecto in foro:qđ roſtra appella
rũt.Vñ Plynius ait. Roſtra nauiũ tribunali præfixa foro decus erãt veluti populo rõano corona impoſita.
Exactã:pulſã e mari.Hic galeæ ſenonũ.Galli ſenones omiſſis cluſinis:quos vexabãt infeſto agmie Romã
cõtenderunt:qua capta Capitoliũ quo ſe robur receperat rõanũ:obſederũt rõani auro ſalutẽ redimere de
creuerũt:& mille pondo auri pepigere:ſed cum deberet aurũ appẽdi:allata fuerunt a gallis iniqua ponde
ra:&.P.Sulpitio trib.militũ reclamante additus eſt iniquo ponderi enſis ab inſolẽti gallo:quẽ rõani poſtea
ſeruauerunt in monumẽtum illius indignitatis.Arbiter enſis:iudex ponderis:qm̃ fuit additus ponderibus
& videbatur eſſe quaſi arbiter.arbitrũ autẽ appellamus iudicẽ:qui poteſt pro volũtate iudicare. Reuerten
tis camilli: Camillus abſens.erat enim Ardeæ:& quidem exul dictator creatus auro nondum appẽſo in
teruenit:& primo cõgreſſu in vrbe gallos nullo negocio fudit:fugauitq; inde ad octauum lapidem via ga
bina:quo ſe ex fuga contulerant penitus deleuit:& triumphans in vrbem reuerſus eſt: & alter romulus:ac
parẽs patrię cõditorq; alter vrbis appellat⁹.Virgili⁹:& referẽtẽ ſigna camillũ Põpa:triũpho.Spolia eacidę



Pyrrhi regis epyrotaꝝ:qui apud aſculũ Curio:& fabritio conſſ.bis fuit exut⁹ caſtris:& bis vulnerat⁹:& tã
dẽ italia pulſ⁹ ex ea victoria pluria bona Romã allata fuerũt:vt aurũ:purpura:tabulæ.Et ligurũ comæ:Li
gures ẽporiũ caput hñt genuã:quõdã finitimos latrocinijs ĩfeſtabãt:hos.L.Poſthumi⁹ ita bello attriuit:vt
vix ferrũ reliq̃rit ad terrã colẽdã Ligures & hiſpani domiti fuerũt primo bello punico a Lucio Poſthumio
& Lucio æmilio cõſulib⁹.Parmæ rudes.ĩpolitę:quoniã vt ſcribit Strabo:Hiſpani peltas geſtabant:& agi
les armaturas ꝓpter latrocinia:& gladio:fũda:atq; iaculo vtebãtur.Geſa:ſũt tela gallorũ:auctore Nonio
Virg.Alpina coruſcat geſa manu.eſũ:vt inquit Sextus Pompeius eſt graue iactu iaculum.Clades:illatas

Marte ſatam:populi ferro parere ſubacti.
Ne crede emẽſos leuia ob diſcrimina põtũ
Vidimus obſeſſã p̃riã:muroſq; tremẽtes:
Et quẽ ĩſana freta:aut cœtus genuẽr ferarũ
Vidimus ãnibalẽ:ꝓcul his a mœnibus oro
Arcete o ſuperi:noſtroq; in marte tenete
Fatiferæ iuuenẽ dextræ:qua mole ſonãtes
Exigit ille trabes:& quãtus creſcit in armis
Trãs iuga pyrenes mediũ ĩdignatus iberũ
Exciuit calpen:& merſos ſyrtes harenis.
Molitur populos:maioraq; mœnia q̃rit
ſpũeus hic medio q ſurgit ab æquorẽ fluctu
Si prohibere piget veſtras effrĩget ĩ vrbes.
An tanti precium motus:ruptiq; per ẽſes
Fœderis hoc iuueni iurata in bella ruenti
Creditis:vt ſtatuat ſuperata iura ſarũtho?
Otius ite uiri:& naſcẽtem extĩguite flãmã
Ne ſeræ redeãt poſt aucta pericula curæ.
Quãquã o ſi nullus terror:nõ obruta iã nũc
Semina fumarẽt belli:veſtręue ſaguntho
Spernẽdũ cõſãguineã ꝓtendere dextram:
Oĩs iber rapidis:omnis fera gallia turmis.
Omnis ab ęſtifero ſitiẽs libys imminet axe
Per vos culta diu rutulę primordia gentis
Laurentẽq; larẽ:& genitricis pignora troie
Conſeruate pios:qui permutare coacti
Acriſioneis tirynthia culmina muris.

ab ãnibale.Squalor.i.ipſi oratores ſqualidi:& p̃
ſeferentes triſtitiam:vt magis mouerẽt affectus
Precãtis extrema:petẽtis vltima auxilia. Sa
crata gẽs:oratio Sycoris oratoris ſagũt hinorum
in genere deliberatiuo:cuius finis eſt vtilitas.hu
ius orationis exordio captat beniuolentiã a ro
manis laudãs eos a fide:quã in Capitolio ſacra
uerãt.Inde narrat cũ amplificatione pericula:&
crudelitatem annibalis:& arguens ab vtili:pio:
iuſto:& honeſto:nititur perſuadere mittendum
eſſe ſubſidium:ſaguntħinis extrema calamitate
laborãtibus:inde corporis habitu mouet affect⁹
Lacerata enĩ veſte ĩ ſignũ mœroris ſtrauit ſe hu
mi:quod cõuenit miſeris:& extrema difficultate
taborantibus.Sacrata fide:Nã romani fidẽ & mẽ
tem in capitolio ſacrauerãt.Cicero ĩ libris de na
tura deorũ ſic ſcribit:Tum autẽ res ipſa ĩ qua vis
eſt maior aliqua ſic appellatur:vt ea ipſa vis no
minetur deus:vt fides:vt mens:quas in Capito
lio dedicatas videmus proxime a Marco Aemi
lio Scauro.ante autem ab attilio Calatino erat fi
des conſecrata:de qua cõſecratione nũc Syllius
intelligit:quoniã calatin⁹ iuit in primo bello pu
nico.Populi quos bello viciſtis.Marte ſatã:natã
a Marte propter rei militaris peritiã romani ſu
am conditoriſq; ſui originem ad martẽ referunt
Ne crede emenſos:Narratio eſt:quæ debet eſſe
dilucida:breuis:& veriſimilis:qua mouet ſena
tores ad affectum a calamitate patriæ:ideſt ad
iram contra annibalem:& miſericordiam pro ſa
guntħo obſeſſa:& ab vtili ſuadet reprimendum
eſſe hoſtem:ne talia & ipſi romani tandem pati
antur:ideo ſuperos obteſtatur:vt annibalem pe
ſtem tabificam in ſaguntħinum potius bellum te
neant:q̃ permittant romanos inuadere.Inſana.
æſtuoſa & concitata Fatiferę dextræ afferentis
fatum & mortem:& eſt pars confutationis. potu
iſſet enim dici.ſi Annibal veniet non erit timen
dus:cũ ſit nulli⁹ momenti:ideo ſubiũgit.Qua mole ſonãtes exigit:ideſt emittit ĩ hoſtẽ haſtas trabales.i.
maxias:& hoc dicẽs ſuadet ab vtili.Quãt⁹ creſcit:aſſurgit ĩ clypeũ.Imitatio virgiliana.Trãs iuga pyrenes:
exauget rẽ:vt maiorẽ ĩcutiat metũ romanis.Dicitq; Annibalẽ vocaſſe ad bellũ ferociſſimas gẽtes:& trãſmi
ſiſſe iberꝫ:q erat termin⁹ ĩperij:& meli⁹ iter vtriuſq; ppli ditionẽ:vt oñdat illũ tot:tãtiſq; militib⁹ ſubnixũ
oĩa auſuꝝ:& vt romanos moueret reb⁹ ſuis timẽtes:niſi ſtatĩ reprimeretur illi⁹ conat⁹. Cape mõſẽ ĩ fini
b⁹ hiſpaniæ ad fretũ.quẽ ponitur ꝑ hiſpanis habitãtib⁹ ad occaſũ:quos Annibal ad arma exciuerat. & vt
maiorẽ timorẽ faciat:dicit Annibalẽ trãſcẽdiſſe pyreneos mõtes:q diuidũt gallias ab hiſpanijs.Merſos ha
rẽis:aphros:& naſamões.Molitur:vocat ad bellũ.Maiora mœnia:vrbẽ romã.Spume⁹:trãſlatio ẽ:& loc⁹ab
vtili hñs ĩ ſe etiã cõfutationẽ:potuiſſet eĩ dici:Mouet qdẽ bellũ:ſed nõ nobis.ideo ait:vr̃as effriget in vr
bes.Spumeus fluctus:Annibal ſimilis fluctui.An tãti prætium motus:cõfirmatio eſt cõfutationis:& ineſt
ipſa confutatio.ſenſus.putatis ne Annibalẽ rupiſſe fœdus:& ruiſſe ad arma:& tãtos excitaſſe motus.vt ſa

guntho dũtaxat potiaṫ?quaſi dicat:non ita credendũ eſt.Per enſes:arma:qm̃ hoc bellũ erat contra fœdus.
Iuueni:Annibali fœdifrago.ordo eſt:an creditis eſſe præcium tãti motus iuueni.Vt ſtatuat iura:ideſt im-
ponat finem potentiæ:quã nunc habet in armis:& cupiditati.Iurata bella:iurauit ſe illaturum romanis:vt
dictum eſt.Otius ite viri:locus ab vtili:occurrite inquit Annibali:& illũ furentem reprimite:ne poſtea dã
no affecti vos non feciſſe pœniteat.Fumant inquit ſemina belli:ſi tamẽ inualuerit incẽdiũ nõ facile extin-
guetis &hæc pars habet confutationem potuiſſet enim dici cum mouebit bellum ibimus obuiã armis
ideo ait:Vtinã nõ eſſet iã opus veſtro auxilio& ſemina belli non fumarent. Omnis iber: ponit gentes:
quæ in illius exercitu erant:& per epitheta auget
metũ:vt oſtendat illos eſſe timẽdos.Oĩs iber:oẽs
hiſpani ab ibero fluuio.Rapidis in arma furenti-
bus.Fera:crudelis bellicoſa. Aeſtifero axe :cœlo
libyco:quod eſt ſubditũ cãcro. Omnis libys:oẽs
libyci nobis imminent.Sitiens:qm̃ aphrica labo-
rat penuria aquarũ:& ideo colõi malis aſſueti me
lius militiæ labores tolerare poſſunt.Per vos cul-
ta:locus eſt a pio.Oramus inquit vos per numia
veſtra:quę ſemper pio animo coluimus:vt nobis
ſuprema calamitate laborantibus ſuccuratis. Ru
tulæ gentis :ardeatium : quorũ rex Rutulus fuit
a quo rutuli dicti:cuius filius Daunus pater Tur
ni. Coluimus inquit diu ſacra latina aduecta ex
Phrygia ab Aenea:& principio rutulæ gentis:cu
ius ſagunthus fuerat colonia.Laurentẽq; larẽ:tẽ-
plũ Apollinis ſiue ſolis:quod erat apud Laurẽtes
qui colebant ſolem indigetẽ. & apud lauinũ erat
templũVeneris genitricis commune latino nomi
ni:cuius curam habebant acleates: vt auctor eſt
Strabo. Pignora troiæ :numina troiana:quæ
colebantur in latio aduecta abAenea.Genitricis
a qua eſt origo romanorũ.Pios:ſagunthinos cla-
ros pietate:Iuſtitia inquit Lactantius quid eſt ni-
ſi pietas.pietas autẽ nil aliud q̃ dei parẽtis agni-
tio.tunc ſumus profecto pij erga deũ:cũ illi tribu
mus:quod ei debemus: ideſt cũ ipſũ colimus: &
adoramus:& pietatem debemus deo & parenti-
bꝰ:alijs autem officiũ.Coacti:ab illis:qui noſtros
in nouam coloniã miſerunt. Tyrinthia culmina
Sagunthũ cõditum ab Hercule tyrinthio.Muris
acryſioneis:ardeatibꝰ:qm̃ Danae filia Acryſij re-
gis argorũ cũ filio Perſeo condidit Ardeam.Vos
etiam tandẽ:locus eſt a iuſto:& exẽplo oſtẽdit ro
manos debere fauere ſuis:cum aliasfauerint alie
nis.Hyero rex ſyracuſius intulit bellũ meſſentiis
qui ſunt ad fretum ſiculũ.Implorauerũtq; opẽ romanorũ:vnde miſſus eſt exercitꝰ:& pulſus rex atq; coactꝰ
reſtituere captiuos & centũ talenta argenti ſoluere:tunc primũ claſſis romana ĩ Siciliã tranſmiſit.L. piſo:
vt autor eſt Ply.ſuis annalibus ꝓdidit cõtra hyeronem regem.cc.xx.naues effectas fuiſſe diebus.xlv. Tan
dem poſt longam contentionem In ſenatu an eſſet mittendus exercitus contra carthaginenſes & Hyero
nem inquit Liuius auxilium mamertinis ferendum ſenatus cenſuit:cum de ea re interſuadentes: vt id fie
ret:diſſuadenteſq; cõtentio fuiſſet diu tamen inquit polybius hæc res in ſenatu agitata.Tandẽ populus p̃
bendum mamertinis ſubſidiũ iudicauit:atq; ea ſentẽtia p plẽbẽ confirmata cõfeſtim Appiũ claudiũ conſu
lem traijcere in Siciliam: & mamertinis ferre opẽ iubent videbatur certe iniuſtũ ferre opem mamertinis
qui meſſanam occupauerãt:cũ ipſi paulo ante aĩaduertiſſẽt in ꝓprios ciues qui rhegiũ cõtra ius tenuerãt
imitati mamertinos.Vos & cãpana tueri mœnia:Sãnites arma:iniuſta ſidicinis intulerunt. Sidicini cãpa-
nis ſe iunxerunt:qui in ſe omnẽ belli molẽ vertere.nam eos adorti ſunt ſamnites:omiſſis ſidicinis campa-
ni intra mœnia cõpulſi Romã miſerũt legatos:qui tãdẽ capuã dederũt rõanis:ne ea ſãmnitespotirenṫ.Ro
mani legatos miſerũt:vt ſuis abſtinerẽt:quibus cũ ſupbe eſſet reſponſũ :miſſis fecialibus ad resrepetẽdas:

Vos etiam tandem ſiculi cõtra arma tyrãni
Iuuiſſe egregium:vos & campana tueri
Mœnia depulſoſamnitum robore dignum
Sigeis duxiſtis auis :vetus incola dauni
Teſtor vos fontes:&ſtagna arcana numici.
Cumfœlix nimiũ dimitteret ardea pubẽ
Sacra domũq; ferẽs:& aui penetralia turni
Vltra pyreneum laurentia numina duxit.
Cur vt deciſa: atq; auulſa e corpore mẽbra
Deſpiciat:veſterq; luat cur fœdera ſãguis?
Tandem vt finitę voces:miſerabile viſu:
Affigunt proni ſqualẽtia corpora terræ.
Inde agitant cõſulta patres:curaſq; fatigãt.
Lentulus vt cernens accenſæ tecta ſagunthi
Poſcendũ pœnę iuuenem: celeriq; negãtis
Exuri bello carthaginis arua iubebat.
Aſt fabius cauta ſpeculator mente futuri
Nec lętus dubijs:paruiſq; laceſſere martẽ
Et melior clauſo bellũ producere ferro
Prima ſuper tantis rebus penſãda:ducis ne
Cœpit arma furor: an partes ſigna moueri
Cẽſuerĩt:mittiq; viros qui exacta reportẽt:
Prouidus hęc ritu vatis fundebat ab alto
Pectore p̃meditãs fabius ſurgentia bella.
Vt ſępe celſa grandęuus puppe magiſter.



Valerius conſul cognomine coruinus eosvicit cum magna difficultate:faſſi quippe ſũt romani ſe nũq̃ cum
pertinaciore hoſte manus conſeruiſſe:ideo ait Syllius depulſo robore ſamnitũ.Dignũ duxiſtis:putaſtis eẽ
dignum.Auis ſegeis:romanis maioribus veſtris:qui opẽ ĩplorantibus ferebant.Sigeum eſt promõtorium
troadis:vnde romani originẽ habent.Incola dauni:ego ſycoris oriundus ab ardea:vbi regnauit Daunus:
Nõ ſũ inquit alienus:q opẽ veſtrã imploro:ſed vetus colonus ardeæ.Igitur ne ab officio diſcedatis fauere
nobis debetis.Stagna numici.Numicus eſt fluuius latij:in quo æneas ſubmerſus nunq̃ apparuit.Vñ troia
ni aboriginesq; in numerum deorũ relatũ arbitrantes iouẽ indigetẽ appellarũt.Aſcanius tẽplũ ſacrauit pa-
tri ad numicũ:vt autor eſt Dionyſiꝰ:cũ tali titulo.
Diui patris terreſtris:q Numici fluuij vndas gu-
bernat. Indigetes dij erãt: quorũ noĩa nefas erat
manifeſtare.Appellati aũt:quia in deos egiſſent:
ideo dicit Liuius:Situs eſt quencũq; eum dici iꝰ:
faſq; eſt.Stagna arcana:ſub quibuslatuit Aeneas
Ardea nimium fœlix:nimium abundans colonis
Pubem:iuuentutem in nouam coloniam. Pene-
tralia:penates ſacra & ritus ſacrorũ:qui erat apđ
rutulos.Laurentia numina: q̃ colebanṫ a latinis
& laurentibus.Vltra pyrenem:qm̃ ſagunthꝰ erat
in Hiſpania vltra pyreneos montes.Cur vt deci-
ſa:locus eſt ab honeſto:& ait honeſtum eſt: & de
cet vos o romani ſi nos tanq̃ filios ac membra ve
ſtra iuueritis.Membra: nos qui ſumus tanquam
membra deciſa a veſtro corpore. Veſter ſanguis
nos qui ſumus veſter ſanguis: & ſoboles:cur de-
bemus pati damna:quæ infert Annibal nobis co
lonis veſtris rupto fœdere:quo cautum erat per
vos:vt nobis libertas ſeruaretur.Luat fœdera:pa
tiatur damna:&bellum:quod annibal contra fœ
dus mouet.Tandẽ:ideſt cũ perorauſſent illi legatĩ
Agitant conſulta:conſulunt in medio de hac remoti iã ad affectũ:& lentulus cenſuit poſcendum eſſe An-
nibalem ad ſupplicium rupti fœderis:& comburendas eſſe arces carthaginis:ſi pœni hoc negarẽt.Tandẽ
vicit Fabij ſentẽtia:qui tanquã vates omniã prouidebat:vt legati ad Annibalem & carthaginenſẽ ſenatũ
mitterẽtur.Fatigãt:exercent.Pœne:ad ſupplicium &pœnã rupti fœderis.Iuuenẽ:Annibalẽ. Negantis:ſci
licet dare Annibalem ad pœnam ob violatũ fœdus.Speculator:ideſt tanquã e ſpecula proſpiciens pru-
dentia ſua:id quod futurum erat:laus fabij a prudentia.Cauta mente.Cautus dicıṫ is qui timet ea quæ ti
menda ſunt:& ita ſemper agit vt locum pœnitentiæ non relinquat. Nec lætus:nõ gaudens temere prẽliũ
inire vt prudentẽ decet.Paruis:re parua & dubia.Clauſo:recondito in vagina:quoniã erat cunctator. Su-
per:de tantis.Penſanda:diligenter cõſideranda:& ponderanda.Ne ducis furor.an ipſe Annibal citra pa-
trum auctoritatem mouerit bellum:an iuſſu patrum.Exacta:ideſt diligenter perquiſitam veritatẽ Alto.
prudenti.Vt ſępe e celſa.Fabium prouidentem futura bella ritu vatis cõparat magiſtro nauis.qui futurũ
ventum ſignis cognoſcit:& ſtatim alligat vela arboris ipſius nauis. Grãdeuus. longa experientia edoctus
Chorum.ventum.Iandudum.ſtatim.Linthea:vela.Lachrimæ.ſagunthinorum.Præcipitare fatum:quodã
impetu feſtinare ad ſecundum bellum punicum:quod adhuc latebat:ſed fato futurum erat. Lectiq; ſena
tu:electi fuerunt Fabius & publicola:vt annibalem adirent.Si ſurdus.ideſt non obtẽperans verbis noſtris
In armis pactorum.quæ erant contra fœdera:ideſt ſi perſeuerabit indicant bellum carthaginenſibus obli
tis deorum:qui fuerant inuocati in fœdere.

¶Finis primi libri.

Proſpiciẽs ſignis venturũ in carbaſa chorũ
Summo iamdudũ ſubſtringit lintea malo.
Sedlachrymę atq; ira mixtus dolor ĩpulit
Pręcipitare latẽs fatũ:lectiſq; ſenatu: (oĩs
Qui ductorẽ adeãt: ſi pſtet ſurdus ĩ armis
Pactorũ:vertãt inde ad charthaginis arces.
Nec diuum oblitis indicere bella morẽtur.

¶Finis primi libri

CAeruleis prouecta vadis iã
dardana puppis
Triſtia magnãimi portabat
iuſſa ſenatus.
Primoreſq; patrum fabius
tirynthia proles (tis
Ter cẽtũ meõrabat auos: quos turbĩe mar-

¶Petri Marſi interpretatio in Secundum volumen Syllii Italici.

CAeruleis prouectavadis:deſcribit nauigationem legatorum ad Annibalem: Legati autem erãt
Fabius Pamphilus:& Valerius publicola:quos Annibal audire noluit:ſed ſtrepitu armorum.
& tubarum clangore nauim ne appellarent ad littus prohibuit: qui vt mandatum erat ad car-
thaginem iter vertentes:bellum de more indixerunt:inde canit haſbiten in arma veniſſe: ceci-
diſſeq; manu theronis:inde varias pœnarũ ſententias: auditis romanorũ legatis: clypeum deinde muneri
datũ Annibali a callaicis populis celebrat : deploratq; tandẽ ſagunthinam cladem: & incendiũ: celebrãs
ſagunthinos:qui pro fide cum omnibus fortunis mori dignũ duxerunt:& Annibali ob pfidiã:animiq; feri
tatẽ:fortune mutationẽ:exitumq; vitæ vaticinatur.Prouecta.procul vecta. Vadis cæruleis.aquis marinis.

Abſtulit vna dies:cum fors non equa labori
Patritio cremerę maculauit ſanguine ripas.
Huic comes æquato ſociauit munere curas
Publicola:ingētis voleſi ſpartana propago.
Is cultam referens inſigni nomine plebem
Auſonios atauo ducebat conſule faſces
Hos vt depoſitis portum contingere velis
Allatum annibali:cōſultaq; ferre ſenatus:
Iam medio ſeram bello poſcentia pacem.
Ductoriſq; ſimul conceptas fœdere pœnas
Ocius armatas paſſim per littora turmas
Oſtentare iubet militantia ſigna recenſq;
Perfuſos clipeos:& tela rubentia cæde.
Haud dictis nūc eſſe locū ſtrepe oīa clamat
Tirrhenę clāgore tubę gemituq; cadentū.
Dū detur relegāt pōtū neu ſe adderꝰ clauſis

Poſtq̃ rupta fides tyrijs. Hannibal ſolo æquata ſaguntho gades conceſſit: vt Herculi vota perſolueret: & nouis ſe obligaret ſi marte ſecundo romanos viciſſet: & de tanti conatus euentu ſollicitus Boſtarem ad oraculum iouis Hammonis petiturum ſortes miſit: etiam dona: nactuſo portunitatem poeta, templum Herculis gaditani deſcribit: & ſacrorum ritus Annibal inde profectus: cum per omnẽ aphricam & hiſpaniam delectũ habuiſſet ſuperatis pyreneis mõtibus: & tandem alpibus per agros tricaſtinoꝝ in taurinis campis prope Mediolanum caſtra metatus eſt: hæc canit poeta in preſenti volumine: Poſtq̃ inquit carthaginẽſes: duce Annibale ruptis fœderibus Sagunthũ expugnarũt: Annibal p̃fect⁹ eſt ad gades. Caſte, p̃pter fidẽ illic cultam: quæ caſta eſt. Non æquo genitore iniuſto ioue: qui talia permiſit. Finiti mundi. quia vltra gades non eſt niſi oceanus. Cognata limina. quoniam tyrij gades etiam cõdiderunt: quorũ colonia & carthago fuit. ergo erãt cognata mœnia: Tyrij auctore Stra. monitu oraculi nauigantes: cum ad inſulam veniſſent: templum herculi: q apud illos ſupſtitioſe colebatur erexerunt ad oriẽtem: & eiuſdẽ nois: cuius inſula vrbem ad occidẽtem. Super. de ipẽrio: & euẽtu belli: qd parabaẽ. Fata rerũ futurum rei euẽtum & ſeriem futuri Priſca fides adytis. deſcribit oraculum iouis hãnõis. adytũ eſt locus iu templo ſecretior venerationis plenus. Aemulus. quoniã oraculum hãnonis erat fidum: vt Appollinis delphici. Cyrrha eſt oppidũ ſub parnaſo vnde eſt aſcẽſus ad delphos oppidũ: in quo erat oraculum apollinis toto orbe tũc celeberrimũ: & minus alijs fallax: cui oraculum hãnonis æmulum erat: æmulus aũt dicit̃ eiuſdẽ rei ſtudioſus. Sublime. qm̃ in effigie arietis ſup altaria ponebaẽ. Antris quoniã iu medio tẽpli delphici erat foramen: Iubã: quã aliqui fabulanẽ e quercu dediſſe oracula: vt apd̃ Dodonã in epyro. Anhelantes. ſitientes & æſtuantes. garamãtes ſũt populi aphricæ laborantes aquarũ inopia. Venientia ſæ. res futuras: & cõtinuatã reꝝ cõgreſſionẽ: quã fatũ appellam⁹ Hinc. ex oraculo petebat ſcire annibal dubiũ tanti motus euentũ. Omen: auſpiciũ. & an bono omine moturus eſſet arma in romanos. Ante diem. anteq̃ ipſe res eſſent. i. volebat pręſcire futurum belli euentum. Belli vi. euentum & viciſſitudines: incertũq; martẽ: quoniam varia eſt fortuna belli: & dubius euentus: & fortuna magni fauoris breuis eſt. Cornigeri nu. iouis qui illic colebaẽ in effigie arietis. Donis capitis apd̃ ſagunthum. Vulgatum nec caſſa fides. canit poeta in templo herculis duraſſe trabes a prima tẽpli origine vſq; ad tempora Annibalis: quod tamen fingit alludens ad aliã hiſtoriã. Quippe autore plinio. Templũ Apollinis vticæ erat: vbi indicarũ cedrorũ trabes ita durauerunt: vt poſitæ fuerant prima vrbis eius origine annis mille & cclxxxviii. & in hiſpania templum Dianæ fuit a zacyncto aduecte cũ cõditoribus annis. cc. ante excidium Troiæ: cui peperit Annibal inquit religione ductus Iuniperi trabibus etiam tunc durãtibus. Nec caſſa non vana. Hinc. ex hac vetuſtate trabiũ: quæ non corrumpuntur. Deum. herculẽ. Seniũ. vetuſtatem: & corruptionem. Tum quis fas. nunc deſcribit ritum: quo vtebanẽ herculis ſacerdotes. Fœmineos greſſus a templo herculis arcebantur mulieres a ſacerdotibus propter Deianiram quæ tunica veneno illita herculem perdidit: & ſues propter aprum erymanthium quẽviuum humeris ad Euryſteum rettulit plutarchus in queſtionibusduas affert cauſas: quare mulieres non guſtabant id quod ſuper aram maximam herculis immolatam eſſet. altera eſt. quia Nicoſtrate mater Euandri: quam Carmentem dicunt ſacrificij herculei tempus non obijt: alteram ad Deianiræ veſtem refert. Nec diſcolor. i. eiuſdem coloris al

Optabit cecidiſſe manu: ferroq; negato
Inuictus quondam ſtygias bellator adundas
Deformata feret liuenti membra veneno.

Poſtq̃ rupta fides tyrijs & mœnia caſtæ:
Non equo ſuperum genitore euerſa ſagunthi
Extemplo poſitos finiti cardine mundi
Victor adit populos: cognataq; limina gades
Nec vatũ mentis agitare: & pręſcia corda
Ceſſarõ ſup impe rio. cuius equore boſtar
Vela dare: & rerum pręnoſcere fata iubetur.
Priſca fides adytis longo ſeruatur ab ęuo:
Qua ſublime ſedens cyrrhei æmulus antris
Inter anhelantis garamãtas corniger ammon
Fatidico pandit venientia ſęcula luco.
Hinc omen cœptis: & caſus ſcire futuros

hi ſcilicet Peluſiano ſtamine:pãno lineo ægypto.Peluſium eſt oppidum ægypti:vbi erat linum laudatiſſimum:ex quo ſacerdotes ægyptij veſtes conficiebant.& amaſis auctore Pli.toracem lineum habuit q poſtea oſtendebatur Rhodi in æde mineruæ:cuius ſingula fila.ccc.lxv.filis conſtabant.Superior pars ægypti:inquit Ply.verſus arabiam gygnit fruticem:quẽ xilinõ vocãt:& ideo lina inde facta xilina.puulus eſt:ſimilemq; barbatæ nucis defert fructum:cuius in exteriore bombice lanugo netur.nec vlla ſunt eis in candore mollitieue præferenda:veſtes inde ſacerdotibus ægypti gratiſſimæ de tali lino intelligit Syllius.Vertex.caput.Lato clauo.textura:qua veſtes diſtinguntur.clauus eſt genus texturę:cuius inuentio:&vſus primus fuit apud baleareſinſulas:Tunica lati claui:pli. inquit in modum gauſape texi nunc primum incipit.romani etiam vtebantur clauo. Inde lati claui. In fortibus.in iannuis tẽpli cælati erant herculis labores: qui leonẽ ſtragulauit in nemea ſylua.prope cleonas hydram cõfecit igniferroq; ad lernam paludem. cerberũ cathenis vinctum eduxit ab inferis:p ſpelũcã: quæ eſt apud heracleam poticã:& deſcenſurus ad iferos initiatus eſt ſacris eleuſinis a Muſeo Orphei filio.eleuſin eſt oppidum atticę ceteri ſacrum primus labor herculis fuit leo nemeus. Eliſia.cõpreſſa manibus. Patulo hiatu quoniam manibus os illiusdiduxerat herculeſ & ſuffocauerat:& cũ eliditur guttur:os aperiẽ Ianitor. cerberus. Thraces equi. diomedei. Diomedesrex thracię hoſpites obijciebat laniandos:vorandoſq; equis quos habebat efferatos Hercules ipſum necatum ꝓprijs equis deuorandũ obiecit :equoſq; abductos manſuefecit:quoꝝ genus vſq; ad Alex.mag.permanſit. Peſtis erymanthia.aperer. ymanthus mons arcadiæ:in quo hercules cœpit aprum horrendę magnitudinis:&tulit ad Euryſteum humeris: qui viſa beluęvaſtitate:ſub æneovaſe ſe abſcõdit. Aeripedis ceruęHercules fuga delaſſauit: cœpitq; ceruam habentem ęreos pedes:quod finxerunt poetę alludẽtes ad illius animalis velocitatem:finxerit ęrypedem ceruã:inqt Vir. Cornua ſuperãtia ramos.hoc videbaẽ eſſe mirabile.& p̃ter naturã huius aialis: quoniã mares habent cornua auctoribus Ariſtotele&pli. q̃ ſoli aialiũ oibus annis ſtatuto veris tẽpore amittũt.Nec leuior vinci.nõ ſupatu facilis :qm̃ reſumebat vires a terra. Antheus terræ filius paleſtrę ſupatus eſt ab hercule in aphrica:i cuius ãplexu aiam efflauit:cũ nõ ſineret ipſum a terra matre vires affectas reparare. Matre terra. Genus deforme.hercules cẽtauroſdomuit qui in ſe ipetũ fecerũt:ducti odorevini:quod a pholo cẽtauro acceperãt.ex defũctis clariores fuerunt daphnis:Ageus:amphion:hyppotiõ:

Ante diem:belliq; vices nouiſſe petebat
Exin cornigeri veneratus numinis aras
Captiuis onerat donis:quæ nuper ab arce
Victor fumantis rapuit ſemiuſta ſagunthi
Vulgatum:nec caſſa fides ab origine fani
Impoſitas durare trabes ſolaſq; per æuum
Condentũ nouiſſe manus:hic credere gaudẽt
Conſediſſe deum: ſeniumq; repellere tẽplis
Tum quis fas& honos adyti penetralia noſſe
Fœmineos prohibẽt greſſus.ac limine curãt
Setigeros arcere ſues:nec diſcolor vlli
Ante aras cultus velantur corpora lino.
Ex peluſiaco præfulget ſtamine vertex
Diſcinctis mos thura dare:atq; e lege parẽtũ
Sacrificam lato veſtem diſtinguere clauo.
Pes nudus:tonſęq; comæ : caſtumq; cubile:
In re tincta focis:ſeruant altaria flãmæ
Sed nulla effigies.ſimulacraue nota deorum
Maieſtate locum:& ſacro impleuere timore.
In foribus labor alcidæ lernea reciſis
Anguibus hydra iacet:nexuq; eliſa leonis
Ora cleonei patulo cęlantur hiatu.
Aſt ſtygius ſæuis terrens latratibus vmbras
Ianitor æterno tum primũ tractus ab antro
Vincla idignatur.metuitq; megera cathenas.
Iuxta thraces eq.peſtiſq; erymãthia: & altos
Aeripedis ramos ſupantia cornua ceruę
Nec leuior vinci libycæ telluris alumnus:
Matre ſuper:ſtratiq; genus deforme bimẽbre
Centauri frontẽq; timet:minor omnis acarnã

orios:iſoples:Melanthetes Tereus:derpos:phryxus.Ois acarnã.i.oẽs minores natu acarnanię regiõis:& ætoliæ:timere videbanẽ in illa ſculptura frontẽ Acheloi.q pro Dianira cũ hercule pugnauit. Vnde Deianira apud Sophoclem in tragœdia ſic loquiẽ:Procus ſane amnis mihi fuerat achelous qui tribus me formis a patre petiit:manifeſtus inceſſit taurus.inde draco:& aliqñ mole valida bouis pręſe ferensfrontem de hac fronte intelligit Syllius:quã monſtruoſã & toruã pueri acarnaes timere videbanẽ. & ſic ẽ lauſſculpturę:q tales affectus exprimebat. Achelous eſt fluuius diuidẽs acarnanes ab ętolis:&emittẽs in mare ad



echimadas inſulas.Fulgetjethe.ethe mons eſt theſſaliæ ad mare ægeũ in quo hercules accepta tunica miſſa a Deianira furore correptus Lycã qui attulerat in mare deiecit.& illic pira extructa ſe combuſſit.Sacratis ignibus:quibus Hercules cõſecratus eſt:&ad cœlũ abijt.Varia imago.varij labores Herculei:quos Annibal ſpectabat. Mira dehinc cernit.deſcribit æſtum oceani:qui quottidie fit & affert huius incremẽti:& reciprocationis duas rationes:quarum altera fabuloſa eſt:altera vera:qm̃ luna habet poteſtatem ſup ois humores.& eſt cauſa æſtus oceani:& cũ illa creſcit:creſcunt humores:& ecõtra.Plinius de poteſtate lunę ſic ait:q̃ vera cõiectura exiſtit:haud fruſtra ſpiritũ ſidus lunæ exiſtimari.& hoc eſſe quod in terras ſaturet accendenſq; corpora impleat : abſcendens inaniat:ideo cum incremento eius augeri conchilia.& maxime ſpiritũ ſentire qbus ſanguis nõ fit.ſed etiã ſanguinẽ hominũ cum lumie ei⁹ augeri & minui:frondes quoq; & pabula ſentire. In oia eadẽ perrante vi. Auicẽna ſecũda quarti tractatu ſecũdo capitulo.ii.de dieb⁹ creticis fatetur ex opiniõe quorundã medicoꝝ:ſiue philoſophoꝝ:ꝙ virtus lunæ maximã habetvĩ ſup ois humores.Vnde vult:ꝙ oẽs altercationes:q̃ fiunt in humidis:vtputa digeſtio ciboꝝ:& ſimilia ꝑueniant adiumẽto ipſius lunæ.Cerebra ẽt hoium creſcere:& decreſcere.&aquam oceani ad lunę incrementũ augeri.&minui.ęſtus oceani fit ſingulis diebus:& ſex horis mare accedit & ſex recedit& hoc ẽ ſẽp:vt ſẽſui patet. vi tamẽ lunæ talia aguntẽ. De motu oceani lege pli.& Stra.Nã qua cæruleis.hęc ẽ cã huius incremẽti fabuloſa Nereus inquit: Deus maris relaxat fõtes qbus mares augeẽ. Præruptũ.tumidũ: & aſſurgens.Ingruit.creſcit:augeẽ. Torentibus. rapidis. Tũ vada.ipſa maria:ſiue aq̃.pontum aquã aſſurgentẽ:& æſtuantẽ. Mox poeta decreſcit mare.æſtus diciẽ maris ebullitio.æſtuaria loca:ad q̃ illa ebulitio tranſcurrit.Erepto ꝓfundo.aqua:qm̃ relabiẽ æſt⁹.Strabo ſic ait:Nõ paruũ nautis diſcrimen iportãt:ſiue deferãtur: ſiue referanẽ.In his vero acceſſibus:ſiue receſſibus etiã detrimẽta ſunt.pari eni ratiõe cõcitãtur: celeriterq; mouentur.crebro nãq; nauigia in ſicca tellure deſtituta ſunt:hoc idem accidit Alexandro magno:cũ ad oceanũ indicũ nauigaſſet. Tranſtris.iacentes in ſedilibus nauiũ :& ocioſi expectãtes acceſſũ aq̃. Cymothoes.hęc eſt altera rõ:& vera:cymothoe ẽ nympha maris:quã ponit pro ipſo mari. Nã cymagræce latine diciẽ vnda.Vagæ cymothoes . maris vagi: qđ nunc creſcit:nũc decreſcit.Labores.æſtus& reciprocationes.Reciproca tethis.ipſũ mare reciprocornm.Nã fluit:& refluitTethis eſt vxor Oceani.& poniẽ pro ipſo oceano.Hæc propere ſpectata duci: Cũ Annibal hæcq̃ dicta ſunt apud Gades:vidiſſet ſe vxorem dimittere cogitauit Imilcen:& filium:qui nondum complebat annum.generat⁹in bello ſagunthino:hic infans Aſpar vocabatur. Sub vbere. lactentem. Imbuerat ideſt ipſa imilce primo matrimonio coniuncta fuerat Annibali:quam ingenti amore proſequebatur.ideo ait:Virgineis tedis:nam tęda preferebatur in nuptijs.Imbuere eſt dare primum ſaporem:Horatius : quo ſemel eſt imbuta recens:ſeruabit odorẽ Teſta diu.& Mar. Imbuæ plebeias cluſinis ꝑ ultibus ollas. Primo hymenæo.matrimonio:hymenæus eſt deus nuptiarum:& ponitur pro ipſis nuptijs.In ora regione ſagun

Inter quę fulget ſacratis ignibus ethe
Ingentẽq; animã rapiunt ad ſydera flamę.
Poſtq̃ oculos varia impleuit virtutis imago:
Mira dehinc cernit ſurgentis mole profundi
Iniectum terris ſubitum mare. nullaq; circa
Littora:& infuſo ſtagnantis ęquore campos.
Nam qua cæruleis nereus euoluitur antris:
Atq; imo freta cõtorquet neptunia fũdo:
Prępruptũ exultat pelagus:cęcoſq; relaxãs
Oceani fontis torrentibus ingruit vndis
Tum vada ceu ſeuo penitus ꝑmota tridenti
Luctantur terris tumefactum iponere põtũ
Mox remeat gurges tractoq; relabitur ęſtu
Ac ratis erepto cãpis deſerta profundo.
Effuſi tranſtris expectant æquora nautę:
Cymothoesea regnavage:pelagiq; labores
Luna mouet.luna immiſſis per cęrula bigis.
Fertq; refert ferrũ.ſeqturq; reciproca thedis
Hęc prope ſpectata duci.nã multa fatigant
Curarum prima exercet ſubducere bello
Conſortẽ thalami.parũq; ſub vbere natũ.
Virgineis iuuenẽ thędis : primoq; hymenæo
Imbuerat coniũx:memoriq; tenebat amore
Ac puer obſeſſę generatus in ora ſagunthi
Biſſenos lunę nondũ compleuerat orbes.
Quos vt ſeponi ſtetit:&ſecernere ab armis:
Affatur ductor:ſpes o carthaginis altę
Nate:nec ęneadum leuior metu:amplior ore
Sis patrio decore.& factis ibi nomina condas
Qui ſuperes bellator auũ:iãq; ęgra timoris
Roma tuos nũeret lachrymãdos mr̃ibus ãnos

thina. Biſſenos orbes. xii. menſes. Quos vxorem: & pueꝝ. Vt ſtetit. placuit ānibali fixumq; fuit. Secernere dimittere ab exercitu vxorē & filiū natū in obſidione ſagūthina. habebat. n. ānibal in caſtris vxorē. Nec leuior. nō minor romanoꝝ terror me patre. Amplior patrio decore. i. āpliorē laudē aſſequaris q̄ ego adeptꝰ ſim. Condas. compares. Noīa. gloriā & famā rebus a te geſtis. Auū amilcarē: qui alter mars putatus eſt. Aegra moris: timida & cōſternata aīo. ſic Amilcar dixerat annibali: Horreat ortus iā pubes tyrrhena tuos Lachrymandos. allaturos calamitatē romanæ pubi. Ni pręſaga meos. ni decipior inquit: & male mens p̄ſagit mea. ſagire eſt acute ſentire: ex quo ſagearij: qa multa ſcire volūt: & ſagaces dicunt canes. igitur qui ante ſagit q̄ oblata res ē: dicit̄ p̄ſagire. i. futura ante ſētire. Præcordia. ponit pro ipſo corde: in quo videtur cōſiſtere ipſum ſape: vnde vecordes dicūtur ſtulti: & cordati ſapientes. Meos ſenſus. opinionē: quā de filio concepi. parentis. hamilcaris Ora. aſpectū toruū: qualē habebat meus p̄r Torua. feroci: toruitas dicta eſt a ferocia taurorum quaſi tauri acerbitas: hic infans auum referebat ore. Grauē. terribilē. Elemēta: principia: quoniā me referre videtur ira & truci vagitu: Siqs inciderit actus. i. ſi non potero italiā inuadere: & aliquis deus abrūpet hos meos conatus memēto vxor ſeruare hunc puerū: & cū poterit fari: fac iuret ad aras eliſeas bellū romanum vt ego feci. Tantos actus. quos paro cōtra romāos Lœto. morte mea. Primordia re. principia belli qd̄ romanis inferre paro. Labora. enitere. Noſtra cuna. per mea veſtigia: q iuraui bellū i pueritia. Eliſeas. ab eliſa. Diodone. i. iuret vt ego feci ad aras dicatas māibꝰ eliſæ. Cineri p̄rio. māibus aui & p̄ris. Calcato fœ. ſeruat decoꝝ viri impij bellicoſi & pfidi. Calcato. ſpreto: & violato. Vēdicet. paret mihi ſepulchrū in capitolio Tu vero tanti. vertit ſermonē ad vxorē: quā hortat̄ ab armis diſcedat ꝓpter futuros labores: & difficultatem itineris. Fide. ꝓpter fidē cōiugalē q̄ cenſeris. Suppoſta. erecta ad cœlū. Labor alci. herculis: q alpes tranſcendit: mirāte iunone nouerca propter rei difficultatē. Sudatus maximo ſudore pactus in trāſcēdēdis alpibus. Acrior la. quoniā plus negocij erat in alpibus inuijs: q̄ in exercitu & pugna cū hoſtibus. Qđ ſi promiſſū. captat beniuolētiā ab vxore: cū dicit: ſi fortuna mihi aduerſabit̄ in italiā ꝓperāti: & moriar: iuſtius eſt vt tu remaneas: & tua ætas iuſtior ē: cui parcæ ducāt fila tarda. i. vt tua ætas ad ſeniū ꝓueniat. tali aīo fuit etiā Graccus erga Corneliam. Lęua. cōtraria meis cœptis. Vltra me. vt ſuꝑuenias mihi. Impropæ. tardæ ducāt fila. i. extēdant ætatē poſt mortē meā. At cōtra hic repetit poeta originē Caſtulonis oppidi. qđ erat Imilces natale ſolū. Caſtulo vrbs hiſpaniæ patria vxoris annibalis: qđ et Liuius teſtat̄. Fingit poeta ꝓpter ipſum nomē quēdā Caſtaliū veniſſe ex phocide i qua ē Parnaſus: & fōs Caſtalius phœbo ſacer: & cōdidiſſe Caſtulonē vrbē: denomiat̄ ſeq; a noīe matris: alludēs ad ip̄m fontē: qui & Caſtalia dicit̄. Vnde papinius. Caſtaliæ flauos mor eſt tibi mergere crines. Et Virgilius: Ca-

Ni pręſaga meos ludunt precorda ſenſus
Ingens hic terris creſcit labor: ora parentis
Agnoſco toruaq; oculos ſub fronte minaces.
Vagitūq; grauem: atq; iraꝝ elemēta meaꝝ
Si quis forte deum tantos inciderit actus:
Vt noſtro abrūpat lœto primordia rerum:
Hoc pignus belli coniunx ſeruare labora.
Cumq; datū fari duc per cunabula noſtra
Tangat eliſeas palmis puerilibus aras.
Et cineri iuret patrio laurentia bella.
Inde vbi flore nouo pubeſcet firmior ætas
Emicet in martē. & calato fœdere victor
In capitolina tumulum mihi vendicet arce.
Tu vero tanti fœlix quam gloria partus
Expectat veneranda fide diſcede periclis
Incerti martis duroſq; relinque labores:
Nos clauſo niuibus rupes ſuppoſtaque cœlo
Saxa manent. nos alcidæ mirāda nouerca
Sudatus labor: & bellis labor acrior alpes
Quod ſi promiſſum vertat fortuna fauorem
Læuaq; ſit cœptis: te longa ſtare ſenecta
Aeuumq; extendiſſe velim: tua iuſtior ętas
Vltra me improperæ ducant: cui fila ſorores.
Sic ille ad contra cyrrhei ſanguis imilcæ
Caſtalij: cui materno de nomine dicta
Caſtulo phœbeis ſeruat cognomina natis:
Atq; ex ſacrata repetebat ſtirpe parentes
Tp̄e quo bacchus populos domitabat iberos
Cōcutiens thyrſo: atq; armata menade calpē
Laſciuo genitus ſatyro nymphaq; myrice
Milicus indigenis late regnarat in oris.
Cornigeram attollens genitoris imagīe frōtē
Hinc patriam: clarūq; genus referebat imilcę
Barbarica paulum vitiato nomine lingua.
Quæ tūc ſic lachrymis ſenſim manātibus īſit



ſtaliā molli diuertit̄ orbita cliuo. & Mylichū quendā natū ex Satyro Bacchi comite: & nympha Myrice illic regnaſſe: a quo imilce habebat originē. Cyrrhei caſtalij: phocēſis: qm̄ Cyrra ē in phocide ad radices p̄naſi. Natis phœbeis. caſtulonēſibus oriundis ex phocide phœbo ſacra: qm̄ illic erat delphicū oraculū. Liuꝰ ait: Caſtulo vrbs hiſpaniæ valida ac nobilis: & adeo cōiuncta ſocietate pœnis: vt vxor inde ānibali eēt. Repetebat hamilce. ſ. ex ſacrata ſtirpe: nā referebat ſuos natales & ſtēma ad milicū natū ex baccho & nympha: eo tēpore quo bacchꝰ domuit hiſpanos. Agitabat. vexabat bello. Thyrſo. haſta bacchica obuoluta pāpinis & inſtita. Vnde Papi. deſcribens Euneū Bacchi ſacerdotē: & eius inſignia dicit: Pallētes hæderæ nyſeaq; certa coronāt Cādida pāpineo ſubnectit̄ inſtita pilo. Armata menade. Menades: Thiades: Mymallones dicunt̄ mulieres bacchantes: et baſſarides. Calpen. hiſpaniā: calpe mōs: vt dictū eſt: ad fretū gaditanū. Laſciuo. qm̄ ſatyri laſciui ſūt Indigenis. hiſpanis idigenæ dicunt̄ indegeniti. Imagīe gēitoris: qm̄ ſatyri cornuti ſūt & bacchū comitāt̄. Hic a milico Vitiato noīe: qa a Milico Himilce dicebat̄. tamē hoc fingit poeta. Me ne oblite tua: verba Himilces ad Annibalē: a quo captat viciſſim beniuolētiā: ſēſus ē: nō vis me comitē tui itineris Annibal an ignoras: ꝗ mea filijq; cōmunis ſalus ex tua pēdet: ſeruat decoꝝ poeta cōiugis fidæ: ac pudicæ: ordo eſt: ne me abnuis comitē icœptis. o ānibal. ſ. oblite a tua ſalute noſtrā pēdere. Fœdera. cōiugalia. ſ. nō inqt exptus es me ifidā vt debeas me comitē abnuer̄ ſenſus eſt: nouiſti ne me hactenꝰ ita pigrā: & exigui erga te amoris: vt nūc me deſerere debeas qa nolim tecū ꝑpeti labores. aut grauer: q̄ſi. d. hactēus fui tecū vbiq;: & ero ſi placet: oiſq; labores voluptati aſcribā: ita caſtus amor: & cōnubij fœdus expoſcit. Primitię tori. qm̄ habuit eā virginē ānibal. Haud vllus la. i. nulla difficultas me ſuperabit te vnice amātē. Sin ſolo. ſenſus eſt ſed ſi ſolū ꝓpter hoc me relinquis: qa ſū fœmia: ex cuius gremio turpe eſt viro bellicoſo ſurgere ad martis labores: remāebo libens: & voluntati parebo tuæ. oro igit̄ vt deus annuat cœptis tuis & inter arma: & clangores tubarū memor eſto mei & nati. Quippe qm̄ inqt nō tātū tīeo romanos Quātū te q ruis i apta diſcrimia: nec ſatiaris aliquo euentu ꝓſperæ fortūæ. & nulla gloria ē q̄ tibi ſit ſatis. & putas nō decere hoiem bellicoſum in pace mori. Ignobile lœ. ignauā mortē. Quis vnus con. ſe ti. i. nō timeo aliquē cōgredīetem tecū ſingulari certamine: ſed vi multitudis Bellorū ge. q es alter mars: & illū i armis ſpiras. Teucris romanis: ſeruat decorū vxoris timētis viro quē ꝓpter eximiā bellicæ virtutis gloriam vnice amabat. Iāq; adeo eg. ānibal vxor: cęteriq; comites egreſſi ex tēplo herculis: & vrbe gaditana ꝑuenerant ad littus: vt e portu ſoluerent tūc annibal himilcē lachrymantē his verbis alloquutus ē. Littore. gaditāo. ſ. Promota. deducta in aquā. Pendētibus. aptātibus antēnā: & vela in arbore nauis. Sēſim pulſāte. paulatim inflante vela. Ominibus par. noli īquit lachrimis tuis infœlicitates ominari vxor omē ꝓprie ē i verbis. Vnde dicit Ci i. i. de diui. Neq; ſolū deorū voces pythagorei obſeruauerūt

Me ne oblitę tua noſtrā pendere ſalutem.
Abnuis incœptis comitē? ſic fœdera nota
Primitięq; tori? gelidos ſic ſcandere tecum
Deficiam montis coniunx tua? crede vigori
Fœmieo. caſtū haud ſupat labor vllus amorē
Sin ſolo aſpicimur ſexu. fixumq; relinqui.
Cedo equidē. nec fata moror. deus ānuat oro
I fœlix in numinibus: votiſq; ſecundis
Atq; acies inter flagrantiaq; arma relictę
Coniugis & nati curam ſeruare memento.
Quippe nec auſonios tantū nec tela: nec ignis
Quantū te metuo: ruis ipſos acer in enſes.
Obiectaſq; caput telis. nec te ulla ſecundo
Euentu ſatiat virtus. tibi gloria ſoli
Fine caret. crediſq; viris ignobile lœtum
Belligeris in pace mori: tremor īplicat artus.
Nec quēquā horreſco qui ſe tibi cōferat vnus
Sed tu bellorū genitor miſerere. nefaſq;
Auerte: & ſerua caput inuiolabile teucris:
Iamq; adeo egreſſi ſteterant in littore primo
Et promota ratis pendentibus arbore nautis
Aptabat ſenſim pulſante carbaſa vento:
Cum lenire metus properās: ęgramq; leuare
Attonitis mentem curis: ſic annibal orſus.
Omnibus parce & lachrymis fidiſſima cōiūx
Et pace & bello cunctis ſtat terminus ęui.
Extremumq; diem primus tulit ille ꝑ ora
Nomen in æternū. paucis mens ignea donat
Quos pater ęthereis cęleſtum deſtinat oris.
An romana iuga: & famulas carthaginis arces
Perpetiar? ſtimulāt manes: noctiſq; ꝑ vmbras
Increpitās genitor. ſtāt arę: atq; horrida ſacra
Ante oculos: breuitaſq; vetat mutabilis horæ

Prolatare diem:ſedeam ne:vt nouerit vna
Me tantum carthago&qui ſim neſciat omnis
Gēſhoium:lœtiq;metu decora alta reliquā?
Quantū eteni diſtant a morte ſilentiavitæ:
Nec tamē incautos laudū exhorreſce furores
Et nobis eſt lucis|honos.gaudetq; ſenecta
Gloria cum longo titulis celebratur in æuo
Te quoq;magna manēt ſuſceptipræmiabelli
Dent modo ſe ſuperi.tybris tibi ſeruiet oīs:
Iliacęq; nurus:& diues dardanus auri.
Dumq; ea permixtis inter ſe fletibus orāt
Confiſus pelago celſa de puppe magiſter
Cunctantē ciet.abripitur diuulſa marito.
Hærent intenti vultus:& littora ſeruant
Donec iter liquidū volucri rapiente carina
Conſumpſitviſus tellus:pontuſq; receſſit
Ac pœnus belli curis auertere amorem
Apparat:& repetit properato mœnia greſſu
Quæ dum ꝑluſtrat:crebroq; obit oīa viſu:
Tandē ſollicito ceſſit vis dura labori:
Belligerāq; datur ſomno componere mentē
Tum pater oīpotens gentē exercere periclis
Dardaniam:&fama ſeuorum tollere ad aſtra

ſed etiā hoīum q̄ vocant omīa quæ maiores noſtri:qa valere cenſebant:iccirco oībus rebus agendis ꝙ bonum:fauſtū:fœlix:fortunatūq; eēt præfabant̄:rebuſq; diuīis:q̄ publicę fierent vt fauerent linguis impabat̄ qđ ſic interprætat̄.Senæ.dicēs.Quotiens mētio ſacraꝝ litteraꝝ interuenerit fauete linguis:hoc verbū nō vt pleriq; exiſtimant a fauore trahit̄:ſed imperat̄ ſilentiū vt rite pagi poſſit ſacrū:nulla voce mala obſtrepente. ideo Annibal ꝑcat̄ vxorē vt oibus pcat:inquiēs:Fixus eſt dies mortis.In pace & in bello morimur:cū venerit dies:q pēdet a prio :ſupra dixit:Naſcentiq; addita fata.Extremū diē.Herodotus dicit lib.prio Sortē fato deſtiatā deo quoq; effugere ipoſſibile ē.Et Sene.ſcribens de cōſolatiōe ad Martiā dicit:Mors illi naſcenti determniata:& in hāc legē data .& Metrodorus dixit ſorori ſuæ lugenti filiū:mortale eſt oīum mortaliū bonū.Mens ignea.cœleſtis & ardēs oī virtute.i.ſola virtus eſt illa q̄ famā cōparat:& hoīem cū dijs agere æuū facit. Sic Virgi.pauci quos æquus amauit iuppiter:aut ardens euexit ad æthera virtus:& affert patrię ſeruitutē:vt magisillā moueret.ordo:ignea mens paucis donat nomen.ſ.eorum ire p ora.i.celebrari iter mortales.Sic Enni.Cur volito viuus docta p ora virū.Perfecta virtꝰ eſt illa q̄ hō cenſet̄:& cūvirtute optimū ē mori. Ratio recta &cōſumata iqt Sene.fœlicitatē hoīs iplet.Hęc rō vocat̄virtꝰ:eadēq; honeſtū ē.&alibi dicit magnā eē fœlicitatē mori. Quos.paucos iuppiter deputauit cœlo:quoniāvirtuseſt illa q̄ facit nos deo ſimiles quo adiuuare: & ꝓdeſſe:q dant beneficia deū imitant̄:q repetunt fœneratores :loquit̄Syllius ex opiniōe ſtoicoꝝ:Nā Zenoſtoicus:aīam ignē putauit eſſe:nō ſine rōne tamē: Nā volūt ſtoicivt corpus ſit ab aīa tāq̄ a forma: qppe aia color ē:&vis q̄dā:vt ipſi dicūt aeria cō calefacta.qd aūt de anima ipa tenēdū ſit:nos q chriſtiane philoſophamur:religio nr̄a ſanctiſſima docet.An roma.iu.affert rei īdignitatē q̄ dicit ſe ad bellū īpelli qm̄ patrię oia debemus.Iuga.impia qbus ꝑmimur:vt iugo boues.Manes aīa pr̄is mei amilcaris. Aræ. ad q̄s iuraui bellū romanū.Horrida ſa.inferna :& in qbus mactabant̄ hoīes.Mutabilis:qa tpa facile mutant̄:nā amilcar morte preuentus nō potuit romāis bellum inferreSic inquit annibal mihi accider̄ poſſet.iō ait pli.i epiſto. Cū tā auguſtis terminis vita noſtra claudat̄ ſtudijs memoriā extendamus.Columella dicit·Inuigilate viri tacito nā tpa greſſu Diffugiunt:nulloq; ſono conuertitur annus.Et Vir.Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui Prima fugit. ꝗ Prola·differre.Sedeā ne.ſeruat decorum viri ingentis ſpūs:& gloriæ immenſę cupidi.Lætiq; me.de.al.re. nam vere fortis:vt dictum eſt propter decorum & honeſtatem nō timet mortem:imo circa ardua verſat̄ etiam ſi ſit moriendum:quippe vitæ non parcit ſuæ:nec propter aliqua incommoda declinanda debet eē timidus:quoniam amitteret fortitudinis laudem:& honorem qui eſt primum virtutis:& quem animus generoſus appetit. Vnde dicit Sene. Habet hoc optimum in ſe generoſus aīus ꝙ concitatur ad honeſta.& alibi dicit:Male viuet quiſquis neſciet bene mori. Alta decora. laudem rerum geſtarum:& vere virtutis decus Quantum etenim di. quaſi di. ille de quo nihil dicitur eſt perinde ac mortuus. Nec tamen in cau. non debes inquit timere ꝙ ego ſim incautus: vt dixiſti. nam & ego gaudeo vita. & gloria mea gaudet ſenio:cum celebratur ipſa gloria titulis:&imaginibus ob res geſtas in longam ætatem.Furores laudū vehementem cupiditatē laudis:ad quā nati ſumus:&pro qua conſequenda me in tantum in apta ruere picula dicis. Honos lucis.amor vitæ. Titulis: honoribus : laudibus:& inſcriptionibus victoriarum. Oui. Gratulor œchaliam titulis accedere noſtris.Te quoque locus eſt abvtili. Dent mō ſe ſupi.i.ſolum dij annuant cœptis:& faueant. Omnis tyberis.oīs italia & ipſa Roma.Dardāus.romāus·Diues. au. ditiſſimus



Belloꝝ meditās:priſcoſq; referre labores
Pręcipitat conſulta viri:ſegnemq; quietem
Terret:& immiſſa rumpit formidie ſomnos
Iāq; per humentem noctis cyllenius vmbrā
Aligero lapſu portabat iuſſa parentis.
Nec mora.mulcentē ſecuro membra ſopore
Aggreditur iuuenē:ac monitis īceſſit amaris
Turpe duci totam ſōno conſumere noctem
O rector libyę.vigili ſtant bella magiſtro.
Iam maria effuſas cernes turbare carinas:
Et latiam toto pubem volitare profundo.
Dum lentus cœpti terra cūctaris ibera.
Scilicet id ſatis ē decoris memorādaq;virtus:
Qđ tāto cecidit molimine graia ſagunthos?
En age ſi quid ineſt animo par fortibus auſis:
Fer greſſus agiles mecū.& comitare vocātē.
Reſpexiſſe veto:monet hoc pater ille deorū.
Victorē ante altæ ſtatuam te mœnia romæ.
Iāq; videbatur dextram iniectare:graduq;
Lætantem trahere in ſaturnia regna citato:
Cū ſubitus circa fragor:& vibrata per auras
Exterrent ſæuis a tergo ſibila linguis:
Ingentiq; metu diuum præcepta pauenti

popu.romāus:nam i italia ſūt auri venæ.quas effodivetitū eſt:vt inqt pli.edictū patrū italiæ parci iubētiū vnde Vir.dicit:atq; auro pluria fluxit:romæ nō fuit niſi ad modū exiguū lōgo tēpore:nā cum pax a gallis emeretur:nō potuerūt effici plꝰ q̄ mille pondo:ſed auctū eſt poſtea tpe.C.Marij:& Syllæ:q.xxx.milia pōdo e ꝑneſte quo Marius aſportauerat romā i triumpho rettulit :& argenti.vij.milia:& ex reliqua victoria auri pōdo.xv.milia:argenti vero.cxv.milia:vt ait ply.Inde Sex.Iulio.L.Aurelio cōſſ.auri i ærario po.ro.fuere.vij.ānis āte tertiū bellū punicū pondo.dccccxxvj.Argenti.lxxxxij.milia:& extra numerū.ccclxxv.milia.Item Sexto Iulio:& Lucio Mario conſulibus belli ſotialis initio octingēta.xlvj.auri pondo Cæſar primo ītroitu vrbis i ſuo ciuili bello ex ęratio ꝑtulit lateꝝ aureoꝝ vigiti ſex milia & i nūero pōdo.ccc.neq; fuit alijs tēporibꝰ reſpublica locupletior.Seruius Tullius rex primus æs ſignauit nota pecudum:vnde pecunia dicta . Nam po.ro.ante Pyrrhum regē argēto ſignato nō ē vſus:quod ſignatū eſt.Qu.Fabio conſule quinq; annis ante primū bellū punicū.nota argenti fuere bigæ & quadrigæ:inde bigati nūmi : & quadrigati dicti.Liuius Druſus i tribunatu tertiā partē æris argento miſcuit: qui victoriatus appellabatur.Nūmus legæ clodia percuſſus ē: ante hic nūmus ex illyrico aduectus loco mercis habebat̄.Nūmus aūt dictus eſt auctore Ariſtotele a lege que nomos dicitur græce.quippe non natura:ſed lege introductus eſt.nā pricipum inſtituto fit nummus:qui adhibet menſuram omnibus rebus.ideo velut ſubſidiū cōmutandarum rerum nūmus excogitatus eſt. victoriatus nūmus ſignatus fuit nota victoriæ vnde nomen.Aureus nūmus poſt annum.lxij. percuſſus eſt:q̄ argenteus.a nūmo prima eſt auaritiæ origo inquit Ply.excogitata fœnore q̄ſtuoſaq; ſegnitia.Inter liquidū.ipſū mare abſtulit viſus.At pœnus:annibal·ſoluens e littore gaditāo:citato curſu nouā carthaginē cōtendit:vbi p nocturnā quietē hoc oſtentum vidit:qđ poeta verſibus ꝓſequitur.Auertere amorē quo tenebat̄ erga vxorē:qui aliquo affectu amoris ꝑmitur:inqt Cice.in tuſcu.q̄ſtionibꝰ : vt ſanetur adducendus eſt ad alia ſtudia: curas : negocia: loci deniq; mutatione tanq̄ ægroti non conualeſcentes ſæpe curandus eſt . Mœnia .nouam Carthaginem: vnde diſceſſerat iturus ad templum Herculis . Tandem . poſt longam belli cogitationem : & ſtudium Vis dura.vehemens affectus amoris ſuperatus eſt a labore bellico. Ouidius.Ocia ſi tollas periere cupidinis arma.Sollicito.ab effectu:quia reddebat annibalem ſollicitum & diligentem:Tū pater oīpotēs . Silenus græcus auctor ;quem Celius ſequutus eſt:auctore Cice.dicit Annibalē:cum cœpiſſet Sagunthum viſum eſſe in ſōnis a ioue i cōciliū deoꝝ vocari:quo cū veniſſet:iouē impaſſe vt italiæ bellū īferret:ducēq; ei vnum e concilio datum quo illum vtentem cum exercitu ꝓgredi cœpiſſe:& vidiſſe poſt ſe hoc mōſtrum: quod poeta nunc deſcribit fingit poeta in gratiā romanoꝝ iouē miſiſſe mercuriū ad Annibalē: vt properaret in italiam:non vt faueret annibali:ſed vt romanos iam deſides:& priſcoꝝ laborē deponētes bellis exerceret:quibus priſci romani ex tenui pricipio aucti ſūt.Paulo poſt iuppiter Veneri reſpōdēs ait:Hac ego martis mole viros ſpectare paro:atq; extēdere bello.Dardaniam.romanā.Sæuoꝝ bellorum. quia in bello eſt ſæuitia.Priſcos.quos priſci illi romani pro imperio propagando tolerabant.Præcipitat.vrget: impellit concilium annibalis de inuadenda italia:ne romani deſidia torperent:quoniam in locum virtutis vitium obrepit.vnde dicit Hora.in agris neglectis filicē innaſci.i.vitiū:cū nō exercemus officia.Cylleniꝰ.mercu-

rius a cyllene monte arcadiæ:in quo fuit nutritus:& eſt nuncius iouis.Vmbram.nocte humidã:q̄ nil aliud eſt niſi vmbra terræ. Aligero.quoniã habet talaria:& volat. Parentis.iouis. Inceſſit.carpit:& ipetit. Amaris.aſperis. Turpe duci totam. verba mercurij ad Annibalem:quē ignauiæ accuſat:vt ad decorum præſtãdum tandem excitaret.Pallas apud Homerum ſic alloquitur Agamenonem:Non oportet noctu quieſcere virum:cui populi ſunt curæ.Arguit igitur prius ab honeſto:dicens:Non ſeruatur decorum tuũ annibal qui es rector libyæ:ſi dormis.Inde ab vtili:dicens:iã romani te ceſſante turbabunt omnia maria: & Libyã inuadent.Stãt.fiunt:vigent non dormiente rectore.qui debet eſſe ſolertiſſimus:ac prudentiſſimus.Effuſas

Effluxere viro:& turbatus lumina flectit.
Ecce iugis rapiens ſyluas ac robora vaſto
Cõtorta amplexu tractaſq; per inuia rupes
Ater letifero ſtridebat turbine ſerpēs.
Quãtus nõ æquas pluſtrat flexibus arctos
Et geminũ lapſu ſydus circunligat anguis
Immani tantus fauces diducit hiatu.
Attollēſq; caput nimboſis montibus æquat
Congeminat ſonitu rapti violentia cœli:
Hymbriferãq; hyemē p̄mixtã grãdie torq̄t.
Hoc trepid⁹ mõſtro:neq;.n.ſopor ille necalte
Vis aderat noctis: virgaq; fugante tenebras
Miſcuerat lucem ſomno deus ardua quæ ſit
Scitatur peſtis:terraſq; vrgentia membra
Quo ferat: & quoſnã pp̄los depoſcat hiatu.
Cui gelidis almæ cyllenes editus antris.
Bella vides optata tibi:te maxima bella:
Te ſtrages nemorum:te toto turbida cœlo
Tempeſtas cedeſq; virum:magneq; ruinæ
Idei generis:lachrymoſaq; fata ſequuntur.
Quantus p̄ cãpos populatis mõtibus actas
Contorquet ſyluas ſqualenti tergore ſerpēs.
Et late humectat terras ſpumante veneno:
Tãtus perdomitis decurres alpibus atro

ſparſas per mare.Lētus cœpti.tardus ad ea obeunda:quæ cœpiſti.Ibera.hiſpana.Scilicet id ſatis eſt decoris.ſenſ⁹ ē:putas ne te adeptũ magnum decus:quia Sagunthum expugnaſti tãta mole belli:quaſi dicat:nõ ē tibi magna laus vnã vrbē tanto exercitu ſolo æquaſſe: & locus eſt honeſto.Decoris.laudis & gloriæ. Molimine.belli apparatu.Graia.quoniam zacynthi eã condiderũt qui ſunt græci:viri .ſ. effœminati. En age.hortantis eſt.Ante mœnia . quoniam Annibal poſuit caſtra ad aniené:& vſq; ad portam collinã progreſſus eſt:& locus eſt ab honeſto:vtiliq;.In ſaturnia regna.romana a Saturno:qui fuit in latio.Cum ſubitus circa fragor. Syllenus autore Cicerone in prio de diuinatione dicit ducē præcepiſſe Annibali:ne reſpiceret:illum autē id diuti⁹ facere non potuiſſe: elatumq; cupiditate reſpexiſſe:Tũ viſam Beluã vaſtam & immanē circũplicatam ſerpentibus: quacunq; incederet oïa arbuſta:virgulta:tecta peruertere:& Annibali q̄renti reſpõdiſſe ducē vaſtitatem eſſe italiæ p̄cepiſſeq; vt pergeret p̄tinus quid retro:atq; a tergo fieret:ne laboraret.Effluxere. excederunt Annibali . Iugis . e montibus.Quãtus non æquas.hũc ſerpētem illi comparat:qui ē polo boreali affixus : & ſua magnitudine geminã arcton circũligat.Arat⁹: cuius carmina Cicero latina fecit:hũc anguem deſcribit:& Vir.in geor.Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis:Circũ perq; duas in morē fluminis arctos.Nõ æquas.diſſimiles: quoniã eſt maior vrſa & mĩor.Perluſtrat.circuit ãplectit̃.Geminũ ſyd⁹.duas arctos.Diducit.aperit os.Nĩboſis.altis.Rapti cœli.obſcurati p̄pter himbres & pluuias.Hyemem.tēpeſtatē.Nec aderat vis.potentia:& obſcuritas altæ noctis.nam mercuri⁹ fugauerat tenebras ſuo caduceo.Virga.caduceo ſuo:quo diſcutit vmbras.Miſcuerat lucē quoniam videbat:quamuis eſſet nox.Scitatur.interrogat quęrit a Mercurio:Gelidis antris.frigidis:qm̃ arcadia ē montoſa & frigida.Vnde dicit Papinius ĩ thebaide.Arcadiæ capita alta madēt:ſita ē Arcadia ĩ media pelopõneſo.Bella vides.verba Mercurij ad Annibalem quęrētē:q̄ nã eſſet illa Belua.Idei generis. romani nominis ab ida troiana.Fata .mortes.Noctēq; retractat.i.repetit aĩo:id quod viderat p̄ nocturnã quietē.Deum regi.Ioui.Caſtra diſſona:qm̃ erant ex varijs nationibus & lĩguis.Prodito calliope.rē dictu haud facilem: & remotæ ãtiq̄tatis caligine obductã narraturus poeta votũ repetit:p̄caťq; Calliopē muſarũ reginã:vt populos aperiat:ac milites:qui ad hoc bellũ venerũt:& auſpicio Annibalˀ arma italiæ ĩtulere.Prodito famæ. Aperi inquit hæc omnia vt fama per totum orbem propagetur.Excierint.ad arma vocauerit cœpta Annibalis.Iberis indomitis bellicoſis:& inuictis hiſpanis.Quaſq; paretonio:ægyptio & libyco.Parethonium eſt oppidum ægypti & portus ingens prope cyrenaicam regionem.vnde litt⁹ parethonium ponit pro ea parte aphrycæ:quę vergit ad ægyptum.Ponit etiam pro æthyopib⁹ heſpijs:de qb⁹ poſtea diceť:& deniq; pro oïbus vrbibus:q̄ ſũt a Nilo vſq; ad fretũ gaditanũ quo Aphrica ab Europa diuiditur.Frenos reg̃. ĩperiũ totius orbis.Libyæ.ipſa carthago.Mutare iugũ terris . conſtituere nouũ ĩperiũ:& impare romanis qui



imperabãt.Priceps ſigna tulit.incipit deſcribere vrbes q̄ ad bellũ milites miſerũt:& p̄ria fuit carthago tyriorũ colonia:de qua ſatis dictũ ē.Pubes.iuuet⁹ carthagineſis.Mēbra leuis.agilis ad curſũ:& breui ſtatura Superbũ.clarũ & nobile decus:p̄ceræ ſtaturæ:qua fraudať natura.Docilis fallendi.fallax & infidus. Rudis .impolita parmã appellam⁹ ſcutũ.Veſtigia nuda.hoc dixit ad imitationē Vir.q canit hernicos tali habitu iuiſſe ad bellũ:reſpiciēs ad illorum antiquitatem.nam hernici pelaſgi fuerunt ab ętolo duce hernico nomiati & ætoli ſiniſtro pede nudo ad bellũ p̄dire cõſueuerũt:vt ait Euripides ĩ meleagro.& Ariſto. li.ij.de poetis:de his rebus lege Macrobiũ.Inaſſuetũ cingere ſinus.quoniã diſcĩcti prodibant ad bellũ : vt

Inuoluens bello italiam:tantoq; fragore
Eruta conuulſis p̄ſternes oppida muris.
His ægrũ ſtimulis liq̄re deuſq; ſoporq;.
It membris gelidus ſudor lætoq; pauore
Promiſſa euoluit ſõni noctemq; retractat.
Iamq; deum regi martiq; ſub omine fauſto
Inſtauratus honos:niueoq; ante oïa tauro
Placatur meritis monitor cyllenius aris.
Extemplo edicit cõuellere ſigna:repenſq;
Caſtra quatit clamor p̄mixtis diſſona lĩguis
Prodito calliope famæ quos horrida cœpta
Excierint populos:tulerítq; in regna latini.
Et quas indomitis vrbes armarit iberis:
Quaſq; paretonio glomerarit littore turmaſ.
Auſa ſibi libyæ rerum depoſcere frenos:
Et terris mutare iugum:non vlla nec vnquã
Seuior it trucibus tēpeſtas acta procellis.
Nec bellum raptis tam dirum mille carinis
Acrius infremuit:trepidũq; exterruit orbē
Princeps ſigna tulit tyria carthagine pubes.
Mēbra leuis celſiq; decus fraudata ſuperbũ
Corporis ac docilis fallēdi:& nectare tectos
Nũquã tarda doloſ:rudiſ hiſ dũ p̄ma breuiq;
Bellabant enſe:ac veſtigia vnda ſinuſq;
Cingere inaſſuetũ:& rubræ velamine veſtis
Ars erat in pugna fuſũ occuluiſſe cruorem
His rector fulgens oſtro ſuper altior omnis
Germanus nitet ãnibalis:gratoq; tumultu
Magno quatit currus:& fratrē ſpirat ĩ armis.
Proxia ſydoniis vtica eſt effuſa maniplis
Priſca ſitu: veteriſq; ãte arces cõdita byrſæ.
Tunc quæ ſicanio percinxit littora muro
In clypei ſpeciem curuatis turribus aſpis.
Sed dux in ſeſe conuerterat ora ſycheus

dictũ ē:& vtebant̃ ĩ bello veſte rubra: vt cruor fuſ⁹ e mēbris nõ cognoſcereť Fulgēs oſtro.purpura.Mãgo frĩ ãnibalis his militibus preerat: Spirat fratrē.refert ãnibalē p̄ſtantia bellica.Vtica. vt ſcribit Stra.vrbs ē:& magnitudine:& auctoritate ſecũda poſt carthaginem:ſita ĩ eodē ſinu:quo carthago iſignis morte Catonis . Sidonij ex phœnicia p̄fecti illã cõdiderũt:iõ dicit:Sidonijs maniplis.i.ſuis militibus oriũdis a ſidonijs.Priſca ſitu.quoniã cõdita fuit ãte carthaginem.Byrſæ.carthaginis . Aſpis. Agatocles rex ſyracuſanoꝝ cũ in Siciliã premeretur bello a carthagineſib⁹ duce Amilcare Gyſgonis filio:q̄ ſyracuſas obſidebat:ĩ aphricam traiecit:vt illuc bellũ retraheret:& p̄motoriũ qđdã occupauit:fecitq; munimētũ:qđ a ſimilitudine clypei aſpis cognominatũ ē.aſpis ſignificat & ſerpentē & clypeũ græce.inde aſpidion breue ſcutũ:& aſpidiſchiõ:iõ ait Stra.dictus ē ille collis a ſimilitudine.ſ.clypei:& hæc ciuitas habebat turres p̄ circuitũ ad formã clypei. Sicanio.ſiculo cõdito ab agathocle ſiciliæ rege:de hoc rege alibi diceť latius.Sycheus horum ductor erat nepos annibalis ex ſorore : q̄ nupſerat Aſdrubali:q amilcari ſucceſſit in hiſpania: vt dictũ ē.Vano tumore.aĩ elatiõe:atq; faſtu iſani:qm̃ cecidit ad Traſimētum manu flaminij cõſulis.Interea ĩquit alibi poeta exanimē mœſti ſup arma ſicheũ portabant pœni.Berenicidę nudoſa.berenicę ciuitas aphricæ ſita ĩ quodam promontorio p̄pe ſyrtes iuxta lacũ noie tritonidē:iõ appellat ipſã nudoſã:ē et illic heſpidũ lacus:ĩ quē flumen loton immittit. Tereti dolone.rotũda haſta.Dolõ eſt genus haſtæ rotũdæ:& breuioris.Barcæ.poſt berenicē ē vrbs cyrenaicæ regiõis q̄ poſtea ptolæmais dicta ē ſita in harenis condita a ceſilao batti filio:qui cyreneis imperauit.Sitientibus venis : quoniã cum ſita ſit inter harenas inopia aquarum laborat.ſupra dixit:Aeternum quę arida barcæ Necnon cyrenę . cyrenem terei condiderunt: qui ex laconia p̄fecti Terã vrbē p̄pe minorē ſyrtim coluerũt:q̄ pri⁹ caliſte dicebã tur. vñ Callimach⁹ cyrenaic⁹ ĩ quodã epigrãmate ſcribit: Noïe caliſte primũ:ſed poſt mõ tera Dicta fuit tell⁹ vrbis origo meæ.Tera ĩq̄t Stra. li.x.Cyrenēſiũ metropolˀ ſ̄ptana colõia.pelopeine potiſ Teræ pelopõneſiaci:quia ĩ pelopõneſo regnauit Pelops Tantali filius.Teras cadmeus genere: & abnepos Polynicis miſſus eſt ĩ laconiã autore Hero. & lacędemonij duce Tera ĩ aphricã nauigaſt:& Caliſtē occupãtes totã terã ab eorũ duce denoïauerĩt.Bar

Aſdrubalis proles:cui vano corda tumore
Maternũ iplebat genus:& reſonare ſuperbo
Annibal haud vnquã ceſſabat auunculus ore
Affuit vndoſa cretus berenicide miles
Nec tereti dextras in pugnã armata dolone
Deſtituit barcæ ſitientibus arida venis:
Necnon cyrenæ pelopei ſtirpe nepotis
Battiadas prauos fidei ſtimulauit in arma
Quo trahit ãtiquo laudatus amilcare quodã
Conſilio viridis.ſed bello ſerus ilertes:
Sabrata tum tyrium vulgus:ſarranaq; leptis
Eaq; trinacrios aphris permixta colonos
Et tingin rapido mittebat ab æquore lixus
Tũ vaga.& ãtiquis dilectus regibus hippo.
Queq; ꝓcul cernit nõ æquos ruſpia fluctus
Et zama:& vberior rutuloꝝ ſãguine tapſus.
Ducit tot populos igens et corpore & armis
Herculeã factis ſeruans a nomine famam
Antheus celſũq; caput ſuper agmina tollit.
Venere æthyopes gens haud incognita nilo
Qui magneta ſecãt ſolis honor ille metalli
Intactum chalybem vicino ducere ſaxo
His ſimul immitẽ teſtantes corpore ſolem
Exuſto venere mybæ:non æɾea caſſis
Nec lorica riget ferro:nec tenditur arcus.
Tempora multiplici mos eſt defendere lino
Et lino munire latus:ſcelerataq; ſuccis
Spicula dirigere:& ferrum ifamare veneno.
Tum primum caſtris phœnicum tẽdere ritu
Cinyphii didicere mace:ſqualentia barba
Ora viris humeroſq; tegunt velamina capti

tus regnauit apud cyrenem:ideo cyrenaicos battiadas appellat : aliqui dicunt cyrenem conditam fuiſſe a batto cyrenis nymphæ filio:& denominatam a nomine matris. Prauos fidei.infidos cyrenaicos : quorũ ductor erat ilertes:qui ſub Amilcare militauerat.Prima eſt cyrene inquit Saluſtius.colonia teron . Sabrata in littore quod eſt inter maiorem ſyrtim:& minorem:ſunt hæ vrbes. Sabrata condita a tyriis : & leptis condita a ſarranis:qui ſunt in phœnicia adiumentum.Ruſpina apud quam cæſar primũ cum Scipiõe pugnauit:eſt etiã ea vrbs habitata ab afris & ſiculis:eiuſdem nominis eſt vrbs colchica:a qua æei reges colchorum denominantur:vnde Vir.æe æque iſula circes: prop.& æei mœnia religioni.intelligẽs tuſculũ cõditum a telegono filio cyrces.& Vlyxis.Lyxus eſt oppidum in extrema ora mauritaniæ ad fretum herculeum e regiõe adgades :.vocatur alio nomine tingis.poeta igitur vt vtrunq; nomen innueret:dixit lyxum vrbem miſiſſe tingin.i.tigitanum militem.i.miſiſſe ſuos ad bellũ:& ſic poeta tangens hæc loca extrema oſtẽdit ex omni aphrica veniſſe milites:quoniam cœpit a ripa nili & ſyrtibus:& venit ad fretum gaditanum:quod aphricam ab europa diuidit Rapido æquore.freto ganditão.Vaga:& hyppo ſunt vrbes non lõge ab vtica:duo erãt hyppones ambo regii autore Stra.& Pli.qd vt poeta ſignificaret dixit hipponẽ fuiſſe quondã dilectũ a regibus:quoniã hippo regius vocabaꝶ Non æquos fluctus.malos ipſis nauigantibus quoniam i ſyrtibus fiunt naufragia:& ruſpina eſt iter ſyrtes.Sic virgi.Vacuis clanius nõ æqu⁹ acerris.Zama.vrbs aphricæ:apud quam vict⁹ fuit Annibal a Scipione magno prælio: apud tapſum vrbem cæſar vltimo prælio deleuit copias Scipionis ſoceri ipſius Pompei: ideo dicit poeta Tapſum fuiſſe fertilorem propter ſãguinem rutulorum.i.romanorum:qui illic ceciderunt:Rutuli ſunt ardeãtes:ſed poeta reſpexit ad tempora ſua:quoniam hoc fuit poſt ſecundum bellũ punicum:de quo nunc agitur.& etiam poſt tertium.Antheus.terræ filius & palæſtrita multi nominis apd lyxum vixit:& illic ab Hercule ſuperatus fuit : cuius ſepulchrum ibi oſtẽdebatur.ideo fingit poeta Antheum fuiſſe his populis ductorem : qui noie referebat illũ:quẽ Hercules vicit.Venere ęthyopes.ęthyopes heſperii ſũt ſupra mauritaniã vicini ægypto cognominati ab æthiope filio vulcani . Magna ex parte quon‑ã paſtoralẽ vitã agebãt : & inopẽ:cũ ꝓpter ſoli tenuitatem:& aeris intẽperiẽ. tũ ꝓpter ꝙ longe a nobis poſiti ſunt . Nil⁹ ab vltimis æthyopiæ finibus deuoluit in mare mediterraneũ Aphricã ab Aſia diuidẽs : ortũ habet referẽte iuba:vt autor ẽ ply.in monte inferioris mauritaniæ:non ꝓcul ab oceano lacu ꝓtinus ſtagnante.Ariſto.dicit oriri ex paludibus.Verũ quis multa a coſmographis dicanꝶ tamẽ icertus ẽ nili ortus:ſed hoc planũ ẽ ipſum fluere ex æthiopia:iõ dicit poeta ipſos non eẽ icognitos nilo.Qui magneta ſecant.quinq; genera magnetis:autore ply.ſed æthiopico pricipat⁹ datur: ideo dicit ſolis æthiopibus eſſe honorẽ magnetis:quoniã alios æthiopic⁹ ſupat.Magnes appellat⁹ ẽ ab iuẽtore:vt autor ẽ pli.i India rept⁹.æthiopici magnetis argumẽtũ ẽ ꝙ magnetẽ quoq; aliũ ad ſe trahit.Metalli.magnetis Metallũ qppe appellam⁹ venã vñ excidiꝶ:æs:auꝝ:argẽrũ:& etiã marmur.vñ appellabit marmur luneſe niueũ metallũ Chalybẽ.ferrũ:qđ trahit ad ſe magnes.qđ ferri duritia pigr⁹ igt pli.ſed cedit:& patiꝶ moreſ Trahitꝶ



Setigeri:panda manus eſt armata cateia
Verſicolor contra cetra:& falcatus ab arte
Enſis adirmachide ac leuo tegmina crure.
Sed mẽſis aſper populus:victuq; maligno
Nã calida triſtes epulæ torrentur harena.
Quin & maſſyli fulgentia ſigna tulere
Heſperidũ veniẽs lucis domus vltima terræ
Pręfuit intortos demiſſus vertice crines
Bocchus atrox q ſacratas in littore ſyluas.
Atq; inter frondes reuiſere viderat aurum.
Vos quoq; deſertis in caſtra mapalibus itis
Miſceri gregibus getuli aſſueta ferarum
Indomitiſq; loqui & ſedare leonibus iras:
Nulla domus:plauſtris hitãt migrare ꝑ arua
Mos atq; errantes circumuectare penates
His mille alipedes turmæ velocior euris.
Et doctus virgæ ſonipes in caſtra ruebat.
Ceu ꝑnix cũ denſa vagis latratibus implet
Venatos dum eta lacon:aut exigit vmber
Nate ſagax e calle feras:perterrita latæ
Agmina ꝑcipitãt volucres formidine cerui.
Hoꝫ agit haud læto vultu:nec fronte ſerena
Haſbytes nuper cæſæ germanus acheras.
Marmaridę medicũ vulg⁹ ſtrepuere cateruis
Ad quorum cantus ſerpens oblita veneni:
Ad quorum cantus mites iacuere ceraſtæ.
Tũ calybis pauper bamuræ cruda iuuentus:
Contenti parca duraſſe haſtilia flamma:
Miſcebãt auidi trucib' fera murmura liguis.
Necnõ autoloſes leuibus gens ignea plantis
Cui ſonipes curſu:cui ceſſerit incitus amnis:
Tãta fuga ẽ.certant pennæ:campũq; volatu
Cũ rapuere:pedũ fruſtra veſtigia quæras.
Spectati caſtris:quos ſucco nobilis arbor

nãq; a magnete lapide:domitrixq; illa rerũ oĩum materies ad inane neſcio qd currit:atq; vt propius venit aſſiſtit:teneturq; & cõplexu hæret. Vicino ſaxo.admoto magnete.Mybæ.populi ſunt æthyopiæ q regionẽ ſolis ardoribus aduſtã incolũt:quod corpe nigro teſtanꝶ:nõ hẽnt arma ex ferro:ſed ĩtegũt corpa lineo pãno:hoc dicit poeta vt oſtẽdat illos abũdare lino:& ſpicula ſucco ĩficiũt:& venena cõparãt ferro dedecus æthyopes hñt arbores liniferas.Munire lat⁹.facere toraces lineos.Scelerata ſuccis. ĩfecta ſuccis herbarũ venenoſis.Mace ſũt populi cyniphii dicũtur a cyniphe flu.qui labitur inter duas ſyrtes:apđ quẽ ſũt magni hirci & capræ:ex quoꝝ pili fiebãt cilicia in vſum nautarũ & milĩtũ:vñ dicit Vir.Ciniphii tondẽt hirci vſũ in caſtrorum.& miſeris velamina nautis.Nũc mace didicerũt explicare tentoria more punico.Tendere.ponere tẽtoria.Barba. ꝓpter barbam:quã demiſſã gerunt:alludit poeta ad mẽtum hircoꝝ:quorũ apud illos ẽ magna copia. Velamine capri.ciliciis .Pãda. curua : cateia ẽ genus teli recurui.Cetra verſicolor.diuerſi coloris.Cetra ẽ breue ſcutũ.enſis falcatus dicitur recuruus iſtar falcis:& currus falcatos dicim⁹ falcibus armatos.vnde Xenophon loquẽs de curribus cyri falcatis dicit:Appoſuit falces ferreas duaꝝ vlnarũ longitudine ad axes:ex altera:atq; altera rotarũ parte:& alias infra ſub axem reſpicientes in terram:tanq̃ ĩpetũ ĩ aduerſarios curribus facturi eſſent . Cõtra.i. in leua. Adymarchide.nomẽ eſt artificis fictũ a poeta vt facit Virgi.in buco.de alcimedonte.Triſtes inſipidæ.Quin & maſſyli.maſſyli qui & mauri dicũtur ppli ſũt aphricæ ad oceanũ athlãticũ. Domus vltima terræ.quoniam mauritania eſt in finibus aphricæ:vbi ſunt horti heſperidum ſub atlante ad oceanum:in quibus erãt aurea poma cuſtodita a dracõe.Bocchus atrox. Bocchus fuit rex mauritaniæ fallax & crudelis:qui iugurthã ꝓdidit:vinctumq; dedit ĩ man⁹ Syllæ:miſſi illuc a Mario:cum diu cogitaſſet an Syllã poti⁹ vinctum traderet Iugurthæ:ad cuius bocchi attrocitatem poeta alludit.In littore.ſ.Athlantico.Sacratas.ipſis puellis dicatas quæ vocantur heſperides.Aurum.i. aurea poma.Demiſſus crines itortos a vertice :habens capillos demiſſos:& oblongos:qui quidẽ crines nõ erãt torti:vt ſũt æthyopũ.Vos quoq; deſertis.deſcribit nunc getulos:& numidas:q ſũt vicini mauris:quorum ſtudia & mores ponit. In caſtra aſſueta miſceri gregib⁹ feraꝝ. nã numidæ vagã & inſtabilem vitam agebant: & inter feras verſabantur:ideo agit getulos veniſſe in caſtra.ſ.numidarum.q ſũt aſſueti ĩter feras. & ẽ piphraſis nũidaꝝ Penates. paſtorales domos.i.mapalia:q̃ plauſtris circũferũtur. Hinc. ex nũidis:& getulis. Alipedes.veloces eq. Doct⁹ virgæ.quoniã equi ipſoꝝ virga gubernabãtur:vt ĩquit Stra.ſupra:Nõ cedẽs virga lupatis Ceu pnix.equos nũidicos celeres cõparat ceruis fugiẽtibus:cũ a canibus exagitãtur:Lacon pernix.canis laconicus velox.Vmber.canis ex vmbria.Nare ſagax.q acute ſẽtit: quod ſit ſagete dictum iam eſt.Præcipitant. vrgent . Marmaridæ medicum vulgus.marmaridæ ſunt populi aphri‑

Et dulci paſcit lotos nimis hoſpita bacca
Quippe atro rapidas efferueſcente veneno
Dypſadas immēſis horrēt garamātes harenis
Fama docet ceſe rapuit cum gorgonis ora
Perſeus in libya dirum fluxiſſe cruorem.
Inde meduſeis terram exundaſſe chelydris.
Milibus his ductor ſpectatus marte coaſpes
Neritia meninge ſatus cui tragula ſemper
Fulmineā armabat celebratū miſſile dextrā
Hinc coit æquoreus naſamō iuadere fluctu
Audax naufragia:& prædas auellere ponto.
Hinc q ſtagna colūt tritonidos alta paludis.
Qua virgo vt fama ē:bellatrix edita lympha
Inuento primam libyen perfudit oliuo.
Nec non totus adeſt veſꝑ: populiꝗ repoſti
Cantaber ante oīs hyemiſꝗ æſtuſꝗ famiſꝗ
Inuictus palmamꝗ ex omni ferre labore.

cæ mixti pſyllis:qui ſerpentibus aduerſantur:& tactos dente:aut ſuctu leuabant.ideo dicit Medicū vulgꝰ Strepuere.ſonitum dedere in caſtris patrio mere. Cantus.incantationes. Bamuræ.bamura oppidū aphricæ laborans inopia ferri. Autololes.populi ſunt aphricæ:de quibus dictum eſt:pedum velocitate præſtātes. Certant pennæ.i.in curſu certāt cū auibus.pēnę.i.auibus.certo tibi dicimus:& certo tecum. Spectati caſtris.lotophagi populi aphricæ habitantes Meningem inſulam ſic appellati:quoniam comedunt lotō quæ eſt arbor ferens fructum ſuauiſſimum:& ſimilem fructum palmarum:tam dulcis cibꝰ autore Ply. vt nomen etiam genti:terræ que dederit.nimis hoſpitali obliuione patriæ.Succo.quoniam vt inqnit Ply. Vinum ex lotho exprimitur ſimile mulſo.Nimis hoſpita.dulcedine ſua hoſpitibus afferens patriæ obliuionem.Baca.fructu.Garamantes incolunt loca harenoſa africæ:& plena ſerpentibus:quorum cauſam & originem affert poeta Ply.ait.ad eam per deſerta harenis : perꝗ ſerpētes iter eſt excipiunt ſaltus repleti ferarum multitudine:& introrſus elephantoꝝ ſolitudines:mox deſerta vaſta vtrunꝗ garamantes:ꝑ pe quos fuere pſylli.Atro veneno.ab affectu. Efferueſcēte. nam cū ſerpētes efferueſcunt:ſūt periculoſiores.Dypſadas·dypſas eſt ſerpēs: cuius morſu tacti vſꝗ ad mortem ſitiunt nomen ex re ſortita·nam dypſao græce latinæ ſignificat ſitio.vnde Oui:cū dixiſſet nomine dypſas anus:ſubiunxit Ex re nomen habet:nigri ad illa parentē Mēnonis in roſeis ſobria vidit eqs. Fama docet.dicit poeta illic cæſam fuiſſe Meduſam a perſeo:e cuius ſanguine nati ſunt ſerpētes: Meduſa quippe:vt eſt i fabulis capillos ſerpētinos habebat.pſeus filius fuit iouis:& danaes filiæ acriſij regis argoꝝ:q cū ſibi pēnas aptaſſet ex aphoſancto monte pelopōneſi volatū auſpicatus in aphricā cōtendit:vbi Meduſā iteremit.Gorgonis.Meduſæ. Neritia menige ſatus ad quam diuertit Vlyxes autore Ho.in odiſſea.Meningem inquit Stra. lotophagorum terram putant:cuius Ho.meminit:& ſigna quędam extant.& Vlyxis ara.& fructus ipſe.nam lothos arbor multa in ea eſt fructu ſuauiſſimo.Neritus ē mōs ithacæ patriæ Vlyxis:ideo neritiā menigē appellauit. Tragula ē haſta:vt ait No.Fulmineā.validā.Coit cōgregaꝛ ad bellū.naſamōes habitāt ad ſyrtes:ī medijs harenis:apud quos eſt oraculum iouis hammonis. Aequoreus.habitans ad ſyrtes.& mare illud vadoſum. Tritonidos paludis.triton eſt flu.inter ſyrtes:& tritonis magna palus a flu.dicta:in qua primum diciꝛ repta pallas. vnde & tritonia dicta.Pallantias appellatur illa palus a callimacho.Pallas oleam inuenit.Bellatrix.quoniam pallas habet etiam numen in bello:vt Mars.Oliuo.oleo.Necnon totus adeſt veſper:nūc recēſet hiſpanos: qui ad bellū venerūt.Totus veſper.i. oēs hiſpani q ſunt ad occaſū.Veſper eſt ſtella;q̄ occidentem ſequitur ſolem.& mane dicíꝛ lucifer:dicíꝛ ēt heſperus.Repoſti.poſiti in extrema parte habitationis:q̄ eſt ad occidentem·Cantaber ante oīs.cātabri ſunt populi hiſpaniæ ad ſeptētrionē :q nō ſolū terribiles in armis ſemper fuerunt:ſed etiam crudeles & amentes ritu ferarum.Matres in bello cātabrico:ne i hoſtiū manꝰ capti uenirent filios necauerūt:& nonnulli ex cantabris ab hoſtibus affixi crucibꝰ lætitiæ peana canebāt.hiſpanū etiā illud eſt inquit Stra.vt de more toxicū apponaꝛ:qđ ex olere apio ſimili conficiūt:nullū afferēs dolorem:vt ſiqd afferaꝛ inuitis ī prōptu illud habeant.Pigra ætas.ab effectu.i.cū ad ſeniū ventū ē ſaxo ſe perimunt & dānant pacem omnemꝗ vitā in bellis ponūt.Venit & auroræ. Aſtyr fuit auriga Memnonis filij Auroręꝛ & titoni . Mennone cui aurigabatur interfecto ad troiam per inſidias a Theſſalis: & cineribus cremati corporis ad Titonum delatis in hiſpaniam nauigauit:& aſturibus populis:qui ſūt vicini cātabris: & callecis nomen dedit. In orbem diuerſum:quoniam ex oriente venit in occidentem. Foi.orientalis.His paruus ſonipes. Aſtures habent equos:qui eſtrucones vocantur bello inepti:ambulabant tolutim:vt ſeſſorem non concutiant:& trahunt currus pacatos:de quibus pli.ait.i eadē hiſpania gallica gens & aſturia ē equini generis:quos thieldones vocamus minori forma appellatos aſturcones gingunt/qbꝰ non vulgaris in curſu gradus.ſed mollis alterna crurum explicata glomeratio.Mar.Hic breuis ad numerū rapidos qui



Mirus amor populo cum pigra īcanuit ætas
Imbelles iam dudum ānos præuertere ſaxo.
Nec vitā ſine marte pati: quippe oīs ī armis.
Lucis cauſa ſita eſt:& damnatū viuere paci.
Venit & aurore lachrimis ꝓfuſus in orbem
Diuerſum patrias fugit cum deuius oras
Armiger eoi non fœlix memmonis aſtyr.
His paruus ſonipes:nec marti notus:at idem
Aut inconcuſſo glomerat veſtigia dorſo:
Aut molli pacata celer trahit eſſeda collo.
Herdus agit iuga pyrenes venatibus acer
Metiri:iaculo ve extendere prœlia mauro.
Venere & celtæ ſociati nomen iberis.
His pugna cecidiſſe decus corpuſꝗ cremari.
Tale nephas cœlo credunt :ſuperiſꝗ referri:
Impaſtus carpat ſi mēbra iacentia vultur.
Fibrarū & pennæ diuinarumꝗ ſagacem

colligit vngues:Venit ab auriferis gentibus aſtur aquus. Aſturcones nunc vernacula lingua vocamus chineas.Eſſeda pacata currus non bellicos.Eſſedū ē genus currus. Herdus erat dux iſtorum ſolitus venari ꝑ pyrenea iuga.Acer metiri.celer ad metiendos curſu ſaltus Pyreneos.acer ſignificat celerē auſterū ſæuerū vehemēs:ꝓuidū diligens.Iacula mauro.quoniā mauri autore Stra.vtūtur lancea lata & parua. Venere & celtæ:celtiberi ſunt populi hiſpaniæ accolētes ibeꝝ amnē:quoꝝ ꝑclara vrbs fuit Numātia.Lucanꝰ.Profugiꝗ a ſede vetuſta Galloꝝ celtæ miſcentes nomē iberis.Sociati nomē:quoniam cōiunctū ē nomē celtarū: & iberoꝝ:& dicti ſunt celtiberi.His pugna cecidiſſe decꝰ.putabant decus eē & fortibus viris dignū i bello cadere:corporaꝗ apud illos crebamabantur: quoniam arbitrabantur piaculum eſſe : ac ſuperis ad modū diſplicere.ſi animalia cadauera cæſorum lacraſſent. Galatia diues:quoniā ibi effoditur aurum;vt dictum ē: Galleci ſiue calleci dicūtur ēt luſitani:ad aqlonē montana habitant:qui vt autor eſt Stra.Viuebant ſpartano ritu:& ſacrificijs dediti exta inſpiciebant :& fibras futuraꝗ ꝓuidebāt.ex inteſtinis quoꝗ hominum maxie captiuorum diuinationes aucupabant:abſciſſas dextras dijs offerentes. Inſpicere exta & flammas ſacrificiorum ab hetruria manauit:Arabes:Phyrges:& cylices cantus auium & volatus obſeruauere.vnde nata ſūt auguria ægyptij:babylonij:atꝗ phœnices ꝓpter cāporum planiciem omnem curam in ſyderus cognitione poſuerunt:& ſic aſtrologiæ diſciplina facta.Fibrarū.extiſpicinæ:quoniā fibræ ſūt extremitates iecinorum.Pennę.augurij: quod eſt ex auium inſpectione. Diuinarum flammarum.auriſpinæ.nam auriſpices inſpiciebant aras.& ignem ſacrificij:& inſpecta flamma diuinabant : & ſic oſtendit apud illos fuiſſe triplicē modum prædicendi futura : extiſpicinam augurium & aruſpicinam. Nunc pedis alterno. conuiuia inquit Stra.de his loquens inter conſanguineos celebrant pro oleo butyrum vſurpant:ſedentes cœnitant edificatos in pariete hemicyclos habentes.Primus ſedendi locus ætati præſtatur &honori inter potandum ducto ad tibiam vel tubam choro ſaltant.inflexis exultātes poplitibus. Ad numerum.ad conſonantiam.Cetras reſonas.ſcuta eorum plauſu reſonantia.ideſt ducebant choreas:& plaudebāt ad ſonū cetræ.i.ſcuti.quoniam galleci & luſitani geſtabāt ſcutum duoꝝ pedum altitudine currūū a collo loris depēdens.Cætera fœmineꝰ·hocꝗ poeta callecis attribuit Stra.dicit cantabricas mulieres exercere his verbis: Mulieres rem ruſticā exercēt.Obit.facit.Irregeta.nūq̄ ceſſās a laboribꝰ.Hos vitiathꝰ agit.Viriatthꝰ autore pli.de viris illuſtribus.ſi Pli.ē illud opuſculū:qđ illiꝰnoie circūferꝛ:gn̄e luſitanꝰ ob pauptatē prīo mercēnarius:deīde alacritate vector:audacia latro.ad poſtremū dux bellū aduerſꝰ po.ro.ſūpſit:eorūꝗ impatores.Claudiū Munianū:&.C.Nigidiū oppreſſit.pacē:a po.ro.maluit iter petere q̄ victus:poſtea bellū renouauit Cæpio:cū aliter eū vincere nō poſſet:ſaltelites pecunia corrupit:q Viriatthū vino depoſitū pemeꝛt: quæ victoria:qa ēpta erat nō ē ꝓbata a ſenatu.Luſtris cubilibꝰ feraꝝ:qm̄ fuit paſtor.Nomē factū mox nobile dāis roāis.i.incōmō qđ roāis attulit:vt dictū ē:Voluit igiꝛ Sylliꝰ illū Viriatthū ſignificare:q poſtea fuit & cū roāis bellū geſſit Nec ceretani ppl̄i hiſpaię ꝓpe pyrēeos mōtes q quōdā ſub hercule militaꝛt iō dicit tirynthię caſtra apđ ceretāos optie cōficiūꝛ:cōdiuturꝗ pneę:vn̄ Mar.Ceretana mihi fiat vl̄ maſſa licebit de menapis:lauri de petaſone vorēt. Aut vaſco inſuetꝰ galeę.vaſcones ſūt populi hiſpaniæ ſupra lacetanos verſus galliā:&:aqlonē:quoꝝ vrbs ē calagura:q Fabio qntiliano alūo cēleꝛ. Vaſcones i bello non vtuntur galea.ordo eſt:Nec ceretani aut vaſcones morati ſunt ferre arma.i.& ipſi celerrie venerūt ad bellū. Ilerda vrbs hiſpanię apđ quā Afraniꝰ& Petreiꝰ a Iulio Cęſare debellati fuerūt iō ait poeta dardanios furores.i. bellū ciuile romanoꝝ.Nec q maſſagetē.Maſſagetæ populi ſcythiæ bibētes lac cū ſāguine eqno. idē faciebant concaui:qui ſūt in hiſpania ab illis oriūdi. Monſtrans referens:& oſtendēs ſe habere originē a maſſagetis.Cornipedis.equi.Iāꝗ ebuſus phœniſſa mouet:ante hiſpaniā & oram taraconēſem inſulæ iacent: quarū duæ vocantur pythiuſæ.& duę gymneſiæ:q̄ & baleares appelantur: vna ex pythiuſis vocaꝛ ebuſus

quam phœniſſam appellat: quoniam phœnices illas inſulas diu tenuerunt. Iamq́ artabrus. artabri populi hiſpaniæ extremi ad oceanum borealem circa Nerium promontorium: q̄ occidentalis & borealis hiſpaniæ lateris finis eſt. Aclide. Aclis eſt iaculum breue. Vir. Teretes ſunt aclides illis Tela: ſed hæc lento mos eſt aptare flagello. Iam cui tlepolemus ſator. & cui lindus origo feruida bella gerens balearis: Tlepolemus filius fuit Herculis & cecidit ad Troiam haſta ſarpedonis regis lyciorum. Vnde Oui. Sanguine tlepolemus lyciam tepefecerat haſtam. Tlepolemus vt autor eſt homerus. & refert Stra. li. xiiij. cum intereſiſſet lycimnion auunculum iam ſenio confectum collecta iuuenū manu rhodum nauigauit profectus ex argis & tyrinthe: & vrbes coluerunt tlepolemꝰ & comites lyndum ialiſum: & camirum: quas vrbes: vt aliqui volūt tlepolemus auxilio ſuorum condidit. Rhodij poſtea in mari fortūatiſſimi fuerunt: & in iberiam nauigantes rhodum illi condiderunt & poſt captam Troiam baleares inſulas habitauerunt. & ideo dicit poeta tlepolemum & lyndum dediſſe originem balearibus Lyndus in mōte ſita erat: habebatq́ iſigne tēplū palladis. & Cleobolus vnus ex ſeptem ſapientibus ex lyndo fuit. ordo eſt: Iam balearis mouet arma: cui ſator fuit. ſ. Tlepolemus. & origo lyndus vrbs rhodi eſt etiam inſula rhodiorum. Plumbo glande plumbea: quam fundis emittebant in hoſtes. Aetola tydæ. diomedes errans cum in hiſpaniam perueniſſet a nomine patris Tydei vrbem in luſitania a ſe edificatam Tydē appellauit: & incole Grai dicti ſūt poſtea graij violato nomine. Aeneæ domus. ætolæ ab Aeneo patre tydei regē ætoliæ auo Diomedis Carthago. eſt vrbs celtiberorum ad mare mediterraneum portu nobilis. quam ædificauit Aſdrubal gener amilcaris: vt autor eſt Stra. poeta dicit conditorem fuiſſe Teucrum thelamoniū non ſine ratione: quoniam teucer autore Trogo fugiens patriam & iras paternas in cyprum nauigauit: ſalaminaq́ condidit: patre vita functo: patriam repetens ab Euryſace Aiacis filio acceſſus prohibitus ad hiſpaniæ littus claſſem appulit: & loca vbi fuit poſtea noua Carthago occupauit: inde in luſitaniam tranſiuit. Phocaicæ dant emporiæ. emporiæ vrbs maritima inter tarraconem: & pyreneos montes ad mare condita a maſſilienſibus: qui a phocenſibus originem habent phocenſes enim græci maſſiliam condiderunt: ideo phocaicas emporias appellat. Tarraco. vrbs hiſpaniȩ adhuc clara: quodam tarraconenſe vinum Romam mittebatur q̄ a ſolo campano vino in italia ſuperabatur: de quo Mar. Tarraco campano tantum ceſſura lyeo. Me genuit thruſcis æmula vina cadis. Sedētana cohors. Sedentani populi ſunt hiſpaniæ ꝓpe nouā carthaginem & ſucronē fluuium. & etiam Setabis vrbs illic in ædito loco ſita: circa quam eſt magna copia ſparthi: & cāpus qui ſpartharius cognominatur. Poeta alludens ad nomen vrbis dicit ſetabim propter ſparthū. & linus ſpernere telas nobiles arabum ex ſerico. nā arbores Arabiæ autore Pli. ex quibꝰ veſtes fiūt cynæ vocantur. & ſeres populi ſunt in oriente: quorum arbores ferunt ſericū: & bombyx in aſſyria naſcitur. Hiſpania vt inquit Pli. habet ſplendorem lini p̄cipuum natura torrentis: in quo politur: qui tarraconem alluit. & tenuitas mira: ibi primum carbaſis repertis: ideo poeta tantum celebrat telas ſetabitanas. Dicit ſedentanos habuiſſe toraces lineos & ſplendidos. Arabia vltima eſt omnium regionū: q̄ ad meridiem habitantur ſupra ægyptum. Peluſiaco. ægyptio de quo dictum eſt. Setaba linthea ſunt apud Martialē. & catullus ad Vera-

Flammarum miſit diues gallæcia pubem.
Barbara nūc patrijs vlulantē carmina liguis.
Nunc pedis alterno percuſſa verbere terra
Ad nūeru̅ reſonas gaudentē plaudere cetras.
Hæc requies luduſq́ viris: ea ſacra voluptas
Cætera fœmineus pagit labor: addere ſulco
Semina & impreſſo tellurem vertere aratro
Segne viris. quicqd duro ſine marte gerēdū ē
Callaici coniunx obit irrequieta mariti
Hos viriatthus agit: luſithanumq́ remotis
Extractum luſtris: primo viriatthus in æuo
Nomen romanis factū mox nobile damnis
Nec ceretani quondam tirynthia caſtra
Aut vaſco inſuetus galeæ ferre arma morati
Nec q̄ Dardaneos poſt vidit illerda furores.
Nec q maſſageten monſtrans feritate parētē
Cornipedis fuſa ſatiaris concaue vena.
Iāq́ ebuſꝰ phœniſſa mouet: mouet arthabrꝰ
Aclide vl' tenui pugnax iſtare veruto. (arma
Iā cui tlepolemus ſator: & cui lyndus origo
Feruida bella ferens balearis: & alite plumbo
Et quos nūc grauidos violato nomie graium
Aeneæ miſere domus: ætolaq́ tydæ.
Dat cartgago viros teucro fundata vetuſto
Phocaicæ dāt emporiæ: dat tarraco pubem
Vitifera: & latio tantum ceſſura lyeo.



nium inquit: Miſit mihi ſetaba ex ibero. mandonius & cæſo erant iſtorum duces. & ſocio labore caſtra regebant Ad vetonum alas. regio Hiſpanie vergens ad aquilonem. luſitania eſt inter hiſpanos gēs illic ampliſſima: cuius latus ad meridiem tagus cingit: ab occaſu: & ſeptētrione oceanus: ab aurora carpentani. Vetones vaccei & calleci apud luſitanos iuxta Tagum fluuium: vt inquit Trogus: Equas vento concipere plures autores tradiderunt: quæ fabulæ ex equarum fœcunditate. & gregum multitudine natæ ſūt. qui tot in callacia & luſitania: tāq́ pernices viſuntur: vt non immerito ipſo vento concepti videantur. Proſtat. exercet Venerem ſine admiſſario. nam aurā genitalem patulo ore excipiunt. Tacitos. ſiue aliquo hinnitu conſtat inquit Pli. in luſitania circa Vlyſponē oppidum: & Tagū amnē equas fauonio flante obuerſa animalē concipere ſpiritum: idq́ partum fieri: & gigni perniciſſimū: ſed trienniū vitę non excedere: ſeptenniū ait Syllius huius rei meminit etiā Virgi. in geor. Aurea genitali. zephyro vento qui generat prolem in vtero equarum. Alas. turmas equitum. Aperto. patenti: vt equi eorum velociſſimi ſeſe oſtentare poſſint. Hic. apud vetōes. Flatus ipſius fauoni. qui ver inchoat. Suſana. fuit oppidum hiſpaniæ cōditū a ſarmatis populis Scythiæ: q & ſauromatæ dicuntur quoq́ equi validi ſunt: & diu viuūt. Sarmatæ longiqua itinera acturi inedia priꝰ p̄parant equos: atq́ ita per centena milia: & quinquaginta continuo curſu cuntibus inſident. viuunt annis quinquagenis· fœminæ minore ſpatio eȩdem finem creſcendi quinquennio capiūt Mares anno addito. Hinc. a ſuſana. Haud æui fragilis. i. non habens fragilem ætatē: ſed diu viuit. Sparus eſt telum agreſte. Virgi. Agreſteſq́ manus armat ſparus. Horrificant. horridas faciunt galeas rictu ferarum: vt horrorem hoſtibus incuterent & omne æuum venatibus agebant. Tranſigitur. agitur & p̄ficitur. Vis violētia & rapinæ de conſuetudine maiorum ſuorū. Caſtulo vt dictum eſt cōdita & denominata fuit a caſtalio: qui ex phocide ac parnaſo in hiſpaniā traiecit. ideo caſtulonē parnaſiā appellat. Hiſpal. oppidum eſt ad mare gaditanum: vbi ſūt æſtuaria idēſt cōualles repletæ marinis aquis: inundationibuſq́ pelagi: per quas inſtar fluuiorum nauigantes aſcendunt ad vicina oppida ideo dicit Stra: Fama quidem celeberrima habentur oppida: quȩ ſuper amnes ædificata ſunt: aut ęſtuarijs: mariq́ proxima: propter rerum cōmoditatem. Alternis æſtibus. quoniam ibi eſt fluxus & refluxus freti gaditani: ſunt etiā æſtuaria. Nebriſſa. vrbs ꝓpe æſtuaria hiſpaniæ: quam poeta cultam dicit a ſatyris: propter ipſum nomen: quoniam nebris ſignificat pellem hinuli: ideſt pulli ceruini: qua vtebantur bacchātes. Thyrſis dionyſeis bacchicis. Nyſa eſt in aphrica ad Tritonem fluuiū: vbi educatus fuit bacchus: & appellatus Dionyſius: quaſi filius iouis & nyſę. Nyſa etiam eſt in arabia condita a baccho. Nyſa in prima india. Nyſa in parnaſo: quam cōdidere phocenſes i honorem bacchi. Leues. agiles ac laſciui. Menas. baccha mulier. Nocturna. quoniam noctu fiebant bacchanalia. Hortāo lyęo. vino ab horta oppido prope nebriſſam. Carteia. in betica eſt alio nomie dicitur tarteſſus: vbi regnauit argantoniꝰ: qui vt Anacreon poeta cecinit: cētum & quinquaginta vixit annos: vt pli. ſcribit centum & .xx. Syllius autem dicit vixiſſe trecentos annos & ob id fuiſſe ditiſſimum ætatis. lege ſtrabonem & plinium. Terdenos decies annos: trecentos. Stabulanti phœbo. quoniam ibi videt̄ ſol ſtabulari cum occidit: quia tarteſſus eſt ad mare: poeta vult tarteſſum & carteiam non eſſe eandem: ſiue poſuit poſtea tarteſſum dicens idem vt oſtenderet vtroq́ nomine appellari id oppidum· Munda. vrbs beticæ regio

Hos inter clara thoracis luce nitebat
Sedentana cohors: quā ſucro rigētibus vndis
Atq́ altrix celſa mittebat ſetabis arce.
Setabis. & telas arabum ſpreuiſſe ſuperbas
Et peluſiaco filum componere lino.
Mādonius populis: domitorq́ iſignis equorꝫ
Imperitat cæſo: & ſocio ſtant caſtra labore.
At vetonū alas balarus probat equore apto.
Hic adeo cum ver placidum: flatuſq́ tepeſcit
Cōcubitus ſeruās tacitos grex proſtat equarꝫ.
Et venerē occultam genitali concipit aura.
Sed nō multa dies generi: ꝓperatq́ ſenectus.
Septimaq́ his ſtabilis lōgiſſima ducitur ętas
At non ſarmaticos attolēs ſuſana muros
Tam leuibus ꝓſultat equis: hinc venit ī arma
Haud æui fragilis ſonipes: crudoq́ vigore
Aſper frena pati: aut iuſſis parere magiſtris.
Rindacus his ductor: telū ſparus: ore ferarū
Et rictu horrificant galeas: venatibus æuum
Trāſigitur: vel more patrū vis: raptaq́ paſcūt
Fulget p̄cipuis paranſia caſtulo ſignis.
Et celebre oceano: atq́ alternis ęſtibus hiſpal.
Ac nebriſſa dionyſeis conſcia thyrſis
Quam ſatyri coluere leues: redimitaq́ ſacra
Nebrydę & hortano menas nocturna lyeo.

niſvbi Cæſar filios Pōpeiȷ́ vicit:quoꝝ alter Gne
us cū naui delapſus ad incūbentes pelago rupē
euaſiſſet obtrūcatus eſt. Sextus a corduba fugi
ens:tracto paululū temporis inter hiſpanos bel
lo in Siciliam trāſmiſit. Poſtea Mileti occiſus ē
ab ātonianis. Mūda igitur erat paritura Cæſari
labores emathios.i.tales in opprimēdis filiȷ́s pō
peii:cū quibus pro capite dimicauit:vt ipſe faſ
ſus eſt:quales paſſus fuerat in opprimendo Pō
peio ī theſſalia:quæ & emathia dicitur:ab ema
thione rege:& hemonia ab hemōe:& theſſalia
a theſſalo Hemonis filio:& Neſonia a Neſōe
filio theſſali & pyrrhea a pyrrha deucaliōis vxo
re. Italis.romanis:qui illic pugnauerūt. Cordu
ba.vrbs beticæ cōdita a marcelo:prēſtātiſſimis
& doctrīæ prīcipibus clara alūnis vtroqꝫ Sene.
& Lucano poeta eminētiſſio: ideo dicit cordu
bam eē decus auriferæ terræ.i.hiſpaniæ ferētis
aurum: eo īquit Strabo : magnitudinis creuit
corduba:vt nominis celebritate & potentia pol
leat. Flauenti vertice.i.flauis capillis : & alludit
ad ſegetes flauas:betica eſt fertilis:iō ait:Spici
feris oris. Arāticus dux erat. Betes fluuius hiſpa
niæ:a quo betica:q̄ hēt copiā oliuaꝝ:ideo dicit
Cornua fluuiȷ́ vmbrata oliuis:qm̄ betis ripę ſūt
oliuis cōſitæ. Ramo palladio.oliuis. Ductor ſy
donius Annibal rapiebat ꝑ cāpos puluerulētos
agmina ſua:& luſtrabat oia ſigna ſuoꝝ : inter
quos ibat ouās. Non aliter. Annibalē ſua acies
aīo alacri luſtrantē:cōparat Neptuno:cui vagā
ti per oceanū curru minora numina plauſu oc
currunt. Tethyn.oceanū Cubilia phœbea.quia
ibi videtur ſol ſtabulari. Extremā.vltimā partē
maris. vbi ſol videꝰ occidere. Pyrene celſa. de
ſcribit pyreneū montē & nomis cauſā fabuloſā
affert:qm̄ pyrene vt autor ē Diodo.ab igni qui
paſtoribꝰ exciderat nomē accepit quo totus cō
flagrauerat.pyr.græce.latine dicitꝰ ignis. Diui
ſos celtis.celte galloꝝ natio hęrēt pyreneis mō
tibus. Aquitani ſūt his finitimi ad ſeptētriones:
habitantes inter pyrenē & garūnam fluuiū. bel
gæ aūt vſqꝫ ad oceanū:& oſtia rheni ſe porrigūt
a græcis oēs galli vocanꝰ celtæ ob celtarū clari
tatem qui incolebant narbonēſem regionem &
maſſylienſem pyrenei mōtes diuidūt gallias ab
hiſpanis. Diuortia.diſcrimina & diuiſiōes. Ma
gnis terris.hiſpanis & galiȷ́s. Bebricia virgine.
pyrene filia bebricis. Crimen alcidæ.nā ꝓpter
herculem puella fugiēs iram patris laniata eſt
a feris : cui hercules virginitatem abſtulerat.
Sorte laborū.quos illi ex ordīe īperabat euryſte
us. Poſſeſſus baccho.cū multo mero incaluiſſet
Sæua aula bebricis. alludit ad Amicū bebriciū
neptuni filiū quē ęſtibus intremit pollux.bebri
ciȷ́ dicti ſunt byſhinni.de Amico eiuſqꝫ feritate

Argantoniacos armat carteia nepotes:
Rex proauis fuit humani ditiſſimus æui
Ter denos decis emenſus belliger annos.
Armat tarteſſos ſtabulanti conſcia phœbo
Et munda emathios italis paritura labores.
Nec decus aurifere ceſſauit corduba terræ.
Hos duxere viros flauenti vertice phorcis
Spiciferiſqꝫ grauis bellator aranthicus oris
Equales æui genuit:quos vbere ripa
Palladio betes vmbratus cornua ramo.
Talia ſydonius per campos agmina ductor
Puluere nigrantes raptat:luſtratqꝫ ſub armis
Qua viſu comprendere erat fulgentia ſigna.
Ibat ouans:longaqꝫ vmbrā tellure trahebat
Non aliter quotiēs:perlabitur æquora curſu
Extremāqꝫ petit phœbea cubilia thetyn
Frenatis neptunus equis:fluit oīs ab antris
Nereidū chorus & ſueto certamine nandi
Candida perſpicuo cōuertunt brachia pōto.
At pyrenei frondoſa cacumina montis
Turbata pœnus terrarum pace petebat.
Pyrene celſa nymboſi verticis arce
Diuiſos celtis altæ proſpectat iberos.
Atqꝫ ęterna tenet magis diuortia terris
Nomen bebrycia duxere a virgine colles.
Hoſpitis alcidę crimen:qui ſorte laborum
Gerione peteret cum lōga tricorporis arua
Poſſeſſus baccho ſeua bebrycis in aula
Luhendā formę ſine virginitate reliquit
Pyrenen lætiqꝫ deus ſi credere fas eſt
Cauſa fuit lęti miſeræ deus edidit aluo.
Nāqꝫ vt ſerpentem patrias exhorruit iras
Confeſtim dulces liquit turbata penates.
Tum noctem alcidę ſolis plangebat in antris
Et promiſſa viri ſyluis narrabat opacis.
Donec mœrentē ingratos raptoris amores:
Tēdentēqꝫ manus:atqꝫ hoſpitis arma vocātē
Diripuere fere:laceros tirynthius artus
Dū remeat victor lachrymis ꝑfudit: & amēs
Palluit inuento dilectę virginis ore.
Ac voce herculea percuſſa cacumina montis

 

Intremuere iugis:mœſto clamore ciebat
Pyrenen ſcopuliqꝫ omnes ac luſtra ferarum
Pyrenen memorāt:tumulo tū mēbra repōit
Supmū illachrymās:nec honos īcercidet æuo
Defletumqꝫ tenent mōtes per ſęcula nomē.
Iāqꝫ per & colles & denſos abiete lucos
Bebrycię pœnus fines tranſcenderat aulę
Inde ferox quęſitum armis ꝑ inhoſpita rura
Volcarum populatur iter tumidiqꝫ minaces
Accedit rhodani feſtino milite ripas.
Aggregibus caput alpinis & rupe niuali
Proſilit inceltas ingentēqꝫ extrahit amnem
Spumāti rhodanus ꝓſcindēs gurgite cāpos
Ac propere in pontum lato ruit incitus alueo
Auget opes ſtanti ſimilis:tacitoqꝫ liquore
Mixtus arar:quē gurgitibꝰ cōplexus anhelis
Cunctantē īmergit pelago raptūqꝫ ꝑ arua
Ferre vetat patriū vicina ad littora nomen.
Inuadunt alacres inimicū pontibus amnem.
Nunc celſo capite & ceruicibus arma tuentur
Nunc validis gurges certatim frāgitur vlnis
Fluminea ſonipes religatus ducitur alno:
Belua nec retinet tardente libyſſa timore.
Nam trabibus vada & iniecta tellure reꝑtū
Connexas operire trabes:ac ducere in altum
Paulatim ripę reſolutis aggere vinclis
At gregis allapſu fremebundo territus acris
Expauit moles rhodanus:ſtagniſqꝫ refuſis
Torſit arenoſo minitātia murmura fundo:
Iāqꝫ tricaſtinis incendit finibus agmen
Iam faciles cāpos iam rura vocuncia carpit.
Turbidus hic truncis ſaxiſqꝫ druentia lætum
Ductoris vaſtauit iter:nāqꝫ alpibus ortus
Auulſas ornos & adeſi fragmina montis
Cum ſonitu voluens fertur latrātibus vndis.
Ac vada tranſlato mutat fallacia curſu.
Nō pediti fidus:patulis nō puppibus ęquus
Et tūc hymbre recēs fuſo correpta ſub armis
Corpora multa virū ſpumāti vertice torquēs
Immerſit fundo laceris deformia mēbris
Sed iā præteritos vltra meminiſſe labores

ac morte lege Valeriū flacū. Virgi.in quito: Be
bricia veniēs amici de gente ferebat. Lugendā.
deplorandā:quoniā ob eius formam in talē in
cidit calamitatem. placuit.n.ob formam hercu
li. Plangebat noctē.dolebat ſeſe indulſiſſe her
culi noctu. Mœrentē amores.deplorantē ingē
ti mœrore alciden qui ſe ſtuprauerat erga ſe in
gratum eſſe. Victor.cæſo gerione. Ore.capite
pyrenes puellæ. Supræmū.nā dicebaꝰ:vale vale
& quē dabit finē fortuna cūcti ſequemur. Vir.
de polydoro: Animāqꝫ ſepulchro condimus:&
magna ſupremū voce ciemus. Nec intercidet.
nō delebiꝰ qa diceꝰ ſemp pyrenę:vt de myſeno
Virgilius fingit. Fines aulæ bebriciæ.pyreneos
mōtes. Et per ihoſpita rura quæſiuit iter armis
& depopulatus agros volcarū ad ripas rhodani
contēdit. Denſos lucos.qm̄ vt inquit Strabo la
tus pyrenei montis vergens ad hiſpaniā varias
habet arbores.alterū vero ſpectans galliā nudū
eſt pœnitus. Volcarū. Volcæ ſunt populi galliæ
accolentes vlteriorē ripā rhodani:qui ex alpibꝰ
fluit per lacū lemānum: & ſe in mare mediter
raneum deferēs plures fluuios inter quos ararī
qui rhodano miſceꝰ ꝓpe lugdunū.de quo loco
intelligit Tranquillus in vita.C.principis.dicēs
illum natum eſſe in vico paulo ſupra cōfluētes.
Feſtino milite.qm̄ properabat exercitus. Tumi
di.propter aquarū copiā. Miaces ripas:quoniā
cum magno ipetu ferꝰ rhodanus:eſtqꝫ adeo p̄
ceps vt vix aduerſa aqua nauigeꝰ : & trāſiens ꝑ
lacum lemannū oſtēdit curſū ſuū: nec confūdit
aquas .rhodanus dictus a rhoda rhodiorū colo
nia ſita ad fontes rhodani. Caput.origo & fons
rhodani ē in alpibus. Arar.oriꝰ etiā ex alpibus;
adeo ſegnis in curſu vt videaꝰ ſtagnū. Anhelis.
torrētibus. Pelago.copia ſuę aq̄ immergit ararī
qui perdidit illic nomē. nā poſt cōfluentē diciꝰ
ſolum rhodanus. Inuadūt alacres.ipſi pœni in
uadunt rhodanum qui ꝓpter īpetū pōtes deiȷ́
ciebat.& indignabaꝰ.ideo fuit opus vt nādo:āt
ratibus traiȷ́cerēt. Alno fluminea naui facta ex
alno:q̄ gaudet ripis fluminū. Liuius ait:annibal
ne tempori deeſſet dat ad traiȷ́ciendū ſignū. Iā
paratas aptaſqꝫ habebat pedes litres.nauiū ag
men ad excipiendū imperū fluminis parte ſupī
ore tranſmittēs:trāquillitatē infra traiȷ́ciētibus
liurtibꝰ p̄bebat:equorū pars magna nātes a pup
pibus trahebanꝰ p̄ter eos quos iſtructos:frena
toſqꝫ vt extēplo egreſſo in ripā eqti viui eſſent
īpoſuerūt ī naues.galli occurſāt in ripā cū varijs
vlulatibꝰ:cātuqꝫ moris ſui quatiētes ſcuta ſup ca
pita:vibrāteſqꝫ dextris tela quos a tergo ānibal
adortus eſt. Belua libyſſa.elephas habebat āni
bal cū traiecit rhodanū.xxxvii.elephātos. Nā
ratibus vada. Liuius ait. Ratē vnā.cc.longā pe

des quinquaginta latā a terra in amnē porrexe runt:quā ne ſecūda aqua deferreꝛ pluribus re tinaculis validis parte ſupiore ripę religata pō tis in modū humo cōiecta cōſtrauerāt:vt belue audacter velut p ſolū ingredereꝛ. Vada.ipſam aquā.Cōnexas trabes.ratē ipſā: q̄ nil aliud ē ni ſi plurimū trabiū cōtextus. Refuſis.ꝑmixtis ab imo. Torſit.emiſit.Iāq; tricaſtinis.ānibal ad tri caſtios flexit iter:& ad druētiā fluuiū ꝑuenit trā ſitu difficillimū:qa nullis coercitus ripis pluri bus ſimul atq; ijſdē alueis fluēs p noua ſēp vada nouoſq; gurgites:& ob eadē pediti quoq; incer ta via ē.ad hęc ſaxa glareoſa voluēs nihil ſtabi le aut tutū ingredienti ꝓbet iō ait poeta ipſum mutare vada trāſlato curſu. Tricaſtini & Vocō tij populi ſūt galliæ ꝓpe druētiā fluuiū qui iter ānnibalis aliq̄tulū remoratus ē:cū ſit trāſitu dif ficillimus:& p agros erūpat atq; vageꝛ.Ruravo contia.agros vocōtioꝝ. Trāſlato curſu.qm̄ mō hac. modo illac fluit: & mutat vada ideſt ſuas aquas. Non æquus. non idoneus nauibus. Et nunc imbre recens fuſo.hoc eſt quod ſcri. li uius his verbis. Et tū forte ibribus auctus ingē tem tranſgredientibus tumultū fecit.Recēs.re center & paulo āte.Verticę.ſūmitate aq̄.Sed iā ꝓteritos.ānibal a rhodano decimis caſtris ꝑue nit ad alpes:quaꝝ moles obducta niuibus ter ruit pœnos: effecitq; vt oīa ꝑicula &oēs ꝓteritę difficultates exciderēt.Cūcta gelu.deſcribit al pes obductas niuibus & glacie. Glaciē æui.ni uē multorū ānoꝝ:& glaciē vetuſtā.Cohibēt:re tinēt. Flāmis.radijs ſolaribus.Obuia phœbo. propter altitudinem.Pruinas.glaciē. &durā ni uem quā ſol diſſoluere nequit.Quātum tartare us.tantū inqt eriguntꝛ alpes ad cœlū quātum ad ima demittunꝛ inferi. Atrę paludis.ſtygis.A ſu pera tellure.ab hac terra quā calcamus. Tellus ipſæ alpes. adeo vt occupet ipſa altitudo totū fere cœlum vmbra. Intercipit.occupat. Nullū ver.nullibi eſt te por vernus:&flores. Aeſtatis honores.flores:fructus:& cætera quæ æſtatē or nāt. Deformis ab effectu:quoniā in hyeme oīa deformanꝛ.Illa. hyems. Huc ad alpes.nībus ē vis venti cū pluuia. Obtutus.aſpect᷒ caligie ob ducitur ꝓpter altitudinē. Mixtus athos tauro. ait poeta tantā eſſe alpium altitudinē: vt hi mō tes cumulati inuicē illas nō ęquarēt.athos mōs macedoniæ altiſſimus vſq; ad mare ægeū porri gitur:& in æſtate vmbrā extendit vſq; ad lēnon inſulā maris ægei.iō Papi. in thebaide loquens de lēno dicit. Ingenti telurē ꝓximus vmbra ve ſtit athos. Taurus mons mediā ſecat aſiā: & cū ſcythiā attigit diciꝛ caucaſ᷒.In pricipio ſui duo brachia porrigit q̄ cornua videꝛ:& inde nomen accepit autoꝛ Pli.q̄ frōs ga horrēda ē: ac miari

Conſpecte ꝓpius dempſeꝛ pauētibus alpes:
Cuncta gelu canaq; æternum grandine tecta
Atq; æui glaciem cohibent:riget ardua mōtis
Etherij facies ſurgentiq; obuia phœbo
Duratas neſcit flāmis mollire pruinas:
Quantum tartareus regni pallantis hiatus
Ad manes imos:atq; atræ ſtagna paludis
A ſupera tellure patet.tam longa per auras
Erigitur tellus: & cœlum intercipit vmbra.
Nullum ver vſq̄ nulliq; æſtatis honores
Sola iugis habitat diriſ ſedeſq; tuetur
Perpetuas deformis hyems:illa vndiq; nubes
Huc atras agit:& mixtos cū grādine nimbos
Iam cuncti flatus ventiq; furentia regna
Alpina poſuere domo:caligat in altis
Obtutus ſaxis abeuntq; in nubila montes.
Mixt᷒ athos tauro rhodopeq; adiūcta mināti
Oſſaq; cū pelio cūq; emo ceſſerit othrys
Primus inexpertas adijt tirynthius arces.
Scindentē nubes:frangentēq; ardua montis
Spectarunt ſuperi: longiſq; ab origine ſedis
Intemerata gradu magnavi ſaxa domantem.
At miles dubio tardat veſtigia greſſu.
Impia ceu ſacros in fine arma per orbē
Natura ꝓhibente ferant:diuiſq; repugnent.
Contra quę ductor nō alpibus ille nec vllo
Turbatus terrore loci:ſed languida monſtris
Corda virū fouet hortādo:reuocatq; vigorē.
Non pudet obſequio ſuperū feſſoſq; ſecū dis
Poſt belli decus:atq; acies dare terga niuoſis
Mōtibus & ſegnes ſubmitteꝛ rupibus arma.
Nunc o nūc ſocij dominantis mœnia romæ
Credite vos ſummūq; iouis cōſcēdere culmē
Hic labor auſoniā dabit:hic in vincula tibrim.
Nec mora cōmotū promiſſis ditibus agmen
Erigit in collem& veſtigia linquere nota
Herculis edicit magni:crudiſq; locorum
Ferre pedē:ac proprio turmas euadere calle:
Rūpit in acceſſos aditus:atq; ardua primus
Exuperat.ſummaq; vocat de rupe cohortes.
Tum qua durati concreti frigore collis



videꝛ:iō poeta tauꝝ minātē appellauit.Rhodope mons eſt thracie.oſſa:pelios: & othrys ſūt mōtes theſſa liæ:& hemus iter thraciā & theſſaliā.Vnde dicit Oui.Qua patet vmbroſū rhodope glacialis ad hemū. Ceſſerit.i.oēs hi montes ſimul poſiti cederēt alpib᷒ i altitudine.Arces ipſas alpes q̄ erāt tanq̄ arx totius ita lię:& in peruię q̄s hercules primus trāſcēdit quē frangentē ardua montis:&domantē ſaxa:cœlo numia ſpe ctarunt. Ab orgie.a pricipio mūdi. Intemerata:intacta:& iacceſſa.Natura prohibēte:q̄ videbaꝛ oppoſuiſſe alpes munimētū italię.Vn̄ Iuue. Oppoſuit natura alpeſq; niueq;.Mōſtris.viſis apibus horrēdis:&ſimilib᷒ mōſtro.Nō pudet obſeqo.verba ānibalis hortātis ſuos ad alpes trāſcēdēdas:decorūq; ꝓſtādū:quos timoris arguit:q; p᷒ tot victorias qb᷒ deoꝝ obſeqo poti ti fuerāt in ipis hoſtiū portis ſubſiſtāt. In horta tur eos ab vtilicū ait.poſt hunc laborē illos fore reꝝ potituros & romā caput terraꝝ tūc ab illis expugnari: qbus ꝓmiſſis incitatos in iminentē collē erexit:edixitq; vt relinquerēt veſtigia hercu lis:nouūq; iter aggredereꝛ. Obſego ſupeꝝ.qm̄ mercurius iuſſerat ncie iouis:vt veniret i italiā. Secūdis.rebus ꝓſperis:& victorijs. Belli decus. victorias & prælia iā peracta. Credite vos. locus eſt ab vtili. Culmē iouis.capitoliū. Crudis locoꝝ per loca cruda & aſpa.Proprio calle. vita ab ip ſis tūc primū facta:omiſſis veſtigijs herculis. Tūc q̄ durati.ſenſus eſt. ibat per loca lubrica & dura glacie obducta:vt ſequentibus aīos inijce ret:& ferro ꝓparabat locū:in quo veſtigia pone ret. Fruſtraꝛ veſtigia. qm̄ nō poterāt firmare ve ſtigia. Canenti.albo propter niues & glaciē. Lu ctantē.repugnātē veſtigijs. Haurit.abſorbet. Turbine.turbo vt inqt Ariſto.fit cū vētus deſcē dit ex nubibus in qbuſdā locis:& poſtea occur rit ei alius:qui ē cōtrarij flatus:& alter alteꝝ im pellit coartatq;:quare eleuaꝛ rotūdus iuolut᷒ in alto cū puluere. Chorus.vētus.hūc ponit ꝓ quo cunq; vēto. Vnde nec edomitos. ſenſus eſt adeo erant oīa aſpera:& ardua vt etiā timerēt reſpi cere ad difficultates iā ſupatas:& quacunq; reſ piciebant oſtendebāꝛ niues :& cœlū ſolūmō vt accidit nautis in medio mari q nil aliud q̄ aquā & cœlū vident. Inania.nō inflata ventoꝝ flatu. Secura nō agitata a ventis. e malo ſuſpēdiꝛ an tenna &velū:& cū ē ventus ipellit:& ſtridet. Vi cta.reſpiciēdo aquas. Iāq; ſup clades. deſcribit ꝓlia annibalis cū alpinis gentib᷒. Sup clades.i. ꝓter difficultatē& clades a niuib᷒ acceptas ēt al pinæ gentes ſemifere irruebant in pœnos. Illu uie.ſorde. Perēni ſqualore. ꝑpetua deformitate & imundicia.ſqualidus diciꝛ incultus. Liui᷒ ait Mōtani ſeſe oſtēderūt.q ſi valles occultiores in ſediſſent cohorti in pugnā repente ingētē fugā: ſtragēq; dediſſent:ſed pœni ab hoſtibus:& ini quitate loquoꝝ oppugnabāꝛ.tandē ānibali eos ſupauit:captis eoꝝ vicis:& caſtello atq; pecori bus:qbus p triduū exercitū aluit. Pernix .velox. Hæſit.qm̄ non poterat extrahi. Nec peſtis lap ſus ſimplex.nō vno mō ruebāt. Bis ſenos ſoles. at Liuius ait nono die in iugū alpiū ventum fu iſſe a pœnis: Per vulnera.mala q̄ perpeſſi fuerāt

Lubrica fruſtratur canenti ſemita cliuo
Luctantem ferro glaciē premit:haurit hiatu
Nix reſoluta viros:altoq; a culmine ꝑceps
Viuentis turmas operit delapſa ruina.
Interdum aduerſo glomeratas turbie chorus
In media ora niues fuſcis agit horribus alis.
Aut rurſum immani ſtridens auulſa procella
Audacis rapit arma viri:voluenſque ꝑ orbē
Contorto rotat in nubes ſublimia flatu.
Quoq̄ magis ſubire iugo atque euadere niſi
Erexere gradum creſcit labor:ardua ſupra
Seſe aperit feſſis:& naſcitur altera moles.
Vnde nec edomitos exudatoſq; labores.
Reſpexiſſe libet:tanta formidine plena
Exterrent repetita oculis:atq; vna pruinæ
Canentis quacunq; datur ꝑmittere viſus
Ingeritur facies medio ſic nauita ponto
Cum dulcis liquit terras & inania nullos
Inueniūt ventos ſecuro carbaſa malo.
Immenſas proſpectat aquas ac victa ꝓfūdis
Aequoribus feſſus renouat ſua lumina cœlo.
Iāq; ſuper clades atq; importuna locorum
Illuuie rigideq; comę ſqualore perenni
Horrida ſemiferi promunt e rupibus ora
Atq; euulſa cauis exeſi punicis antris
Alpina inuadit manus aſſuetoq; vigore
Per dumos:notaſq; niues:atq; inuia pernix
Clauſum montiuagis ifeſtat curſibus hoſtē.
Mutatur iam forma locis:hic ſanguie multo
Infectę rubuere niues:hic neſcia vinci
Paulatim glacies cedit tepefacta cruore
Dumq; premit ſonipes duro veſtigia cornu
Vngula perfoſſis hęſit cōpreſſa pruinis
Nec peſtis lapſus ſimplex:abſciſa reliquunt.
Mēbra gelu.fractoſq; aſper rigor āputat artus

in aſcenſu alpiū.Sidunt.locant caſtra in vertice alpium. Præruptis altis. Supra dixit:Cuius in aerio pendent tua vertice caſtra. At venus ancipiti.fingit poeta ad virgilij imitationem venerē timentē romanis iouem alloquatum fuiſſe. Ancipiti.dubio:quoniā ignorabat euentū rei quam timebat.Quis pœnæ modus oratio veneris ad iouem q̄ incipit ab interrogatione habens affectus.turbata quippe erat venus: timēs romanis ſuis:& locus eſt a iuſto:certe videbatur iniquum romanos vrgeri tot cladibus quibus iuppiter ſedē quietam promiſerat:ſenſus eſt.quouſq; daturi ſunt pœnas romani ob periuria Laomedōtis:&irā iunonis quam occulte taxat.Modus finis malorum & ſupplicij.Aeneadis.romanis nepotibus noſtris.Alpibus impoſuit libyen.auget rem:vt magis moueat iouē Libyen.ipſos liby cos.Sic Virgi. Ilium in italiā portās Inimicorū quippe res ſemp videnť maiores. Vnde Oui. Vinciūq; pecus grādius vber habet.Minatur finem.vltimū excidiū.Caſus ſagunthi.i.incendium qđ ſagunthuspaſſus eſt.

Quo troiæ cineres feremus.locus eſt a pio.nō ſimpliciter inquit quæro ſedem romanis ſiue troianis:ſed etiam ſacris a troia aduectis. ergo da nobis locū firmū:quo ſacra feramus. Cineres.reliquias.a fortunę mutatiōe mouet affectū Sacrā ruinā.penates abreptos ex ruina troię:& incendio.Vnde dido apđOuidiū ſic dicit æneę Si tu cultor eras elapſis igne futurus : Pœnitet elapſos ignibus eſſe deos.Aſſaraci larē.ignē troianū aſportatū ab ænea i italiā.Iuue. Vbi q̄q̄ diruta ſeruat ignē troianū. & veſtā colit alba minorem.Aſſaracus genuit capyn Capis anchiſen. Anchiſes æneam. Troiæ ſecreta. palladium quod in abdito loco ſeruabatur : reſtitutum a diomede ipſi æneæ :vt ſuo loco diceť. Da ſedē genitor.petitio eſt:&loc⁹ a iuſto:quoniā ſatis iā & pluſq̄ ſatis errauerant troiani &penates.ſatiſq; pœnaꝝ datū iā erat ob pfidiā laomedontis. Iacere.quieſcere.Parū ne eſt.hoc dicit ,ppter iunonem quæ troianos magno odio ,pſequebať. Exilia.vt cheroneſum:thraciā:epyrū:macedoniaз cretā:ſiciliā:ſtrophades:aphricā.Pelle metus.verba iouis ad venerē :quibus ab ea remouet quod vel maxime timebat de mutatione .ſ.iperij. hoc inquit iuppiter. fixum eſt:& hoc bello explorare romanos decreui qui iā videntur ab auita degeneraſſe virtute:& agere tēpora obſcura.ſ.viuere ſine laude:vt de ipſis nihil penitus diceret.cythera inſula ad quā venus nata ex ſpuma maris cōcha ,primū aduecta eſt:& cytherea appellata.Mole martis.magnitudine ac difficultate belli.nā in aduerſa fortūa homines cognoſcuntur.vnde dicet alibi.explorant aduerſa viros.& Seneca dicit:Melius in malis ſapimus.ſecunda rectum auferunt:& Horatius in fine ſermonum:Sed cōuiuatoris vti ducis ingenium res aduerſæ nudare ſolent.ſelare ſecundæ.Spectare.cōſiderare & ,pbare quid poſſint:& valeant.Expendere.ponderare.Iuue. Expende annibalē quot libras in duce ſummo Inuenies!Ferri.armorum:& vulnerū. Honori antiquo:nō ſeruant decorum ſuum.vt priſci romani fecerunt Cruoris.quē libenter effundebat pro augendo imperio & laude conſequenda.Sitiens.cupidiſſimus famæ & gloriæ:ad quā nati ſumus.Obſcura.ſine honore. Inglorius.ſine gloria:ad quam illi priſci tota mente aſpirabant.Mutū ęuum.ætatē de qua oēs ſilent.Seneſcit quoniam verterant ſe iam romani ad luxum:& ſic ſeneſcebat virtus:& vigebat voluptas.Blādoveneno.voluptate:qua nihil deteſtabilius eē poteſt.quippe ,ppter illam res poſthabemus honeſtas.ea.n. pręſtringēs mentis aciem ad omnia flagitia mortales impellit:& q̄diu romani voluptatē aſpernati ſunt. q̄ eſt blandiſſima domina:eorum imperium ac nomen toto orbe propagabatur.Ideo exclamat Iuue.Nunc patimur lōgæ pacis mala ſæuior armis Luxuria incubuit:victūq; vlciſciť orbem.diuitiæ aſiane primā labem morib⁹ romanis attulerunt.Nihil eſt tam mortiferum ingenijs q̄ luxuria inquit Sene.Veneno quoniam voluptates blandicijs ſuis necant ingenia & deſidiæ.ex quibus & ocio naſcitur voluptas: ideo laborandū eſt vt voluptatem appellamus.virtus enim circa difficile verſať:& a ſe voluptates repellit:vt a rationis pręſcripto

Bis ſenos ſoles totidem per vulnera ſęuas
Emenſi noctes optato vertice ſidūt:
Caſtraq; præruptis ſuſpēdunt ardua ſaxis.
At venus ancipiti mentē labefacta timore
Affatur genitorē.&rumpit mœſta querellas
Quis pœnæ modus aut peūdi terminus oro
Eneadis erit?& quādo terraſq; fretūq;
Emenſis ſediſſe dabis? cur pellere noſtros
A te cōceſſa pœnus parat vrbe nepotes?
Alpibus impoſuit libyen:finemq; minatur
Imperio.caſus metuit iam roma ſagunthi.
Quo troiæ extremos cineres ſacraq; ruinam
Aſſaraciq; larem & veſte ſecreta feramus?
Da ſedem genitor.tutiſq; iacere. parum ne ē
Exilia errantes totū quæſiſſe per orbem?
An ne iterū capta repetentur pgama roma?
His venus:& cōtra genitor ſic deinde ,pfatur
Pelle metus.neu te tyriæ conamina gentis
Turbarint cytherea.tenet longumq; tenebit
Tarpeias arces ſanguis tuus:ac ego martis



non diſcedat.Seneſcit.i.debilis fit:& ſupperať a voluptate:quoniam in locū virtutis vitium obrepit.iō dicit Hora.in primo ſermonum.In agris neglectis vrendam ſilicem innaſci.Magnæ molis opus.romani inquit poſcunt ſibi imperium:qđ difficillimū eſt multis laboribus parandum.igiť non eſt incūbendum voluptati & longe deſidiæ in dormiendū. Maxīa rerū.caput orbis:vt nil maius roma inueniri poſſet. Sit nobilior. maioris nominis & famę.Malis.aduerſa fortuna:quoniā virtus in ipſa difficultate niteſcit:& perardua eſt cum ſit inertis tuta ſecare.Hinc.ex iſtis malis venient romani ad ſydera:&enum erat illos qui in hoc ſecundo bello punico claruerūt.Paulus æmilius qui cecidit ad cānas.Fabius maximus.qui annibalem cunctando fregit. Marcellus.q primus in italia docuit annibalē poſſe vici ad nolā hic rettulerat tertia opima ſpolia ioui pheretrio:vt dictū eſt. Mutata mente:qa degenerabunt ab illis & nō erunt eiuſdem mentis pro ampliādo iperio. hoc maxime dicit ,ppter tyrannidē :& feritatē Cai pricipis:& neronis.Nepotes poſteri. Ipſe creatus ſcipio .ſ. cui cognomen erit aphricāo a deuicta aphrica.Pœnū.annibaleз.Hinc ex his victorijs Tuis.romanis.Exin ſe curibus. p̄dicit iuppiter venturā eſſe gentē flauiā ex ſabinis:q̄ Romanū imperiū augeat.cures oppidū ſabinorū ē. Veſpaſianus natus eſt in quodā vico ,ppe reate ex patre ſabio:a claudio pricipe Narciſi gr̄a legat⁹ legionis i germaniā miſſus ē.ide i britāniā trāſlatus tricies cū hoſte cōflixit:& vectē inſulā britanniæ ,pximā in ditionē redegit.Thylæ ē vltima inſulaꝝ oceani britānici q̄ orchades vocāť: caledonia eſt ſilua britānię.inde britāni caledonij dicuntur.de veſpaſiano ſic canit Valeri⁹ flaccus in primo ſui opis: Tuq; o pelagi cui rector aperti fama caledonius poſtq̄ tua carbaſa vexit oceanus phrygios prius indignatos iulos ,p cōſul aphricā itegerrime adminiſtrauit.Inde miſſus eſt in aſiā a nerone ad cōprimendū iudęoꝝ motū q rebellauerat.inter alios legatos titū filium aſſumpſit & vt primū ingreſſus ,puinciā eſt correpta militū diſciplina ciuitates ad officium fidemq; reduxit.Inde romā redijt ad iperiū relicto illic cito filio: q hyeroſolimā expugnauit: quæ vrbs iudæorum erat caput : lege tranquillum & Ioſephum.Virtus cœleſtis.gens flauia diuia quadam: & multum ſupra hoīes virtute p̄dita. Effert ſe curibus:e ſabinis extollet ſe vſq; ad aſtra propter res geſtas:cures.vt dixi:ē oppidū ſabinorū patria Numæ pompilij.Augebit nomen iuli ſacris:nā iperatores ab iulo iulij dicebanť:q ſacroſancti erāt:& eoꝝ nomina in faſtis ſcribebanť.primus fuit iulius cæſar beneficio nepotis &filij p adoptionem in numerū deorū relatus.de quo papinius in prima ſylua:Qui feſſus bellis,aſſertæ munere prolis:Primus iter noſtris oſtendit in æthera diuis.vnde Ouidius in faſtis:Inuenies illic & feſta domeſtica vobis:Sæpe tibi pater ē : ſæpe legendus auus.Quęq; ferūt illic pictos ſignantia faſtos:Tu quoq; cū druſo pręmia fratre feres Iuli.a quo gens iulia originē habuit.Vnde Martialis naſciturum domitiani filiū ſic alloquitur: Naſcere dardanio ,p miſſū nomē iulo. Bellatrix gens.T.flauius petroni⁹ autore Tranqllo municeps reatin⁹ ex acie pharſalica fugiens domum ſe recepit.huius filius cognomine ſabinus apud heluetios publicū funus exercens diem obiuit. ſuperſtitibus vxore Veſpaſiana polla quæ nurſiæ honeſto patre orta.patrem habuit veſpaſianum pollionē:ex duobus liberis quorum maior ſabinus ad pręfecturam vrbis:minor veſpaſianus ad cōſultandū vſq; ,pceſſit. Locus ad ſextum miliarium a Nurſia ſpeculum euntibus in monte ſummo appellatur veſpaſiæ.Vbi veſpaſianorum monumēta extāt magnū indicium ſplēdoris familiæ:ac vetuſtatis.Bacifero ſabino quoniam i ſabina eſt magna copia oliuarum &fructuum·Vnde Iuuenalis:Vſq; adeo nihil eſt quod noſtra infantia cælum Hauſit auētini baca nutritia ſabina.Sabino:municipio:ſiue fundo:aut oppido ſabinorū: vt dicimus.Tuſculanum.formianum. Hinc:ex hac gente bellicoſa &ſabina. Pater.veſpaſianus oſtendet

Mole viros ſpectāť paro:atq; expēdeť bello.
Gens ferri patiēs ac lęta domare labores
Paulatim antiquo patrum deſueſcit honori.
Atq; ille haud nūq̄ parcus pro laude cruoris:
Et ſemper famę ſitiens obſcura ſedendo
Tempora agit:mutū voluēs inglorius æuū.
Sanguine de noſtro populus blādoq; veneno
Deſidię virtus paulatim euicta ſeneſcit.
Magnę molis opus multoq; labore parandū
Tot populos inter ſoli ſibi poſcere regna.
Iāq; tibi veniet tempus quo maxima rerum
Nobilior ſit roma malis:hinc nomina noſtro
Non indigna polo refert labor:hic tibi paul⁹
Hic fabius gratuſq; mihi marcellus opimis:
Hi tantum parient latio per vulnera regum.
Quod luxu&multum mutata mēte nepotes
Non tamen euertiſſe queāt: iāq; ipſe creatus
Qui pœnum reuocet patriæ latioq; repulſū
Ante ſuę muros carthaginis exuat armis.
Hinc cytherea tuis longo regnabitur ęuo.
Exin ſe curibus virtus cœleſtis ad aſtra

romanis poſſe vinci britanniam:& thylen inſulam in qua ſolſtitio æſtiuo nullas eē noctes Plinius ſcribit.
cācri.ſcilicet ſignum ſole tranſeunte:nulloſqꝫ contra ꝑ brumas dies. Ignotā.ſ.romanis ad eum diem.Cale
donios lucos:britānos Primus.at cæſar prius traiecerat in britanniam:ſed non omnem in ditionem rede=
git.Rhenum:rhenus fluuius germaniæ in rheticarum alpium vertice inacceſſo ac præcipiti ortus modico
flexu in occidētem verſus ſeptētrionali oceano miſcetur:quem ponit ꝑ germanis quos veſpaſianus com=
peſcuit miſſus illuc a claudio principe.Aphros quoniam fuit illic proconſul.Idumen. idume eſt regio iu=
dęæ maritima abundans copia palmarum.Vnde dicit ſtra.hiericus eſt campus iudęæ montibus circūda=
tus:In quo eſt palmetum ſpatio ſtadiorumcen=
tum:totum regnum:&habitationibus plenum:
& palmæ illic ferunt optimas cariothes. eſt ēt
illic viridarium balſami:lege ioſepū. Noſtros
honores:erit inquit deusvt nos ſumus.Tum iu
uenis.i. Titus qui fuit relictus a patre in iudęa
ad expugnationem hyeroſolymorum:& qui in
imperio romāo patri ſucceſſit.ideo ait:Excipi=
et patriam molē.Robore mentis:magnitudine
animi præſtans:quam Tito ſemper tribuit Io=
ſephus ſcribēs illum aliquando quaſi inermē in
medios irruiſſe hoſtes:&inclinatas acies animi
robore ſubnixum reſtituiſſe: Itaqꝫ inquit ſi me
nihil addentem obſequio:neqꝫ inuidia detrahē
tem:verum dicere oportet ipſe cæſar tit⁹.ſ.totā
legionem bis periculo liberauit:atqꝫ ipſe caſtra
muniendi copiam militibus præbuit. Aequatū
imperio caput ideſt ea magnitudine animi erit
vt imperij amplitudinem æquare videatur : &
poſtea illud ſuſcipiet quod virtute merebatur:
quoniam non decet imperare niſi virum omni
virtute pręditum.Vnde dicit xenophon:Nemi
nem imperare decet qui melior ſubditis nō ſit:
Fera bella.aſpera:& magnæ difficultatis.pale=
ſtina eſt regio iudęæ:quam ponit pro omni iu/
dæa:quam iuuenis Titus ſubegit : & expugnauit hieroſolymam ſecundo anno principatus Veſpaſiani
octauo die menſis ſeptembris.At tu tranſcendens : nunc de Domitiano loquitur : quo imperante Syllius
floruit domitanus a deuicta germania germanicus cognominatus eſt:puer adhuc bellovitelliano cōfugit
in capitolium cum patruo ſabino:ac parte pręſētium copiarum:ſed irrumpentibus aduerſarijs: & templo
ardente apud edituū clam pnoctauit ac mane iſiaci celatus habitu.i.lineo:vt ſcribit Tacitus quo iſidis ſa/
cerdotes vtebantur tranſtyberim ſe ad matrem condiſcipuli ſui contulit:latuitqꝫ apud eam.Viſus eſt Do=
mitianus in illis primis annis pugnare pro Ioue capitolino:cuius ædem a ſacrilego Vitellianorum incen=
dio defendere volebat:de quo Papinius in Thebaide.Aut defenſa prius vix pubeſcentibus annis bella io
uis:& Martialis.Prima ſuo geſſit pro ioue bella puer.Auricomo batauo ideſt ipſis germanis qui nacti op
portunitatem rebellarunt:quoniam Veſpaſianus apud alexandriam erat: & Titus in Iudæa quo tempo=
re Veſpaſianus Petilium cerealem qui germaniam rexerat conſulem creauit deſtinauitqꝫ in britanniam:
qui audita rebellione germanorum in eos iam congregatos impetum fecit:plurimos cecidit:alioſqꝫ ad fi=
dem reuocauit. Interea Domitianus adoleſcens illuc properabat : vt barbaros opprimeret:qui expedi
tionis fama perculſi ei ſe dediderunt lucrum maximum arbitrantes priſtino iugo ſine vlla clade ſubiici. re
bus igitut compoſitis Domitianus inſignis ætatem ſuperantibus factis : & patrium decus referentibus:
romam regreſſus eſt.Bataui ſunt populi incolentes batuam inſulam rheni:vt auctor eſt Cæſar:in commē
tarijs:& quia Germani pro maiori parte habent capillos flauos:&aurei coloris:ideo batauos appellat au
ricomos. Tarpei ignes.incendium in bello vitelliano. Gangetica pubes ideſt indi & parthi. ganges eſt
fluuius indiæ:oritur caucaſo monte & flectitur ad orientem:& mare vno alueo ingreditur. q̄uis indiæ flu=
uios magnitudine ſuperet:cui ſecundus eſt indus.tertius iſter germaniæ.quartus Nilus.Traianus primus
romanorum imperatorum victricem claſſem egit per gangem.Adulatur poeta Domitiano.nam id illi tri=
buit qđ eſt cōtra hiſtoriæ veritatem:qm̄ de populis ad orientem nunq̄ triūphauit. Scribit traq̄llus Vologe

Bellatrix gens bacifero nutrita ſabino
Hinc pater ignotam donabit vincere thylen
Inqꝫ caledonios primus trahet agmina lucos
Compeſcit ripis rhenū:reget impiger afros
Palmiferamqꝫ ſenex bello domitabit idumē.
Nec ſtygis ille lacus viduataqꝫ lumine regna
Sed ſuperū ſedes noſtroſqꝫ tenebit honores
Tum iuuenis magno pręcellēs robore mētis
Excipiet patriā molem celſuſqꝫ feretur
Aequatū imperio tollēs caput : hic fera gētis
Bella paleſtinę primo delebit in æuo
At tu tranſcendens germanicæ facta tuorum
Iam puer auricomo performidate batauo
Nec te terruerint tarpei culminis ignes:
Sacrilegas inter flāmas ſeruabere terris
Nā te longa manent noſtri conſortia mundi.
Huic laxos arcus olim gangetica pubes



ſum partboꝝ regē auxilia aduerſus alanos: ducē alterū ex Veſpaſiani filijs depopoſciſſe : domitianūqꝫ oī
ope contendiſſe:vt ipſe mitteretur :ſed nō impertauit.parthiuenerant in amicitiam romanorum tempore
auguſti:cui remiſerunt vexilla craſſo ablata.hoc igitur quod auguſti auſpicijs ac virtutibus debetur:domi
tiano Syllius aſcribit.Laxos.remiſſo neruo.ideſt non tentos.Bactra ciuitas caput bactrianæ regionis in o=
riente.bactrianos ponit pro parthis qui vltra euphratem terminū romani imperij habitabant.Ab axe ar=
ctoo:ſeptētrione.Domitianus expeditiōes partim ſpōte ſuſcepit:partim neceſſario ſponte in dacos.neceſ
ſario vnam in ſarmatas legione cum legato ſimul cæſa.In dacis duas.primam appio ſabino proconſulari
oppreſſo:ſecundam cornelio fuſco præfecto p̄
torianarū cohortium:cui belli ſummā cōmiſe=
rat.de quo Iuue.Et qui vulturib⁹ ſeruabat vi=
ſcera dacis Fuſcus marmorea meditatus præ=
lia villa.de cattis daciſqꝫ duplicem triumphū
egit.de ſarmatis lauream ioui capitolino rettu
lit.bellum ciuile motum a.L.Antonio ſuperio
ris germaniæ præſide confecit abſens . Trium
phum domitiani de populis ad ſeptētrionē ele
gantiſſimo carmine celebrauit ſtella patauin⁹
Baccho cedēte.qui triūphauerat de Indis . Vn
de canet in fine operis:Qualis odoratis deſcē=
dens liber ab indis: Egit pampineos frenata
tygride currus.Tranſmittere dardana ſigna .i.
vexilla romana:quæ nolebant admittere ipſi
germani & ſarmatæ quos vicit.& iſtrum ponit
pro ipſis germanis:ſarmatis & dacis. Quin &
romuleos. laudat eloquentiam domitiani . de
quo Fabi⁹ libro.x.ſic ſcribit. Hos nominam⁹:
quia germanicum Auguſtum ab inſtitutis ſtu=
dijs deflexit cura terrarum. parūqꝫ his viſum
eſt eſſe eum maximum poetarum . quid tamē
his ipſiseius operibus inqꝫ donatus imperio
iuuenis ſucceſſerat ſublimius.doctius omnib⁹
deniqꝫ numeris præſtantius.quis enim cane=
ret bella melius:q̄ qui ſic gerit : Quem præſi=
dentes ſtudijs deæ propius audierent : cui ma
gis ſuas artes aperiret familiare numen miner
uæ.Voce:eloquentia.Quis.quibus:ideſt ſupe
rabat omnis romanos claros eloquio. Sua ſa=
cra.ſua numina & cantus pierij ſuauitatem &
ſplendorem.Lyra.i.ipſo orpheo qui ſono lyrę
alliciebat ſaxa:& ſiſtebat amnes.orpheus fuit
filius calliopes reginæ muſarum & æagri regis
thraciæ.Hebr⁹ fluuius thraciæ.rhodope mōs
Illa etiā qua priſca fides:illa inquit iuppiter fi
des domitiani quæ prius pro noſtra regia pu=
gnauit bello vitelliano ponet aurea capitolia
in tarpeia rupe.plurima & ampliſſima opera
incendio abſumpta Domitianus reſtituit.in quibus & capitolium quod rurſum arſerat nouam etiam ex=
ornauit ædem in capitolio ioui cuſtodi:& imaginem ſuam in eius ſinu dicauit. Priſca regia.vetus tem=
plum capitolinum.Senectam.vixit Domitianus annos.xlv. Beatas.fœlices te imperante . laus Domi=
tiani a iuſtitia.Quirinus.Romulus dabit tibi locum:& eris inter patrem Veſpaſianum ac Titum . Siderei
nati . huius meminit Martialis . Naſcere dardanio promiſſum nomen iulo . Dum pandit ſeriem:re
dit ad hiſtoriam poeta narrans iter annibalis per prona alpium verſus italiam vſqꝫ ad taurinos campos.
Seriē.ordinē rerū futuraꝝ.i.fata ipa:biduū in iugis ſtatiua habuit annibal:& data militibus qes. Iumenta
aliquot ꝓ lapſa e rupib⁹ i caſtra pueneſt:īde mouit copias:qb⁹ e colle italiā & circūpadanos oñdit . dicēs
cætera ꝓcliuia fore:& ſic ad rupē inacceſſā puenit.Lapſantē.labentē.via qppe lubrica erat:vt neqꝫ veſti=

Submittet:vacuaſqꝫ oñdet bactra pharetras
Hic & ab arctoo currus aget axe per vrbem:
Ducet & eoos bacho cedente triumphos.
Idem indignantē trāſmittere dardana ſigna
Sarmaticis victor cōpeſcet ſedibus iſtrum.
Quin & romuleos ſuperabit voce nepotes.
Quis erit eloqo partū decus:huic ſua muſæ
Sacra ferēt meliorqꝫ lyra cui ſubſtitit ebrus:
Et venit rhodope . phœbo miranda loq̄tur:
Illa etiā qua priſca fides ſtat regia nobis
Aurea tarpeia ponet capitolia rupe
Et iunget noſtro templorum culmina cœlo.
Tunc o nate deum diuoſqꝫ dature beatas
Imperio terras patrio rege : tarda ſenectam
Hoſpitia excipient cœli ſolioqꝫ quirinus
Concedet:mediūqꝫ parens fraterqꝫ locabūt.
Siderei iuxta radiabunt tempora nati.
Dum pandit ſeriem venturi iuppiter æui:
Ductor agenoreus tumulis delatus inquis
Lapſantem dubio deuexa per inuia niſu
Firmabat greſſū:atqꝫ humētia ſaxa ꝑmebat.
Non acies hoſtiſue tenet:ſed prona minaci
Prærupto turbat & cautibus obuia rupes.
Stāt clauſi:męrentqꝫ moras:& dura viarum.
Nec refouere datur torpentia mēbra quiete.
Noctē operi iungunt:& robora ferre coactis
Approperāt hūeris:ac raptas collibus ornos

gia firmare poſſent:neq; ingredi.In via deuexa prona ipſarum alpium.Niſu.dubio & labenti conatu. Minaci prærupto.i.quadam altitudine quæ minari videbatur.Prona deuexa loca:& alta. Obuia.oppoſita trãſeũtibus.Cautib⁹.i.ſuo ſaxo.cautes dicũtur ſaxa.hæc rupes ãguſta erat : atq; ita rectis ſaxis:vt ægre expedit⁹ miles tẽtabũd⁹ manibuſq; retinẽs virgulta ac ſtirpes demittere ſeſe poſſet.natura loc⁹ iã ãte præceps. recẽti terræ lapſu ipedit⁹ i mirãdã admodũ altitudinẽ præruptus erat.Robora ferre.cũ cedẽdũ eẽt ſaxum arboribus circa deiectis detrũcatiſq; ſtruẽ igẽtẽ faciũt eãq; ſuccẽdũt auxiliãte vẽto:ardẽtia ſaxa ifuſo aceto putrefaciunt.Ita torridam incendio rupẽ ferro pãdũt quatriduũ ſup rupẽ cõſũptũ eſt.Denſiſſima montis.montẽ denſum arboribus.Sylua.lignis: arborib⁹.Reſoluto põdere.ſaxo putrefacto igni acetoq;.Regno latini.italiã:i latio q̃ppe regnauit Latin⁹:& i latioẽ roma caput italię . Cãpis taurinis taurini ſũt i latere alpiũ q̃d vergit ad italiã ſupra Papiã:& adhuc ẽ illic oppidũ Turinũ Ductor ãnibal caſtra metat⁹ ẽ i taurinis cãpis Interea voces iouis.dum i campis taurinis annibal ſtatiua haberet boſtar ab oraculo rediẽs attulit ſortes iouis hãmonis:& nactus opportunitatem poeta deſcribit ſyrtes : templi originem:& ritus ſacrorum.Oracula.ſortes. oraculum eſt vt diffinit Sene.voluntas diuina hominis ore enũciata .Emenſis.ſuperatis itinere. Harenis.nam illic ſunt ſyrtes per quas iter fecerat boſtar. Maxime belidæ.verba boſtaris ad annibalem:a quo captat beniuolentiam:eũq; a ſtudio ac pietate erga patriã celebrat.Belidæ.annibal qui ducis originem a bello.Seruitium.ſeruitutem.Dextra.robore:ac bello . Syrtis.Salu.ait duas eſſe ſyrtes quibus nomen ex re ĩditũ eſt.ſyro.n.ſignificat traho:& hæc loca trahũt ad ſe harenas.duo ſũt ſinus ꝓpe in extrema aphrica i pares magnitudine:pares natura:quoꝝ ꝓxia terræ ꝑalta ſũt:cætera vt ſors tulit alta:alia in tẽpeſtate vadoſa.nam vbi magnũ mare:ac ſęuire vẽt⁹ cœperit;limũ:harenaſq; & ſaxa igẽtia fluctus trahũt.ita facies locoꝝ cũ ventus ſimul mutatur. Tellus.q̃ eſt violentior & periculoſior ipis æquoribus.i.ipſa aqua. maiorem inquit laborẽ paſſi ſumus iter harenas ſyrtiũ:q̃ i aqua ꝓfunda.Pene hauſit. abſorbuit:accepit.Ad finẽ cœli:deſcribit ſyrtes quæ a meridie vſq; ad occaſũ ꝓtẽdũtur.Finẽ.occaſũ.Medio orbe.meridie.Squalẽtes.iculti non habitati.Tumltũ.nã eſt illic magna planities: aggregãtur ventis harenæ:q̃ poſtmodũ ad tẽpus quaſdã veluti valles cõſtituũt.Turbo.tẽpeſtas & ꝓcella.Impacta.impulſa & adacta i aggeres.aphricus ſpirat ab occidẽte verſ⁹ auſtrũ chor⁹ aũt verſ⁹ ſeptẽtrionẽ.Truces.ſeuiẽtes flamie.Capiẽtẽ ꝑlia.latiſſimũ ſñ aliquo mõtis obſtaclo.V ñ illic poſſũt vẽti cõfligere.Mõtes. aggeres harenaꝝ.Has valles.i.vada & breuia ſyrtiũ ꝑ q̃ nõ tuto nauigať.naues q̃ppe aliq̃ñ harenis cictæ deſtituũtur i ſicco. Gneo ſeruio &. C.Sẽpronio cõſu.itervada ſyrtiũ claſſis rõana tuto nauigauit.Obſeruatis aſtris.nã iterdiu cõ

Iamq; vbi nudarunt ſylua denſiſſima mõtis:
Aggreſſere trabes:rapidiſq; accenſus inorbẽ
Excoqtur flãmis ſcopulus:mox ꝑruta ferro
Dat gemitũ patiens reſoluto põdere moles.
Atq; aperit feſſis antiqui regna latini.
His tãdem ignotas trãſgreſſus caſibus alpes
Taurinis ductor ſtatuit tentoria campis.
Interea voces iouis atq; oracula portans
Emenſis aderat garamantum lætus harenis
Boſtar & vt viſo ſtimulabat corda tonante
Maxime belidæ patriis qui mœnibus arces
Seruitiũ dextra:libycas penetrauimus oras:
Nos tulit ad ſupos perfũdens ſydera ſyrtis.
Nos pœne æquorib⁹ tellus violẽtior hauſit.
Ad finem cœli medio tenduntur ab orbe
Squalentes cãpi:tumulum natura negauit
Immẽſis ſpatiis niſi quẽ caua nubila torquẽs
Cõſtruxit turbo ĩpacta glomeratus harena:
Vel ſi perfracto populatus carcere terras
Africus aut põtũ ſpargẽs ſup ęthera chorus
Inuaſere truces capiẽtẽ prælia campum.
Inq; vicẽ ingeſto cumularũt puluere mõtis:
Has obſeruatis valles enauimus aſtris:
Nanq; dies cõfũdit iter:peditemq; profũdo
Errãtẽ cãpo:& ſemper media arua videntem
Sidoniis cynoſura regit fidiſſima nautis.
Verũ vbi deſeſſi lucos nemoroſaq; regna
Cornigerii iouis.& fulgentia templa colũnis
Aduenimus magnis:quã læta frõte ſacerdoſ
Exceptos hoſpes tectis inducit ariſbas:
Stat phanovicia nouũ & meõrabile lympha:
Quæ naſcente die quæ deficiente tepeſcit:
Quæq; riget:mediũ cũ ſol accẽdit olympũ.
Atq; eadẽ rurſus nocturnis feruet ĩ vmbris.
Tũ loca plena deo dites ſine vomere glebas.



funditur iter:quippe oĩa videnť eſſe plana & ſimilia:tamẽ nõ vbiq; eſt eadẽ ꝓfundas aquæ:iõ opus ẽ prĩus obſeruare illos canales:& valles.ide dirigere iter certũ obſeruãdo aſtra.& ſic faciũt pedites ne icidãt in loca vadoſa.obſeruãt igiť noctu cynoſurã:duæ ſũt arcti maior & minor q̃ diciť cynoſura.maior vero helice:phœnices primi obſeruauerũt cynoſurã quæ certius iter præbet nauigantibus & ambulantib⁹ per loca vadoſa.Sidoniis.phœniſſis.Stat fano vicina nouum.deſcribit naturã fontis vicini templo iouis:eſt tamen hæc hiſtoria:quoniã apud garamantes fons eſt in die tam frigidus vt non bibatur:tam feruidus noctu vt non tangatur.Nouum.i. res noua & mira.Dites.fertiles ſine cultura.Has vmbras nemorum verba ſacerdotis hariſbæ ad boſtarem.Conuexa.erecta in altum & concaua.Nam cui dona iouis.q.d. nemo eſt qui hæc ignoret columbas.ſ.ex ægypto volantes cõſtituiſſe oracula iouis ammonis & dodonei ammonis.oraculum vt aſſerebãt ægyptii ſacerdotes autore Herodoto ſic fuit conſtitutum:duæ mulieres aphœnicib⁹ ex thebis ægyptiis abductæ fuerũt:quarum altera in libyam peruenit:altera in græciam vtraq; conſtituit oracula in illis locis . Sacerdotes autem dodonei ſic dicebant:duæ columbæ nigræ ex thebis ægyptiis volauerunt quarum altera in moloſſis ex fago monuit voce humana illic habendum eſſe oraculum iouis:altera idem fecit in lybia.Vbi eſt hammonis oraculum ſacratum . ego autem inquit herodotus ſentio duas puellas a phœnicibus venditas fuiſſe:quarum altera in teſprotis ſerua ad fagum templum iouis erexit:altera item in libya.columbas appellatas propter barbaram linguam . & loquutas humana lingua:cum depoſita barbarie ita loqui cœperũt vt intelligerentur.Cui non diuulgata.ſcilicet ſunt.quaſi dicat.omnes ſciunt.nõ interrogatiue poſitum ſemper includit affirmationem:num vero negationem. Thebes.ægyptiæ.ſ.quoniam ſunt & thebæ bœotiæ.Chaonias oras epyroticas . chaones ſunt antiqui habitatores epyri apud quos erat oraculum iouis dodonei.Dodonida quercum . patronymicum eſt a ſylua dodona epyri.At quæ carpathium.mare carpathium eſt ante ægyptum denominatum a carpatho inſula quod extenditur rhodum vſq; & cyprum.Concolor. eiuſdem coloris cuius erat illa quæ volauit in epyrum.Ales cythereia . columba dicata veneri. vnde eſt diſtichon Martialis. Ne violes teneras præduro dente columbas. Tradita ſi gnidię ſunt tibi ſacra deæ. Ductore lanigeri capitis. ariete.ideſt ſedit inter cornua arietis dabatq; reſpõſa . aries ẽ ductor ouiũ ſub cui⁹ effigie colebať Iuppiter.Marmaricis.libycis.Mox.ſtatĩ emerſit hoc nem⁹ q̃d cernis ĩquit Ariſbas . Priſco pauore.antiq̃ veneratiõe.Niuea quoniam ſacerdotes habebãt veſtes ex lino:& xilino vt dictũ ẽ.Colliſis.iuicẽ ipactis.Maior nota.i.voce hũana maiore.i.diuino ſpiritu loquutus eſt ſacerdos. Tenditis in latium.vaticinium ſacerdotis ad pœnos tendentes in latium: Prolem aſſaraci.romanos qui originem habuerunt ab ænea nepote aſſaraci. In latus heſperium.italum;ideſt video martem iam parare currus ſuos ad bellum;& eius equos efflare ignem in italiam. Tu qui.vertit ſermonem ad hannibalem qui miſerat boſtarem ſciſcitatum mentem iouis cornigeri:

Oſtentat ſenior:lætaq; ita mente profatur:
Has vmbras nemoꝝ & cõuexa cacumia cœlo
Calcatoſq; ioui lucos prece boſtar adora.
Nam cui dona iouis nõ diuulgata per orbẽ.
In gremio thebes geminas ſediſſe colũbas?
Quarũ chaonias pennis quæ contigit oras:
Implet fatidico dodonida munere quercũ.
At quæ carpathiũ ſup equor vecta per auras
In libyen niueis tranauit concolor alis:
Hanc ſedem primo cythereia condidit ales.
Hic vbi nunc aras:lucoſq; videtis opacos.
Ductore electo gregis admirabile dictu:
Lanigeri capitis media iter cornua perſtans:
Marmaricis ales populis reſponſa canebat.
Mox ſubitũ nemus atq; ãnoſo robore lucus
Exiluit:qualeſq; ꝑmunt nũc ſydera quercus
Aprima venere die: priſco ĩde fauore
Arbor numẽ habet:coliturq; tepẽtibus aris.
Dũq; ea miramur ſubito ſtridore tremendũ
Impulſæ patuere fores:maiorq; repente.
Lux oculos ferit:ãte aras ſtat veſtæ ſacerdos:
Effulgens niuea:& populi cõcurrere certãt.
Inde vbi mandatas effudi pectore voces:
Ecce intrat ſubitus vatem deus : alta ſonoro.
Colliſis trabibus voluuntur murmura luco:
Ac maior nota iam vox prorumpit in auras.
Tenditis in latiũ:belloq; agitare paratis
Aſſaraci prolem:libyes cepta aſpera cerno:
Gradiuũq; trucẽ currus iã ſcãdere:& atram
In latus heſperiũ flammam expirare furẽtis
Cornipedes:multoq; fluẽtia ſanguine lora

tu inquit qui ſcire cupis finem huius belli eas in apuliam:& ibi delebis exercitũ romanum. Extremã fati. finem & diſpoſitionem fatorum. Claro labori. quoniam virtus circa difficile verſatur:& labores nutriunt animos generoſos:& homines claros reddunt. ideo ab effectu claros labores appellat. illud ſane ſciendum eſt inquit cyrus apud xenophontem:eo bona maiorem afferre lætitiam quo magis quis labore anteceden te ad ea perueniat. labores enim obſonium ſunt bonis viris. Aetoli ductoris. diomedis qui conſedit in apu lia. Iapyga. appulum vbi fuit pugna cannenſis. Augebis auos. nobilitabis carthaginenſes ea pugna & ne mo erit poſtea qui ſic alte vulneret italiam. Dardana regna. itala & romana. Pubes ſaturnia: iuuentus ita la a ſaturno qui regnauit in latio. cura dicitur ꝙ cor vrat. & ſupprimit exitum hannibalis. ita volente innone:ne ceptis ille abſiſteret. Dum carpet ſuperas auras:dum viuet. nam romani vſqꝫ ad mortem perſequuti ſunt hannibalem qui moriturus dixit. liberemus romanos tan ta ſollicitudine ac cura. Lætis. hannibali & mi litibus. Propioris pugnæ:quoniam paulopoſt ad Ticinum cum ſcipione pugnatum eſt a pœ nis fœlici marte.

Petri Marſi interpretatio in quartum volu men. Sylij italici.

FAma per auſoniæ. Territi ſunt ro mani cum accepiſſent hannibalem alpes munimentum italiæ cum ex ercitu tranſcendiſſe:& iam vrbes italas obſide re. omnes oppidani muros vetuſtate collapſos reſtituentes arma ad bellum vndiqꝫ compara bant. interea. P. Cor. Scipio conſul rediens e maſſylia quo tranſmiſerat. per oram liguſticã cum padum traieciſſet hannibali deſcendenti ex alpibus ad ticinum occurrit. & cum eo infœ lici marte pugnauit. poſtea impar pœnorum equitatu ad trebiam ſe recepit:& in ædito lo co caſtra muniuit. eius collega Sẽpronius grac chus monitus a ſenatu vt rei publicæ labanti opem ferret e ſicilia celeri nauigatione arimi num:inde in caſtra ad collegam venit auiduſ qꝫ pugnæ vir inconſultus ab hannibale vinci tur:qui mouens ide infeſto agmine: ac maxi mis difficultatibus ſuperato appennino ad la cum peruſinum contendit. hæc Sylliꝰ canit in hoc volumine. Nubiferos montes. alpes altiſſi mas & nubibus obiectas. Iugum. imperium punicum. ideſt ſuperata iam eſſe ſaxa illa im peruia a pœnis. Herculei laboris. quoniã her cules ãte tranſcenderat alpes: æmulus dicitur eiuſdem rei ſtudioſus. Improba. ſcilicet fama. Gliſcit. creſcit eundo. Aſtruit auditis. adiun git aliqua his quæ audiuit. Per inania rerum. per res vanas. Paſcere. nutrire: & augere: pa uor ẽ metꝰ mẽtẽ e ſuo loco mouẽs. Amẽto. vo camꝰ amẽtũ illũ paruũ lorũ qđ iaculo admetit vt illo melius impellatur. Saxo. cote exacuit. Obies. robora quæ obijciuntur portis. Timor haud ſegnis magiſter. qui docet hominem non debere eſſe ſegnem in rebus dubijs:ſed in

Tu qui pugnarũ euentus:extremaqꝫ fati
Depoſcis:claroqꝫ ferox das vela labori:
Inuade ætoli ductoris iapiga campum.
Sidonios augebis auos. nulliqꝫ relinques
Altius auſoniæ penetrare in viſcera gentis
Donec victa tibi trepidabũt dardana regna.
Nec ponet pubes vnquam ſaturnia curam
Dum carpet ſupas in terris hannibal auras.
Talia portabat lætis oracula boſtar:
Impleratqꝫ viros pugnæ propioris amore.

Liber Quartus.

FAma ꝑ auſoniæ turbatas ſpar
gitur vrbes:
Nubiferos montes & ſaxa mi
nantia cœlo
Accepiſſe iugum: pœnoſqꝫ ꝑ
inuia vectos.
Aemulaqꝫ herculei iactatur fama laboris:
Deſcendiſſe ducẽ diros canit ĩproba motus
Et gliſcit greſſu:volucriqꝫ citatior euro.
Terrificis quatit attonitas rumoribus arces.
Aſtruit auditis docilis per inania rerum
Paſcere rumorem vulgi pauor:itur in acris.
Bellorũ rapti curas. ſubituſqꝫ per omnem
Auſoniã mauors ſtrepit:& ciet arma:viroſqꝫ:
Pila nouant:ac deterſa rubigine ſeuus
Induitur ferro ſplendor:iuuenũqꝫ repoſtæ
Inſtaurant galeæ coni decus:haſta iuuatur:
A mẽto:renouantqꝫ noua fornace bipennes.
Cõſeritur tegmẽ laterũ ĩpenetrabile multas
Paſſurus dextras:atqꝫ irrita vulnera thorax.
Pars arcu ĩuigilãt. domitat ꝑs verbere ãhelũ
Cornipedẽ ĩ gyros: ſaxoqꝫ exaſperat enſem.
Nec non & muris quibus ẽ luctata vetuſtas



duſtrium. Larem. villam. Vltima fila. ſenes extrema iam ætate laborantes. Non æquo ordine: virgili. ſequi tur que patrem non paſſibus æquis. Nec poſcitur autor. non quærebant autorem illius rumoris: verũ om nes credebant fugiendoqꝫ terrebant alios. At patres. ita vulgus & agreſtes faciebant: ſed ſenatores erecto contra aſpera animo de ſumma reꝝ conſultabant: qui periculis gaudebant vt fortitudinis laudem conſe qui poſſent. Laus igitur eſt romanorum a magnitudine animi. Immania cepta. tanta belli initia: & amiſſio alpium ſinu in gremio italiæ. Crudam. fortem ac malis inſuperabilem vt decebat viros fortes & illos quo rum ars militia erat: & martem genti inſcribebant. Ad decus. vere fortitudinis laudẽ q̃ circa pericula ver ſaẽ: atqꝫ dolores. Cõdere no. dex. parare famã bello & virtute ĩ tãtis difficultatibꝰ rebꝰ ſcđis qm̃ rebꝰ ad libidinẽ noſtrã fluentibus ai ad lu xũ vertunẽ. ĩ rebus aũt duris generoſa natura ĩ altũ euolat & veræ virtutis laudẽ cõſeqtur. Sed li. du. hãnibal milites ſuos torpẽtes mẽbra vallo & ꝗete refouebat. eoſqꝫ ſolabaẽ dicens. iã oẽm difficultatẽ ſupatã eẽ romãqꝫ iã haberi ſub ictu & ad eam iter eſſe per campos: & cum gallos ad defectionem ſollicitaret Scipio aduenit. Feſſa gradũ. defatigata & quæ ingredi nequi bant propter difficultates acceptas in alpibus. Torpentia neruos habẽtia neruos cõtractos: & torpentes propter frigora & niues alpinas. Per cãpos. vt nõ timerẽt alteras alpes. verum ſuperat appẽninꝰ. Stare. ceſſare hærere illic. Ar miferæ quõdã. galli tenuere magnã italiæ par tẽ vltra padũ circa placẽtiã & cremonam ver ſus ligures & rubiconẽ: alij erãt boi alij ſeno nes: qui romã ceperũt obſederũtqꝫ capitolium boioꝝ cẽtũ: &. xij. tribus fuerũt q extĩcti fuerũt paulo ante tpa tyberij cęſaris boi defecere ad hãnibalẽ: ſed celer aduẽtꝰ Scipiõis eos repſſit qui e maſſylia genuã tranſmiſerat. Inde piſas. vbi accepto exercitu a Mãlio: & Attilio ꝓtori bus hoſtibus occurrit. helico heluetius autore Plinio fabrilem ob artem romæ commora tus remeãs in patriam attulit caricas: vuas: o leum: & vinum optimum. vnde galli dulcedi ne allecti in italiam ſeſe effuderunt. Beatas. o pimas & fertiles ſedes italiæ. Peperere ma nu. effecerunt rebus a ſegeſtis vt timerentur. Impia. quoniam ceperunt vrbem & ioui capi tolino bellum intulere. Quirites romani quos ceperũt ſenones. Inania corda. vana: & ſñ fide. Sollicitat. ad defectionẽ. ſ. Fluxã moꝝ. gẽtẽ mi rabilẽ boioꝝ. ſ. & habentẽ mores iſtabiles: qm̃ defecerãt ad pœnos: & ãteq̃ alpes trãſcẽderet hãnibal boioꝝ legatio ad eũ miſſa ẽ pollicẽs boios futuros duces itineꝝ & belli ſocios. Iam cõſul. Scipio iã e maſſylia redierat. Phocaicis: maſſyliẽſibꝰ qm̃ maſſylia cõdita fuit a phocẽſi bꝰ Diuerſũ laborẽ qm̃ hãnibal ĩ alpibꝰ Scipio ĩ mari laborauerat Signũ fu. claſſicũ & ſignũ pu gnę erat ẽt ꝓlij ſignũ tũica rubra poſita ꝑ taber nacło ducis Vñ di. Plu. ĩ Põpe. Extẽplo cęſar tũicã rubrã põi iuſſit hoc. n. romãiſ pugnę ſignũ ẽ cũ id milites cõſpexiſſet cũ clamore atqꝫ ala

Ferre morãtur opem ſubuectãt ſaax cauaſqꝫ
Retractãt turr es. edit quas longior ætas:
Hinc tela accipiunt arces. & robora portis.
Et fidos certant obices accerſere ſylua.
Circũdãt foſſas. haud ſegniscuncta magiſter
Præcipitat timor: ac vaſtis trepidatur ĩ aruis.
Deſeruere larem: portant ceruicibus ægras
Attoniti matres ducentiſqꝫ vltima fila.
Grãdęuos rapuere ſenes: tum crine ſoluto
Ante agitur cõiũx: dextra leuaqꝫ trahuntur
Parui non æquo comitantes ordine nati
Sic vulgꝰ tradũtqꝫ mœtꝰ: nec poſcitur autor.
At patres quanq̃ exterrent immania capta.
Inque ſinu bellum atqꝫ alpes & peruia ſaxa
Decepere tamẽ crudam contra aſpera mẽtẽ.
Et magnos tollunt animos. iuuat ire periclis
Ad decus: & dextra meõrãdũ cõdere nomen
Quale dedit nunquã rebus fortuna ſecũdis.
Sed libyæ ductor tuto fouet agmina vallo
Feſſa gradũ multoqꝫ gelu torpẽtia neruos.
Sol andiqꝫ genus lætis oſtentat ad vrbem
Per campos ſupeſſe viam romãqꝫ ſub ictu
At non & rerum curas conſultaqꝫ belli.
Stare probat: ſoluſqꝫ nequit perferre quietẽ.
Armiferæ quõdã priſca ĩter tempora gẽtes
Auſoniũ inuaſere latus: ſedeſqꝫ beatas
Et metui peperere manu: mox impia bella
Tarpeius pater & capti ſenſere quirites.
Hic dum ſollicitat donis & inania corda.
Ac fluxam morũ gẽtẽ fouet armaqꝫ iungit.
Iam conſul volucri peruectus littora claſſe:
Scipio phocaicis ſeſe referebat ab oris.
Ingenteſqꝫ duces pelagi terræqꝫ laborem:
Diuerſum emenſos propiora pericula vallo
Iũgebãt: magnęqꝫ aderãt primordia cladis.

critate dimiſſis tētoriſs ad arma cucurrerūt:paludamēta ēt conſulū coccinea erant. De bellata ꝓcul.verba hannibalis ſuos ad operā nauādam hortantis: ne.ſ.poſt tot victorias ī vltio actu ꝑdāt decoꝝ:& oīa q̄ fo͛li ci euentu geſſerāt cōmemorat ab colūnis herculeis vſq; ad cāpos taurios ī qb⁹ caſtra hēbat.ſic ait apd̄ Li uium. Ab herculis colūnis ab oceano terminiſq; vltimis terraꝝ ꝑ tot ferociſſimos hiſpaniæ ꝑp͡los vīcētes huc ꝑueniſtis.pugnabitis cū exercitu tyrone:hac ipſa æſtate cæſo victo circūfeſſo a gallis ignotoq; adhuc duci ſuo:ignorātiq; ducē. Iberis.hiſpanis.Numeroſa ag.magnum exercitū.Non aſ.iuſ. dicebat hannibal rhodanū,& pyreneos mōtes non eſſe aſpnatos iuſſa ſua.q.d.omnia ſub iugū miſim⁹:tm̄ italia ſupeſt . igit̄ totis virib⁹ adnitēdū ē ne īcaſſū laboraſſe vide amur:& vt finē cōſeq̄mur cui⁹ cauſa tāti mot⁹ excitati ſūt.Celtas.gallos. Amphitriōiadæ.her culi.i.vos armati trāſcēdiſtis alpes q̄ fuerīt her culi magn⁹ labor:& duxiſtis equos ī iugū alpiū cū pri⁹ hoī expedito vix ꝑberēt iter:itaq; debe tis aīos colligere:& arguit ab honeſto:inde ab vtili cū hic labor ſit datur⁹ italiā belli ꝑmiū.E quitē.equū hētē īſeſſorē ātiq:vt autor ē Ma crobi⁹:vt hoīem equo īſidētē ita& equū cū por taret hoīem eqtē dixerīt. Vir.atq; eqtē docuere ſub armis īſultare ſolo & greſſ⁹ glomerare ſup bos. Ad pul.diſ.ad pugnā q̄ hoīes ſūt clariores & pulchrū ē pugnare ꝓ pr̄ia & mori ſi pr̄ie ſal⁹ reqrat. Hoſtē mi.ha.orō Scipiōis cōſul̄ ad ſuos milites qb⁹ oñdit minimo conatu hoſtes niui bus & glacie confectos vīci poſſe:eoſq; hortat̄ vt ꝓ cōmuni ſalute cōtra barbaros totis virib⁹ adnitant̄.Cautib⁹ ſaxis alpinis. Aegre.cū diffi cultate ambulātē. En age.hortātis ē.parate iqt aīos ad pugnā vt hānibal q̄ gliat̄ trāſcēdiſſe al pes diſcat plus eē ſupare romanos q̄ mōtes: & plus eſſe ſuperare vallū romanoꝝ & maioris difficultatis q̄ arcē herculeā ideſt ſagunthinā. Sacros mētes.alpes ītactas:q̄s natura videbat̄ oppoſuiſſe hoſtibus ne italia bello hoſtili atq; externo q̄tereretur.Profundas.altas. Vallū.nr̄m. ſ.ideſt diſcat pœnus difficilius eſſe ſuperare ca ſtra romana q̄ alpes niuoſas.Celſius· altius & ſuperatu difficilius arce herculea.ideſt ſagun tho condita ab hercule. Colles.alpes & py reneos montes . Det inania famæ . extenuat id quod negare non poteſt. Scipio & de trahit hannibali qui quadam inani fama gau debat ſe ſcilicet potuiſſe alpes tranſcendere. Inania . res inutiles & vanas extollat : Fa mæ . ad famam iactet inquit ſe tranſcendiſſe alpes dummodo a nobis victus non habeat quo confugiat : & fugere volenti alpes ipſæ obſtent ac manus noſtras non effugiat . Ege re . perduxerunt vt hic caderet. Dei.ſcilicet quos violauit rumpendo fœdera . Tellus hoſtilis.italia.Scire libet· a præterita victoria in primo bello punico oſtendit pœnos facile ſuperatū iri.eadem iquit eſt carthago quæ hos milites mittit:& priore bello punico ſubmerſa fuit ad egates.apd̄ liuiū ait experiri iuuat vtꝝ alios repēte carthagineſes ꝑ . xx . annos terra ediderit:an idē ſint qui ad egates pugnauere i

Namq; vt collatis admoto conſule caſtris:
Suſtulerat fortuna moras:ſignūq; furoris
Accenſæ viſo poſcebant hoſte cohortes.
Debellata ꝓcul quæcunq; vocantur iberis:
Ingēti tyrius nemoroſa per agmina ductor.
Voce ſonat:non pyrenē rhodanū ve furentē:
Iuſſa aſpernatos:rutulā fumaſſe ſagunthū.
Raptū per celtas iter:& qua ponere greſſū:
Amphitryoniadę fuerit labor iſſe ſub armis.
Pœnoꝝ turmas:equitēq; per ardua vectum
Inſultaſſe iugo & fremuiſſe hinnitib⁹ alpis.
Cōtra pulchra ſuos vocat ad diſcrimia cōſul.
Hoſtē miles habes fractū ābuſtūq; niuoſis
Cautibus:atq; ægre torpētia mēbra trahētē
En age qui ſacros montis rupeſq; profundas:
Tranſiluit:diſcat quanto ſtat celſius arce
Herculea vallum:& maius ſit ſcandere collis
An noſtros rupiſſe globos:det inania famæ.
Dum magna fuſo pugna retroq; ruenti
Qua vētū ē obſtēt alpes.ſup ardua ductum
Huc egere dei:latios vt ſanguine fines
Imbueret telluſq; hoſtilis conderet oſſa.
Scire libet noua nūc nobis atq; altera bellum
Carthago ā ne eadē mittat q̄ merſa ſub ęquor
Egatis inter vaſto iacet obruta ponto.
Hæc ait:atq; agmen ticini flectit ad vndas.
Cæruleas ticinus aquas & ſtagna vadoſo:
Perſpicuus ſeruat turbari neſcia fundo.
At nitidū viridi lente trahit amne liquorem.
Vix credas labi ripis tam mitis opacis
Argutos iter volucrū certamie cātus
Sōniferam ducit lucenti gurgite lympham.
Iāq; ſub extremū noctis fulgētibus vmbris
Lux aderat:ſomnuſq; ſuas confecerat horas.
Explorare locos conſul colliſq; propinqui



Ingenium:& campis quæ ſit natura parabat.
Par ſtudiū pœno ſimileſq; in pectore curæ.
Ergo aderāt rapidis eqtū comitātibus alis.
Verū vbi cōmoto docuerunt puluere nubes
Hoſtē ferre gradū:& ꝓpius ꝓpiuſq; ſonoros
Quadrupedū cornu tell⁹ gemit:ac ſimul acer
Vincentum lituos hinnitus ſæuit equorum
Arma viri rapite arma viri:dux inſtat vterq;.
Ambobus velox virtus geminuſq; cupido
Laudis:& ad pugnas martēq; inſania cōcors.
Haud mora iā tātū campi dirimebat ab ictu
Quātū ipulſa valet:cōprēdere lancea nodo:
Cū ſubitum liquida nō vllis nubibus æthra
Auguriū mentes oculoſq; ad ſydera vertit:
Accipiter medio tendens a limite ſolis
Dilectas veneri notaſq; ab honore diones
Turbabat violētus aues: atq; vnguibus idē:
Idem nunc roſtro:duris nunc ictibus alæ.
Ter quinas dederat ſeua inter vulnera lœto
Nec finis ſatieſue noui ſed ſanguinis ardor
Gliſcere:& vrgebat trepidā iam cede priorū
Incertamq; fugę pluma labente columbam:
Donec phœbeo veniens iouis ales ab ortu:
In tenuis tandem nubes dare terga coegit.
Tum victrix lætos ſigna ad romāa volatus
Conuertit:proleſq; ducis qua parte decora
Scipio quaſſabat puerilibus arma lacertis
Clāgorē bis terque dedit:roſtroq; coruſcæ.
Perſtringens conū galeæ ſe reddidit aſtris.
Exclamat liger:huic ſupos ſentire monentes
Ars fuit:ac pēna monſtrare futura magiſtra.
Pœne bis octonos italis in finibus annos
Audaci ſimilis volucri ſectabere pubem
Auſoniā:multāq; feres cū ſanguie pręda.
Sed cōpeſce minas.renuit tibi daunia regna
Armiger ecce iouis:noſco te ſumme deorū.
Adſis o firmeſq; tuæ pater alitis omen.
Nam tibi ſeruantur:ni vano caſſa volatu
Mentitur:ſupos præpes poſtrema ſubactæ
Fata puer libyæ:& maius carthagine nomē.
Contra leta bogus tyrio canit omina regi.

ſulas. Ponto.mari ſiculo & libyco. Cerulea s ti cinus aquas.deſcribit ticinum fluuium qui or tus in alpibus labitur prope papiam & in pa dum mittit.habens aquas limpidiſſimas:& a deo mitis in curſu vt vix labi videatur . Iamq; ſub extremum noctis : deſcribit crepuſculum matutinum quo tempore vterq; dux ad caſtra hoſtilia contemplanda naturamq; loci prodie rat. Pœno.hannibali. Rapidis alis.militibus le uis armaturæ. Acer hinnitis. vehemens adeo vt ſuperaret tubas. Cornu. vngula. Velox vir tus.vterq; promptiſſimus erat ad res præcla ras obeundas. Geminus cupido.ſimilis cupidi tas pugnandi & ponit cupidinem pro ipſa cu piditate. Concors inſania.ſimilis pugnandi fu ror. Cum ſubitum : deſcribit augurium quod apparuit vtriſq; priuſq̄ manus confererent qd̄ portendebat hannibalem.xvj. annos dilacera turum italiam:& poſtea ſuperatum iri a ſcipio ne conſulis filio. Liuius ait lupum intraſſe ca ſtra romanorum laniatiſq; ouibus intactum euaſiſſe:atque examen apum arbore prætorio imminente conſediſſe.hęc prodigia Scipio cō ſul procurauit priuſquam in aciem copias edu ceret.poeta ingenioſe finxit hoc augurium. Li quida æthra.puro aeris ſplendore . Sic Virgi. Nec lucidus æthra ſyderea polus :& æthra eſt generis fœminini & ſignificat ſplēdorem cęli. Accipiter.hic accipiter ſignificabat hanniba lem qui ab aphrica quæ eſt expoſita ad meri diem veniebat. Notaſq; ab honore diones.di one mater eſt veneris:quæ pro venere ponit: cui columbæ dicatæ ſunt quibus romani ſigni ficabantur oriundi a venere per æneam . Sati es : ſatietas Gliſcere . ſcribebat . Ales iouis . aquila ioui ſacra quæ nunquam fulmine tan gitur:& fingunt poetæ ipſam miniſtrare ioui fulmina:hæc aquila ſignificabat Scipionem io uis filium quamuis putaretur filius. P. Scipio nis tunc conſulis. Proles ducis. Scipio filius cō ſulis. Perſtringens.leuiter tangens . Exclamat liger.hic erat augur Scipionis qui augurium. illud interꝑtatus eſt.nam ſciebat prenoſce re futura ex volatu auium. Pœne bis octonos. verba auguris & augurij interprætatio . Pœne annibal inquit per.xvj. annos lacerabis italiā & romanos qui habent originem a venere:ſed romanum imperium non aſſequeris:& ni de cipior augurio:ſcipio. cuius galeam perſtrin xit ales huic bello finem imponet cognomen q; maius ipſa carthagine reportabit . appella bitur quippe aphricanus. Volucri . accipitri. Daunia regna.latia.nā in latio regnauit daun⁹ pater turni. Armiger iouis.aquila. Nā tibi. ver tit ſermonē ad ſcipionē pueꝝ. Præpes aqla.i.ſi

a quila verum facit augurium & mentem ſupe
rũ denũciat. Contra.ex alia parte augur ãniba
lis aliter interpr æ tatus eſt augurium . Omina.
auguria fœlicia ipſi annibali. Genti veneris.ro
manis qui a venere originẽ habent. Dictis co-
mitem.quoniam hæc dicens haſtã in romanos
contorſit: quæ ꝑpter diſtantiam irrita fuiſſet
ni cat⁹ agens equum ſuum precipitem vt eſſet
prim⁹ qui hoſtes ĩpeteret excepiſſet haſtã iã
cadentem in fronte. Cornu.haſta ex corno ar-
bore. Stetit infixa eſt. Oblatæ.nam catus obtu
lit frontẽ haſtæ iã langueſcẽti . Sublime redu-
ctos: ĩ altum arrecta habẽtes capita contractis
habenis ab inſeſſoribus. Rapida ꝑcella . quo-
dam impetu inſtar ꝑcellæ & tanta erat veloci
tas vt vix in puluere ſignarentur veſtigia. Ala.
acies alæ dicuntur in exercitu equitum ordies
autore gellio ꝙ circũ legiões dextra ſiniſtra ve
tãq̃ alæ ĩ auiũ corporibus locabantur. Arietat.
facit impetum :inſtar arietis: de quo dictum ẽ.
Immania membra.quoniam galli ſunt ꝑcerę
ſtaturæ: Tumẽs.ſuperbiẽs Ataui brẽni.hic fu-
it dux gallorum qui quondam romã ceperant:
ad quem hic chryxus originem referebat ſuam
& ataui ſui brenni ſtemma iactabat . Trahe-
bat in titulos.aſcribebat gloriæ ſuæ romã ca-
ptam & capitolium obſeſſum : tituli dicuntur
inſcriptiones: ac laudes. Capitolia capta.ſeruit
poeta iactantiæ gallicæ.non enim captum fu-
it capitoliũ: ſed obſeſſum. Vmbone . in clypeo
chryxi cælata erat hiſtoria romæ captæ agal-
lis: & aurum appenſum pro redẽptione capi-
tolij & romanorum qui illuc confugerant. Cel
tas.gallos. Vertice ſacro: quoniam illic erat nu
minũ ſedes.i.pro redemptione capitolij & tẽ-
pli iouis. Penſantes.accipientes a romanis ad
pondus. Torque fuluo. aureo monili .torquis
ornamentum colli quo galli vtebantur . Auro
virgatæ veſtes.q̃m veſtes ſcutulis diſtictas gal
li inuenerunt. Manicæ.etiam erant intertextæ
auro: & habebant armillas.apud antiquos ro
manos tunicis vti manicatis molle atq; indeco
rum erat. gellius ait tunicis vti virum prolixis
vltra brachia & vſq; in primores manus ac ꝓ-
pe in digitos romæ: atq; omni in latio indeco
rum fuit eas tunicas græco vocabulo nr̃i chiro
dotas.i.manicatas appellauerunt. hac antiqui
tate inductus. P. Aphricanus pauli filius vir oĩ
bus bonis artibus: atq; omni virtute præditus
Publio Sulpitio gallo hoĩ delicato ĩter pleraq;
alia q̃ obiectabat id quoq; probro dedit ꝙ tu-
nicis vteretur manus totas operientibus. Simi
li metallo.auro. Camertum.camertes erãt po
puli vmbriæ habitantes in montibus. Phalãx
eſt vocabulũ macedonicum. Vndæ boiorꝝ.ipi

Et fauſtũ accipitrem ceſaſq; in nube volucres
Aeneadis cladem & veneris portendere gẽti.
Tũ dictis comitẽ cõtorquet primus in hoſtis
Ceu ſuadẽte deo: & fatorũ conſcius haſtam:
Illa volans patuli longe per inania campi
Lœtũ perdiderat ſpatio: ni fuſus habenas:
Dũ primæ decus affectat decerpere pugnæ.
Obuia quadrupedis p̃ceps catuſ ora tuliſſet.
Sic elangueſcens & iam caſura petitum
Inuenit vulnus: cedemq; recepit ab hoſte
Cornus: & oblatæ ſtetit iter tempora frõtis.
Incurrunt acies magnoq; fragore per æquor
Suſpendunt cuncti freni ſublime reductos
Cornipedes vltroq; ferunt: erectus in auras
It ſonipes : rapidaq; volãs per aperta ꝑcella
Tenuia vix ſummo veſtigia puluere ſignat.
Boiorum ante alias chrixo duce mobilis ala.
Arietat in prios obiicitq; immania membra:
Ipſe tumens ataui brenni ſe ſtirpe ferebat
Chrixus: & ĩ titulos capitolia capta trahebat.
Tarpeioq; iugo demens: & vertice ſacro
Penſantis aurum celtas vmbone ferebat.
Colla viri fuluo radiabant lactea torque
Auro virgatæ veſtes manicæq; rigebant
Ex auro: & ſimili vibrabat criſta metallo.
Sternitur impulſu vaſto perculſa camertum
Prima phalãx: ſpiſſæq; ruũt conferta ꝑ arma
Vnde boiorum ſociata examina denſent.
Infãdi ſenones: colliſaq; quadrupedantum:
Pectoribus toto voluuntur corpora campo:
Arua natãt: altuſq; virũ cruor altus æquorũ
Lubrica belligeræ ſorbent veſtigia turmæ:
Semine cũ lætũ ꝑagit grauis vngula pulſu.
Et circunuolitans tetros e ſanguine rores
Spargit humo: miſeriſq; ſuo lauit ora cruore
Spicula prima puer tumidi tyrrhene pelori
Purpureo moriens victricia ſanguine tingis:
Nã tibi cũ ſtimulas cornu atq; ĩ p̃lia mentes
Accendis: enouaſq; viros ad vulnera cantu:
Hæſit barbaricũ ſub anhelo gutture telum:
Et clauſit raucum lœtali vulnere murmur.



At ſonus extremo morientis fuſus ab ore:
Feſſa pererrauit mutis iam cornua labris:
Chrixus picentẽ laurumq; nec eminus ãbo
Sed gladio laurum picenti raſilis haſta
Ripis lecta padi lętum tulit: auia nãq;
Dum petit : ac lęuo meditatur fallere gyro.
Haſta viri femur & pariter per anhela volãtis
Ilia ſedit equi: geminã dedit horrida mortẽ:
Idem ſanguinea venuli ceruice reuellens.
Sternit precipitem trepido te farfare telo:
Et te ſub gelido nutritum tulle velli no.
Egregiũ auſonię decus ac memorabile nomẽ
Si dent fata moras. aut ſeruent fœdera pœni
Tum romulum atq; olĩ celeberrĩa noĩa bello
Tiburtis magnos hiſpellatemq; metaurũq;
Et damũ dubia meditatus cuſpide vulnus.
Nec locus eſt tyrijs belli pugnæue: ſed omnẽ
Celticus impleuit campũ furor: irrita nulli
Spicula torquẽtur. ſtatq; oẽ in corpore ferrũ
Hic inter trepidos immane quirinius audẽs
Cui fugere ignotũ atq; inuicta mẽte placebat:
Rebus inaduerſis exceptum pectore lętum
Cuſpide flãmat equũ: atq; diſꝑgit geſa lacer-
Si reſerare viã: atq; ad regẽ rũꝑe ferro (to:
Detur iter: certuſq; necis petit oĩbus auſis
Quod nequeat ſẽtire decus: cadit ĩguie feſſo
Teutalus: & vaſto quatitur ſub põdere tellus
Occumbit ſarmens flauã qui pondere victor
Cęſariem crinemq; tibi gradiue vouebat.
Auro certantem & rutulum ſub uertice nodũ
Sed parcę intonſa non exaudita vouentem
Ad manes traxere coma per cãdida membra.
It fumans cruor: & tellus perfuſa rubeſcit.
At non tardatus iaculo occurrente lycaunus
Irruit: aduerſumq; viro rotat obuius enſem.
Et ferit inſurgens humero qua brachia lenti:
Annectunt nerui: deciſaq; vulnere læua:
Laxatis paulum moribũda pepẽdit habenis.
Dumq; micãs tremulo conatu lora retentat
Flectentem aſſuetos imitatur neſcia frenos
Demetit aduerſi veſagus tum colla iubaq;.

boi q tanq̃ vndę irtuebãt. Infãdi.ipſi & ſacrile-
gi pp romã a ſenonibus olim captã & obſeſſum
capitoliũ. Examia.multitudinẽ. Natãt.ſãguine
obducta ſunt. Sorbet veſtigia.i.cruor replebat
veſtigia vt non cognoſcerentur. Vngula.equorꝫ
.ſ.conficiebat iacentes humi ſemineces & ſpar-
gebat cruorem in ora ceſorum. Peragit læthũ.
perficit mortem. Semine cum eorum qui erant
proſtrati & non plane mortui. Tyrrhene puer.
pelorus eſt promontorium ſiciliæ verſus italiã a
quo hic pelorus nomen accepit: quem tumidũ
appellat vt oſtendat ipſũ etiam fuiſſe tubicinem
qui inflat buccas cum ſonat tuba. Vnde Iuue.
notæq; per oppida buccæ. hoc nomen ideo fin
git poeta vt alludat ad tyrrhenum piſeuꝫ æneæ
tubę inuentorem. Cornu.a quo cornicines dicũ
tur. ideo dixit Iuue. Quadringenta dedit grac-
chus ſeſtertia dotem corniũ: ſiue hic recto cãta
uerit ære. Ambo. ſic Virgi. ſtrauit ãbo. & ſi duo
præterea tales idea tuliſſet terra viros. Raſilis
haſta.polita. Fallere.decipere chryxum voluen
do equũ ad ſiniſtram. haſta trãſfixit femur picẽ
tis: & ilia equi: cuius dorſo inſidebat: & ſic equũ
& inſceſſorem cõfecit. Farfarus eſt fluuius ꝑpe
equiculos: a quo hic farfarus nomen accepit.
Velino.velinus eſt lacus in ſabinia. Vir. & roſci-
da rura velini. Gelido: propter rigorẽ regionis.
Ply.ait. Sabini velinos accolũt lacus roſcidis col
libus. Egregiũ decus alludit ad. M. Tulliũ Cice
ronem. Celeberrima nomina: nã Tyburtus co-
rax : & catillus venerunt ad bellũ cũ æneas pu-
gnauit in latio. Vir. in. vii. Tum gemini fratres
tyburtia mœnia linquũt. Olim.quondã in bella
laurentia. Hiſpellatẽ.ab oppido vmbriæ hiſpel
lo quod adhuc nomen retinet ꝑpe aſſiſium &
fulginiam: & metaurũ a metauro fluuio appel-
lat de quo loco ſuo dicetur. Metaurũq;. verſus
eſt hipermeter abũdat enĩ ſyllaba vna: ſed hoc
cum fit ſequens verſus debet incipere a vocali.
Dubia cuſpide.incerta quem impetret damum
ne: an metaurum. Celticus.gallicus. Trepidos.
romanos territos a gallis. Quirinius.nomen ꝓ-
prium tractum a quiritibus. hic erat fortis. nam
in rebus aduerſis non parcebat vitæ ſuæ. nunc
equum impellebat vt annibalem imperet ſiue
chryxum: quod decus aſſequi non potuit. Geſa
tela gallica ad regem chryxum ductorem gal-
lorum qui tantam ſtragem tunc edebat Certus
necis.cum cert⁹ eſſet ſe illic moriturum ſiue cũ
decreuiſſet mori: & omnino vitã ſuã cõtemneret
vt ducem illum cõficere poſſet. vnde dicit Sene
ca quiſquis vitam ſuam cõtempſit tuæ domi-
nus eſt. Rutulum nodum. vinculum aureũ quo
capili religantur : Vouentem non exaudita.
qui vouebat ea quæ a marte non exaudeban-

tur. Parcæ. deæ quæ vitam diſpēſant humanam filo. Lycaun⁹ erat hoſtis qui quirinio leuam abſcidit & cū ille auerteret ſeſe: vt fugeret vaſagus caput ſecuit & circunferens patrio clamore deos vocabat. Viro. quirinio Lēti flexibiles. Rotat. rotando ſtringit. Laxatis. remiſſis. Micans. mouens ſeſeipſa manus reciſa. Neſcia. quoniam erat diuiſa a corpore. Flectentē. inſeſſorem q̄ flectit equū. i. ipſa manus cū penderet tenens lora flectebat equū vt prius. Iubaq; veſagus. tenens iubā galeæ & crines ipſam galeam ſuſpenſā portabat Dūq; ea gallorū. dū galli hāc ſtragē in cāpo facerēt cōſul ſcipio copias oīs in aciē eduxit. Accitas. vocatas ex caſtris Marſoſq;. marſi ſunt populi pelignis vicini & latinis. quodā belliċoſiſſimi. Laurētū oppidū latij vbi regnauit latinus. cora oppidum latij adhuc retinet nomen. Sabelli alio noīe dicūt ſānites orti a ſabinis voto vere ſacro: nūc dicūtur beneuentani vltra neapolim. Tuder oppidū vmbrię in mōte ſitū. vbi mars colebat adhuc retinet nomen. Falici populi ſunt hetruriæ vbi nūc eſt viterbiū: apud quos etiā noſtro tēpore eſt magna copia lini candidiſſimi: quod purgatur aquis calidis illic paſſim ſcatētibus: iō dicit gētilia lina. Muris herculei. tyburtinis quoniā tybur erat dicatum herculi: iō herculē appellauit Martialis. catyllus poſt patris āphiarai interitum ad thebasiuſſu ecli aui ſui in italiam nauigauit: vbi cū tribus filijs corace catyllo: & tyburto condidit oppidum: & tybur a noīe tyburti natu maioris denominauit. Pli. tamen dicit tyburtū fuiſſe cōditorem. nobile ē ēt nūc tybur copia pomoꝝ & maxīe malis punicis q̄ ſubīde romā aduehūt ꝑ tybur labitanio fluuius: q in plano mitē hēt curſum. Catylli. tyburtes accolētes aniene. Hernica ſaxa. hernici ſunt populi cāpaniæ colonia ſabinoꝝ quoꝝ līgua ſaxa vocant herne: vn̄ hernici dicti: q̄m mōtes cāpanię incolebāt. vir. Hernica ſaxa colūt quos diues anania paſcit. Induratos in p̄gelidis riuis. i. ante duratos in aquis frigidis hoc dicit poeta alludēs ad antiquitatē hernicoꝝ: qui orti ſūt a ſabinis. ſabini aūt mixti fuerunt cū lacedæmōijs. lacedæmōij aūt infātes rigidiſſima aq̄ eurotæ fouebant vt eſſent robuſtiores: iō Papi. in thebaide durū eurotā appellat ad quā educādoꝝ pueroꝝ diſciplinā alludēs ēt Virgi. ait. natos ad flumina primū deferim⁹: ſæuoq; gelu duramus: & vndis. de diſciplina lacedæmoniorū: & vitæ inſtituto ex legibus lycurgi dixi in cōmētariolis officioꝝ. In p̄gelidis duratos. i. p̄duratos in aq̄s rigidis hernicoꝝ quoꝝ caput erat anagnia q̄ adhuc retiet nomen: ſed oīs ille tractus cāpania nūc vocat. Caſinū. oppidū cāpaniæ in cacumīe alti mōtis ſitū. iō ipſum appellat nebuloſū nūc eſt illic celebre monaſteriū q̄d mōtis caſini appellatur. Terræ domināti. romæ ac italiæ. Dānati ſupis q̄m in pugna ceciderunt. Vertex medius pugnæ rotat agmīa. i. Scipio immiſit equum ea parte q̄ ſui milites tanq̄ vertice aquarum abſumebant. namvertex propriæ eſt contorta in ſe aqua: & iō dicit rotat. iō ſubiungit inſtructus ſtrage ſuorum. Seruat poeta decorum optimi & magnanimi ducis: qui ſuis laborantibus opē ferre debet: & p̄icula nō timere: circa q̄

Suſpenſā portās galeā: atq; incluſa perempti
Ora viri patrio diuos clamore ſalutat.
Dumq; ea gallorū populi dant funera cāpo
Accitas propere caſtris in prælia conſul
Raptabat turbas primuſq; ruebat in hoſtem
Candenti ſublimis equo: trahit vndiq; lectū
Diuitijs auſoniæ iuuenē: marſoſq; coramq;
Laurentumq; decus: iaculatoreq; ſabellum
Et gradiuicolā celſo de colle tudertem.
Indutoſq; ſimul gentilia lina faliſcos:
Quoſq; ſub herculeis taciturno flumīe muris
Pomifera arua creant: anienicolæq; cathylli
Quoſq; in pręgelidis duratos hernica riuis:
Mittebant ſaxa: & nebuloſi rura caſini.
Ibant in martem terræ dominantis alumni
Damnati ſuperis: nec iam reditura iuuētus.
Scipio qua medius pugnę rotat agmīa vertex
Infert cornipedē. atq; inſtinctus ſtrage ſuorū
Inferias cęſis mactat labarūq; padumq;:
Et camum: & multo vix fuſū vulnere brennū
Gorgoneoq; larū torquentē lumina vultu
Occidit: & triſti pugnas lepontice fato.
Nā dū frena ferox obiecto corpore pręſat:
Atq; ęquat celſus reſidentis conſulis ora:
Ipſe pedes: frontē in mediā grauis īcidit enſis
Et diuiſū humeris iacuit caput abbatus amēs
Qui luctatur equo: parmaq; īcurſibus obſtat
Ictu quadrupedis fulua porrectus harena
Eliſſa incuſſis amiſit calcibus ora.
Perfurit auſonius turbata per ęquora ductor
Ceu gelidus boreas totum cum ſubſtulit imo
Icarium fundo victor mare. nauita vaſto
Iactatur ſparſus lacerata claſſe profundo:



Cunctaq; canenti perfunditur ęquore cyclas
Chryxus vt in tenui ſpes exiguūq; ſalutis
Armat contēptu mentē necis horrida barba
Sanguinea rutilat ſpuma. rictuſq; furentis
Albet: & effuſo ſqualent apuluere crines
Inuadit tarium vicino conſule pugnas
Miſcentem ſęuiſq; virum circūtonat armis.
Voluitur ille ſolo. nā pronū effūdit in armos
Fata extrema ferēs abies: rapiturq; pauore
Tractus equi victis cōnexa ad ſingula mēbris
Longa cruor ſparſo liquit veſtigia campo.
Et tremulos cuſpis ductus ī puluere ſignat
Laudabat lœti iuuenē: egregioſq; parabat
Vlciſci conſul manes: cū dira per auras
Vox venit: & chryxū ferri clamoribus audit
Haud notum vultu. ſurgit violentior ira
Cominus atq; oculos optato in corpore figit
Tum ſtimulus grato plauſę ceruicis honore
Cornipedē alloquitur vulgū. martēq; minorē
Mox gargane vocāt ſupi ad maiora: videſne
Quātus erat chryxus: iā nūc tibi pręmia pōo
Illū ſidonio fulgentem ardore tapeta
Barbaricum decus & fuluis donabere frenis.
Sic fatus magno chryxum clamore ciebat
In pugnā: ac vacuo poſcebat pręlia cāpo.
Nec detrectantē par ira accenderat hoſtem.
Vt iuſſæ ceſſere retro: ſpaciūq; dederunt.
Hinc atq; hinc alę: medio ſtetit ęquor̄ pugna
Quantus phlegręis telluris alūnus in aruis:
Mouit ſigna minax: & cœlū exterruit armis:
Tātus ſemifero chryx⁹ ſub pectore murmur
Torquet: & horriſonis ululatibus erigit iras.
Nemo ne incenſæ captęq; ſupfuit vrbi:
Vt tibi quas brenni populus ferremus ī arma
Narraret dextras: diſce en nūc inquit: & vna
Contorquet nodis. & obuſto robore diram
Vī portas quaſſaſſe trabē. ſonat illa tremēdū
Ac nimio iactu ſeruaſſe improuida cāpi
Diſtantis ſpatiū propiorem tranſuolat hoſtē
Cui cōſul. ferre hoc vmbris: ꝓauoq; memēto
Quā procul occumbas tarpeia a ſede: tibiq;

verſatur virtus. Rotat. abſorbet ipſos milites: vt facit vertex aquarum. Vertex pugnę. ipſe impetus gallorum: qui romanos conficiebat: & abſorbebat: vt vertex nauigia. Inferias. vt eēnt inferię his qui ceciderant. nā inferiæ dicunt victiæ quę mactantur dijs inferis. Brennum. alludit ad Brēnum: quo duce galli vrbem cœperunt. Gorgoneo. toruo: vt fuit vultus gorgōis. i. Meduſæ habentis capillos ſerpentios. Frēa. ipſius conſulis Ferox. animoſus. Reſidē. in dorſo equi: cui⁹ frena preſſauerat. Celſus. procerę ſtaturę. nā ipe pedes par erat conſuli equiti. Perfu. au. du. ornat. Scipionem poæta quem furētem in campo cōparat Boreæ agitanti mare flatu ſonoro: mare icarium nomen accepit ab icaro dedali filio illic ſubmerſo: in quo ſunt cyclades inſulæ. Sed poeta vnam pro omnibus poſuit. Canēti. albicāti propter ſpumas. Chryxus vt in tenui ſpes idē poſtq̄ chryxus parum ſalutis ſuperare poterat: vrgentem Scipione cœpit cōtemnere mortem vt honeſte caderet. Rutilat. iubet. Inuadit tariū Chryxus inuaſit tarium romanū: qui prope cōſulem pugnabat: & eum haſta interemit: & cū in armos equi effunderetur: hæſit pes cingulis: & ſic cum magno pauore trahebatur: & cruor ex vulnere profluens relinquebat veſtigia in cāpo reſperſo ſanguine. & imitatur Vir. de Troilo ſic canentem: Huic ceruixq; comęq; trahuntur Per terram: & verſa puluis inſcribitur haſta. ideo ait: Cuſpis ſignat ductus. i. vias & ſulcos. Sparſo. madefacto cruore. Tremulos ductus. obliquos ſulcos faciebat haſta tracta per puluerem. Manes. animam Tarij: qui fortiter occubuerat. Haud notum vultu. Nam fama tantum cognoſcebat Chryxum Scipio. Optato. quoniā optauerat cū Chryxo cōgredi: vt magnanimū decebat imperatorem qui circa magna & ardua verſatur. Vulgum martemq; minorē verba Scipionis ad equum ſuū: qui vocabat Garganus. ſenſus eſt: hactenus vulgares milites ſtrauimus nūc autem ipſi ſuperi vocant pugnā noſtrā vulgarem & minorem ad maiora: ideſt cædē chryxi: & ꝓponit equo ſuo præmiū: ſi in opprimendo hoſte operā nauauerit. Tapeta. hoc nō ſine ratione fingit poeta: quoniā in Gallia Ciſalpina vbi tunc erant Boi: & ſenōes fiebant pulchri tapetes & verſicolores. Stra. ait Vellera mediocria habent patauini ex quibus precioſi tapetes intexunt. Ardore ſidonio. purpureo colore tyrio: quoniā in phœnicia vbi eſt ſydon & tyrus tingitur egregie purpura. Fuluis auratis. Quantus phlegręis. chryxū horrendum ac terribilem cōparat gigantibus qui in phlegra valle theſſaliæ pugnauerunt cum dijs volentes detrudere iouē e cœlo: gigantes terrę filij fuerunt. eſt etiam cā

pus phlegręus in cãpania:vbi hercu·deleuit gi/
gantes.Nemo ne incenſe.verba Chryxi ad Sci
pionem cum quo ſingulari certamie congredi
meditabatur. inſultat Scipioni dicẽs.Vis cõgre
di mecũ.Nõne romãi expti ſũt noſtras dextras?
cũ roma capta fuit a gallis noſtris. & nõne ſup=
fuit aliqs tũc:q potuiſſet narrare q̃ ſint inuictæ
manus gallorũ? & hoc dicẽs emiſit haſtã:q̃ po=
tuiſſetvalidiſſimas portas quaſſare tãto ipetuvt
hoſtẽ tranſgrederet̃. ſeruat poeta decorũ iſolen
tis galli :&vẽtoſi.Nodis &obuſto robore.nodo
ſam &flãmis iduratã haſtã q̃ portas deijcere po
tuiſſet.Dirã.horrẽdã:& q̃ poterat quaſſare por/
tas.Trabẽ.haſtã trabalẽ:Vel quaſſaſſe.i.aptam
etiaꝫ ad portas deijciẽdas.Cui cõſul.Verba Sci
pionis inſultãtis iactãtiæ Chryxi:eas inqt ad in
feros.& dicas brẽno te nõ potuiſſevidere nedũ
capere romã.& ꝙ ꝑcul a capitolio.qđ ille obſe
dit.procubuiſti:& ſic haſta eum tranſfixit.Pro=
auo.Brẽno:ad quẽ tuũ genus refers.Nodo leui
amento.Lini.toracis linei.Subtecta tegmina.i.
penetrauit tegmina ex corio:vl' clypeũ corio te
ctũ.Haud aliter ſtructo.chryxũ vaſto ipetu pro
cũbentẽ cõparat magnis ſaxis:q̃ in portu oppo
nuntur fluctibus& tandẽ ſuffoſſa ex colliſiõe flu
ctuum magno fragmie cadũt in aquã.Ad litto=
ra tyrrhena. ad portã oſtienſẽ. Pugnatura fre=
tis.q̃ repelleret fretũ:ne naues lęderent̃.Pila.ſi
gnificat quodcũqꝫ magnũ ſaxũ:&molẽ.Nereus
ipſum mare.cui eſt ĩpacta pila.Diuerſa.diuiſa.
Illiſum montẽ.impactum ſaxum.Acveluti ſum
mo:gallos fugientes amiſſo duce comparat fe=
ris e monte fugientibus.qui incẽdio flagrat. Pi
canus eſt mons Apuliæ.Luſtra cubilia ferarũ.
Peſtem.incendiũ fumoſũ.Vertex piceus. ſũmi=
tas flammæ fumoſæ. At magno.hic erat frater
Annibalis & præfectus equitum:quos nunc du
xit in pugnam:fugiẽtibus gallis.Primum labo=
rem:primum impetũ pugnæ.Qui ſolus eſt gẽ=
ti.quoniam galli in pugna tantum primo ipetu
valent:de qbus ſic ſcribit florus:Galli ſunt plus
q̃ viri in initio pugnę:in fine vero plus q̃ fœmię
Genti.gallis.Patriũ equitẽ.lybicũ. Nudi frenis
quoniam ipſorum equi ſolavirgula gubernabã
tur:vt dictum eſt.Hac potum vice.hos viciſſim
fugientes cõparat mari contrarijs fluctibus agi
tato qđ fluit & refluit. Hac vice. tali vicitudine
fluctuum.Flamine.flatu·Aduolat aurato.Anni
bal armis conſpicuus venit in pugnam:cui⁹ cly
pei fulgore conſpecto terga dederunt romani.
Murex eſt genus conchilij.ex cuiusſanguine ti
gitur purpura. Aurato.quoniam purpura erat
intexta auro. Et metus timor:atqꝫ furor comi=
tabantur annibalem. Orbem radiãtem. clypeũ
aureum datũ muneri a callaicis populis hiſpa=

Haud licitum ſacri capitolia cernere montis.
Tum nodo curſuqꝫ leui ſimul adiuuat haſtã
Dignam moleviri nixus:fugit illa per ora
Multiplicis leni: ſub tectaqꝫ tegmina neruis:
Atqꝫ altum tota metitur cuſpide pectus.
Procumbit lata porrectus in arma ruina:
Et percuſſa gemit tellus ingentibus armis.
Haud aliter ſtructo tyrrhena ad littora ſaxo
Pugnatura fretis ſubter cæſiſqꝫ procellis
Pila imane ſonans impingitur ardua p onto
Immugit nereus:diuiſaqꝫ cęrula pulſu
Illiſum accipiunt irata ſub ęquora montem.
Ductore amiſſo pedibus ſe credere celtę
Vna ſpes anima:tantuſqꝫ pependerat ardor.
Ac veluti ſummo venator denſa picano
Cum luſtra exagitat:ſpiſſęqꝫcubilibus atram
Immittit paſſim dumoſa per inuia peſtem.
Dum tacitas vires:&flammam colligit ignis:
Nigrãti piceus ſenſim caligine vertex
Voluitur:& pingui contorquet nubila fumo
Mox ſubita in toto lucent incendia monte.
Fit ſonitus :fugere feræ:fugere volucres.
Atqꝫ vna longę trepidant in valle iuuencæ.
At mago vtvertice globos:primũqꝫ laborẽ.
Qui ſolus genti eſt:caſſum videt: arma ſuoꝝ
Ac primũ in pugnas eqtẽvocat:vndiqꝫnudis
Aſſiliunt frenis:infrenãtiqꝫ manipli.
Nunc itali in tergũverſis referuntur habenis.
Nunc rurſus tyrias retro pauor aduehit alas.
Aut illi dextros lunatis flexibus orbes:
Aut illi lęuos ſinuant in cornua gyros
Texunt alterno glomerata volumina curſu.
Ac cędem refugam:cędentes arte reſoluunt:
Hac pontumvice:vbi exercet diſcordia vẽtos
Fert boreas:euruſqꝫrefert molẽqꝫ profundi:
Nunc huc alterno:nunc illuc flamie geſtant.
Aduolat aurato perfulgens murice ductor
Sidonius:circaqꝫ metus:terrorqꝫ:furorqꝫ.
Iſqꝫ vbi callaici radiãtem tegminis orbem
Fxtulit & magno percuſſit lumine campos:
Spes virtuſqꝫ cadũt trepidaqꝫ a mẽte recedit



niæ:vt dictum eſt.Lumine.ſplendore clypei.Spes romanorum cecidit viſo annibale.Læti decori.depoſue
rat omnem fortitudinem:qua pro decoro ſeruando mors toleratur:& magnanimus nullo modo vertit ter
ga:etiam ſi moriendum ſit.Decori.glorioſæ mortis cum decoro virorum fortium.Optãtur.a romanis.hia
tus.in quibus deliteſcerent metu Annibalis ſic vbi caucaſeis. Annibalem magno impetu pugnã ingrediẽ
tem & romanos timore perculſos comparat tygridi :cuius rabiem:tremẽdãqꝫ velocitatem cætera pecora
reformidant.Caucaſeis.hircanis.de tauro monte:qui poſtea caucaſus dicitur:ſupra dictum eſt.Inſano vul
tu: terribili aſpectu tygridis:& furenti.Reducto.prius clauſo ore:quod paulatim diducit : vt obuias feras

Vertere terga pudor:nec læti cura decori:
Sed fu gere infixũ eſt:terręqꝫ optãtur hiatus
Sic vbi caucaſeis tygris ſe protulit antris.
Linquũtur cãpi:& tutas petit omne latebras
Turbatum inſano vultu pecus illa pererrat
Diſiectas victrix valles:iãqꝫ ora reducto
Paulatim nudat rictu:vt præſentia mandat
Corpora:& immani ſtragẽ meditatur hiatu.
Non illum metabus:nõ illum celſior vfens
Euaſere tamen:quãuis hic alite planta:
Hic ope cornipedis totis ferretur habenis.
Nã metabũ ad mães demiſit cuſpide fulgẽs
Fraxinus:vfentem collapſum poplite flexo
Enſis obit:laudẽqꝫ pedũ cũ ſanguine ademit.
Iãqꝫ dedit lœto ſtemium laurũqꝫ domoqꝫ
Collinum gelida viridi quem fucinus antro
Nutrierat:dederatqꝫ lacũ tranſmittere nãdo
Fit ſocius lœti cõiecta maſſicus haſta
Vitiferi ſacro generatus vertice montis.
Et lyris nutritus aquis:qui fonte quieto
Diſſimulat curſũ:ac nullo mutabilis hymbri
Perſtringit tacitas gemmati gurgite ripas.
Exoritur rabies cędum:ac vix tela furori
Sufficiunt:teritur iũctis vmbonibus vmbo.
Peſqꝫ pedẽ premit:& nutantes caſſide criſtę
Hoſtilem tremulo pulſãt conamine frontẽ.
Tergemini primã ante aciẽ fera ꝓlia fratres
Miſcebant:quos lędæo ſidonia barce
xantippo fœlix vteri inter bella crearat.
Rex graię ductorqꝫ parens:ac nobile amycle
Nomen & iniectus ſpartanis colla cathenis
Regulus inflabant veteri pręcordia fama
Marte probare genus :factiſqꝫ lacona parẽtẽ
Ardebant:gelidos dehinc inuiſere montes
Taigeta & tandem bellis innare ſubactis

conficiat.Hiatu.ore iam aperto.Non illum:de
ſcribit illos qui manu annibalis ceciderũt. Cel=
ſior.quoniam erat eques: metabus autẽtpedes.
Fraxinus.haſta fraxinea.Obit.occidit. Laudẽ
pedum.fugam & velocitatẽ currẽdi.Demo ge/
lida.quoniam marſi ſunt inter montes:&ipẽ fu
cinus lacus.regioqꝫ illa gelida eſt.Viridi.trãſlu=
cido:quoniã aqua fucini lympida ẽ :cuius ambi
tus ſũt.xxx.milia paſſuũvbi adhuc extat emiſſa
rius Claudij opere mirabili pforato mõte quo
aqua lacus emittebat̃ad lyxim:vt agri occupati
ſiccarentur. canalem adhuc conſpicuũ magna
difficultate Claudius abſoluit poſt vndecim an
nos cõtinuos.xxx.hominũ milibus ſine itermiſ
ſione operantibus:vt auctor eſt Tranquillus.
Meminit etiam huius rei Tacitus.Maſſicus.no
men deductum eſt a maſſico monte campaniæ
vbi naſciturvinũ falernum. Vitiferi mõtis.maſ=
ſici vitibus conſiti. Sacro.dicato ipſi Bacchio ꝑ
pter vini præſtantiam. Sed poeta alludit ad lu
cum ſacrũ : quoniam vt auctor ẽ Strabo li.quin
to Lyris amnis abluit fregellas:& exercuit i lu=
cum ſacrum oppido incũbentẽ:quẽ magnis ho
noribus minturnenſes celebrabant. Gemmati
gurgite.lympida aqua.Peſqꝫ pedẽ p̃mit.Vir.hę
ret pede pes:denſuſqꝫ viro vir. Tergemini pri=
mã ante aciẽ:hoc fingit poeta vt imitet̃ hiſtoriã
horatiorũcuriatiorũqꝫ:q tergemini & patrueles
ꝓpatria dimicarũt tẽpore Tullij hoſtilli :& Me
tij dictatoris albani:duo horatij priusceciderũt
remãſit vnus ferro intactus: & tres curiatij vul=
nerati:ille fugã ſimulãs in proximũ fecit impe=
tum :quo cæſo alios etiam cõfecit: vt nũc acci=
diſſe Syllius canit .Ply.ait li.vii.Tergeminos na
ſci certũ ẽ horatioꝝ curiatiorũqꝫexẽplo.põt mu
lier vno partu edere q̃ttuor:quinqꝫ: & ſeptẽ : vt
in ægypto.tot.n.loculos habet vterus:ſed vtplu
rimum ſingulæ mulieres ſingulos pariũt:aucto
res ſunt Ariſtote. Ply.& trogus. Barce ſidonia
carthaginenſis:& eſt nomen deductum a barce
vrbe aphrycę:hæc fuit vxor Xantippi lacedæ=
monij i primo bello punico.Lædæo.lacedæmo
nio:qui regulum cœpit. Fœlix vteri. quoniam
tergeminos enixa eſt. Bella.tempore primi bel
li punici:quo Xantippus accerſitus e Laconia
a pœnis illuc nauigauit:& Regulum captiuum
carthaginenſibus tradidit. Res graiæ.geſta me
moranda græcorum præſtantia bellica:& virtu

tes:quibus Græcia & in primis ſparte Xãtipi patria floruerat. Ductor parẽs. excellentia patris qui regulũ vicit:cœpitqꝫ. Amycle. vrbs eſt laconiæ:patria Caſtoris & pollucis:quam pro tota laconia Ponit:quæ optimis floruit inſtitutis:& fortiſſimos habuit viros & imperatores:dum lycurgi leges viguerũt:de quibus alibi dictum. hæc omnia impellebant adoleſcentes ad res præclaras:ne degenerare viderentur a patria virtute Regulus iniectus colla cathenis. habens cathenas iniectas collo. i. victoria patris de Regulo accendebat tergeminos. Marte probare genus. i. fortiter pugnãdo ſe eſſe ex lacedæmoniorum genere qui bellicoſiſſimi fuerunt oſtendere. Factis. rebus fortiter geſtis. Lacona parentem. Xãtipũ lacedæmonium. Ardebant. cupiebant venire ad patriam auitam. Taigetꝰ eſt mons Laconiæ:inde taigetoaꝝ. in numero multitudinis: Subactis. finito bello:quod tunc cum romanis gerebatᷣ. Eurotam. fluuiũ laconię cuius aqua frigida fouebatur infantes. & etiam illic in prouectiori ætate exercitationis gratia natabant. lege Ciceronem in ſecunda diſputatione tuſculana. Ritus lycurgi. leges quas Lycurgus tulit lacedæmonijs:de quibus in commentarijs officiorum dixi Totidẽ numero. tergemini aricini. Aricia vrbs erat prope romam ſub albano mõte cũ ſilua in qua erat tẽplũ Dianæ: & crudelis ritus ſacroꝝ iſtitutꝰ ab Oreſte: ac iphigenia:cum dianę ſimulacrum ex tauricia regione illuc aſpartaſſent:cui mactabãtur hoies. barbaricus inquit Stra. qdã ſcythicuſqꝫ circa tẽplũ mos eſt. huic tẽplo ſerui p̄ficiebantᷣ. hac tamẽ conditione vt nullus poſſet ſacerdotio fungi niſi priore mactato:qui enĩ inqt Stra. victimę mactatæ fuiſſet auctor ſacerdos cõſtituebatᷣ:& hic rex Aricinus vocabatur. Vnde canit Valerius Flaccus. Soli immitis aricia regi. i. illi qui vult tẽplo p̄eſſe:quoniã cogitur pugnare cũ alijs. ideo dicit Oui. Regna tenent fortes. Immitis. ꝓpter crudelem ritũ. fugitiuus quidã vir Stra. inqt gladium tenẽs:& ſuæ ſaluti ſẽper circũſpiciẽs .&c. Egerię egeria fuit nympha in ſylua aricina cũ q̄ Numa Põpilius cõmertiũ habuit. Lacus. qm̄ ẽ illic amœniſſimus lacus. Dura. inexorabilis parca. tres ſũt:lacheſis:cloto:atropos. Heumachus fingit hęc noĩa ĩgenioſa poeta:nã heumachus dicitᷣ bonus pugnator clytias glorioſꝰ. Ceu bella leones. hos tergemĩos ruẽtes in pugnã generoſo aĩo cõparat leonibus lybicis ĩter ſe pugnãtibus. Squallẽtes incultos & deſertos. Mapalia. tuguria paſtoꝝ. Cõiunx libyſſa. mulier lybica. Profuſo. manãti lacte. Pubes egerię. tergemini aricini. Virbius appellatus fuit Hippolitus reuocatus ad vitam ope Aeſculapij:quaſi bis vir & tranſlatus in ſyluam aricinam ad cultum dianæ cuius fuerat ſtudioſus. ad hanc fabulã poeta & alludens:hũc aricinum Virbium appellauit & Capyn atqꝫ Albanum ab albanis regibus. Subſidens. inclinans ſeſe. vt melius ictum inferret:clycias confodit viſcera albani. Proruit. ſtrauit. Illi albano Heumachus occidit capyn. cuiꝰ manum ſecuit:cum clypeum non remitteret: Tota mole. impetu. & totis viribus:q̃uis eſſẽt ꝓ

Eurotã patrium:rituſqꝫ videre lycurgi.
Sed ſpartã penetrare deus fratreſqꝫ negabãt
Auſonij totidẽ numero:quos miſerat altis
Egeriæ genitos immittis aricia lucis
Aetatis mentiſqꝫ pares:at non dabat vltra
Cloto dura lacus aramqꝫ videre dianæ
Nãqꝫ vt in aduerſos impacti turbine pugnæ
Eumachus & clytas. & lætus nomine patris
xantippus iunxere gradus. ceu bella leones
Inter ſe furibunda mouẽt:& murmure ãhelo
Squalentis cãpos & longa mapalia cõplent:
Omnis in occultas rupes atqꝫ auia pernix
Maurus ſaxa fugit:coniunxqꝫ libyſſa ꝓfuſo
Vagitum cohibẽs ſuſpendit ab vbere natos.
Illi dira fremunt:perfractaqꝫ in ore cruẽto
Oſſa ſonant:pugnãtqꝫ feris ſub dẽtibus artus
Haud ſecus ęgerię pubes hinc virbius acer
Hic capys aſſiliũt:partibuſqꝫ albanus ĩ armis
Subſidens paulum perfoſſa proruit aluo
Albanum clytias:aſt illi cuncta repente
Implerunt clypeum miſerando viſcera lapſu
Eumachus inde capyn: ſed tota mole tenebat
Ceu fixũ mẽbris tegmẽ:tñ ĩprobus enſis
Adnexã parmę decidit vulnere leuam.
Inqꝫ ſuo preſſa ẽ nõ reddens tegmia niſu
Infœlix manus:atqꝫ hęſit labentibus armis
Vltima reſtabat fuſis iam palma duobus
Virbius huic trepidos ſimulãti ducerᷣ greſſus
xantippus gladio rigida cadit eũachus haſta:
Et tandem ęquatę gemino funere pugnę:
Inde alterna viris tranſegit pectora mucro.
Inqꝫ vicem erepta poſuerunt prelia vira.
Fœlices lœti pietas quos addidit vmbris.
Optabunt ſimiles venientia ſęcula fratres.
Extremũqꝫ decus memori celebrabitur ęuo.



ſtratus. Tegmẽ clypeum:qui videbatur eſſe affixus manui:adeo tenaciter ipſa manus clypeũ cõſtrĩgebat:ordo eſt:ſed tamen tota mole tenebat tegmen:ſeu fixum membris. Improbus enſis:ipſius heumachi. Parmæ. clypeo. Decidit. ſecuit. Non reddẽs. nõ relinquens. Clypeum niſu. conatu. Hęſit armis. adhæſit clypeo cadenti. Vltima palma. victoria poſtrema:quoniam ceciderant capys & albanus. Simulãti ducere greſſus idest arripere fugam ſimulato timore:ab hoc inquit qui fugam ſimulauit:cæſi ſunt Xantippus & heumachus. Geminato funere. nam duo pœni :& duo aricini iam ceciderant. Inde alterna idest Clycias:& Virbius:qui ſuperant ſe mutuis vulneribus trucidarunt. Fœlices lœti:laudat horum mortem poeta qui pro patria ceciderunt:cui vitam debemus:& pro qua vir bonus nunq̃ dubitauit occumbere. Sic Vir. de Euryalo & nyſo:Fortũati ambo ſiquid mea carmina poſſunt. Nulla dies vnq̃ memori vos eximet æuo. Et Papi. in thebaide de Ocleo & Diamante. Vos quoqꝫ ſacrati q̃uis mea carmina ſurgant: Inferiore lyra memores ſupabitis annos. Forſitan & comites non aſpernabitur vmbras Euryalus phrygijqꝫ admittet gloria nyſi. Ferre diem. durare per ſæcula:& tranſire ad poſteros:& ſi appollo non inuidet mihi famam At conſul to. Scipio conſul videns ſuos paſſim fugientes : eos ignauiæ accuſauit. hortatuſqꝫ ẽ ad pugnam pro decoro ſeruando : comparandaqꝫ gloria. Pallantes. effuſe fugientes. Quo ſigna refertis:verba Scipionis ad ſuos. Quis inquit pauor abſtulit vobis mentem:& cogit vos fugere oblitos veſtri. nullam romani nominis habẽtes rationem:quoniam p̄ſtat mori:q̃ turpiter fugere:cum viuendum nõ ſit niſi cũ decoro. & ſic arguit illos timiditatis:q̃ fortitudini opponitur. & ait:ſi non audetis conſiſtere in prima fronte:ſtetis poſt me:& eſte tantum ſpectatores pugnæ. Capti parentes. detrahit hoſtibus vt magis impellat ſuos. Capti. victi a romanis in primo bello punico. Ipſã turigeros. proſopopeia mouet affectus. Veſtales focos. ignem inextinctum in templo Veſtæ. & eſt locus a pio. Genitor. iuppiter miſeratus duram ſortẽ cõſulis demiſit martem qui illum e manibus hoſtium eriperet. Magnanimi me nate viri. verba iouis ad martẽ filium. Viri. ſcipionis. Extremus. vltimus. idest timeo mortem conſulis propinquam : ni ſubuenis:nam ſtudio cædendi adeo in hoſtes ꝓuehitur:vt iam propriæ ſalutis obliuiſcatur. & eſt magna laus Scipionis:qui pro patriæ ſalute vitæ nõ parcebat ſuę:quod fortem & magnum virum decet. Dulcedine cædem. ſtudio cedendi hoſtes accẽſum & oblitum propriæ ſalutis. Ducem libyæ. hannibalem qui appetit Scipionẽ. & plus laudis quærit morte vnius:q̃ ſi totum exercitum trucidaſſet. tantę molis erat ſuperare ſcipionem : cuius hæc magna eſt laus teſtimonio iouis. Dextrę tenerę. Nam erat tener adhuc Scipio filius conſulis:qui poſtea aphricanus appellatus eſt. Tranſcendere ãnos:pugnare ſupra vires ætatis. Pubeſcere bello idest non poteſt expectare pubertatem bello maturã : ſed puer

Si modo ferre diem miſeroſqꝫ videre nepotes
Carmia noſtra valẽt:nec famã ĩuidit apollo.
At conſul toto palantes ęquore turmas
Voce tenet:dũ voce viget:quo ſigna refertis?
Quis vos heu vobis pauor abſtulit? horrida
Si ſors viſa loci:pugnęqꝫ laceſſerᷣ frõtẽ (primi
Poſt me ſtate viri:& pulſa formidine tantum
Aſpicite has dextras:capti genuere parentes
Quos fugitis. q̃ ſpes victis? alpes ne petem?
Ipſã turrigero portãtem vertice muros
Credite ſubmiſſas romã nũc tendere palmas
Natorũ paſſim raptus cędemue parentũ
Veſtaleſqꝫ focos extingui ſanguine cerno.
Hoc arcete nefas:poſtq̃ inter talia crebro
Clamore obtuſę:craſſoqꝫ a puluere fauces
Hinc læua frenos:hinc dextra corripit arma
Et latum obiectat pectus:ſtrictũqꝫ minatur
Nunc ſibi:nũc trepidis ni reſtẽt comius enſẽ.
Quas acies alto genitor dũ ſpectat olympo
Conſulis egregij mouere pericula mentem.
Gradiuum vocat:& patrio ſic ore profatur.
Magnanimi me nate viri:ni bella capeſſis.
Haud dubie extremus terret labor. eripe pu(gnę
Ardẽtẽ. oblitũqꝫ ſui dulcedine cædũ
Siſte ducẽ libyę. nam plus petit ĩprobus vno
Conſulis exitio tota q̃ ſtrage cadentum
Pręterea cernis tenerę qui prælia dextrę
Iã credit puer atqꝫ annos tranſcendere factis
Molitur:longũqꝫ putat pubeſcere bello.
Te duce primitias pugnę:te magna magiſtro
Audeat:& primũ hoc vicat ſeruaſſe parẽtẽ.
Hęc rerum ſator. at mauors in prelia currus
Odryſia tellure vocat:tum fulminis atri
Spargẽtem flãmas clypeum:galeãqꝫ deoꝝ.
Haud illi facilem multoqꝫ labore cyclopum

adhuc præter rationem ætatis pugnā affectat. & ſic indoles Scipionis: & rudimentum imperatoriæ virtutis laudatur a ioue. Hoc vincat. hæc ſit prima victoria: & laus ipſius pueri liberare parentem vulneratum ab hoſtibus. Sator reꝝ. iuppiter omniū parēs & creator ſic loquutus eſt. Odryſia tellure. thracia. odryſę ſūt populi Thraciæ: vbi mars regnabat: quoniam ſunt bellicoſiſſimi. & domus martis erat ſub hemo monte Thraciæ: vt ingenioſe fingit Papinius in Thebaide. Haud vlli facilem: quam non facile aliquis deoꝝ portaſſet. Haud facilem. non aptam: cyclopes erāt miniſtri Vulcani: brōtes: ſteropes: hemonides: & pyragmō. Sudatum. ſudoribus elaboratum. Bello titanum. titanes fuerunt gigantes qui pugnauerunt cū dijs in theſalia. Exercitus vna. deſcribit comites martis.

Sudatum thoraca capit: quaſſatq; per auras
Titanū bello ſatiatā ſanguinis haſtā
Atq; implet curru campos exercitus vna
Irarum eumenideſq; ſimul lœtiq; cruenti
Innumerę facies: freniſq; operata regendis
Quadriiugos atro ſtimulat bellona flagello.
Fertur ab immenſo tempeſtas horrida cœlo.
Nigrāteſq; globos: & turbida nubila torquēs
Inuoluit terras: quatitur ſaturnia ſedes
Ingreſſu tremefacta dei: ripaſq; relinquit
Audito curru fontiq; relabitur amnis.
Ductorē auſonium telis garamantica pubes
Cinxerat: & tyrio regi noua dona parabat
Armorum ſpolium. & rorantia conſulis ora:
Stabat fortunæ non cedere certus. & acer
Mole retorquebat crudeſcēs cædibus haſtas.
Iamq; ſuo iāq; hoſtili perfuſa cruore
Membra madēt. cecidere iubę gyroq; ꝑ orbē
Arctato garamas iaculis propioribus inſtat.
Et librat ſæua coniectum cuſpide ferrum.
Hic puer vt patrio defixum corpore telum
Conſpexit: maduere genę: ſubitoq; trementē
Corripuit pallor. gemitūq; ad ſidera rupit:
Bis conatus erat pręcurrere fata parentis
Conuerſa in ſemet dextra: bis tranſtulit iras
In pœnos: mauors fertur per tela per hoſtis
Intrepidus puer: & gradiuum paſſibus ęquat
Continuo ceſſere globi: latuſq; repente
Apparet campo limes: metit agmina tectus
Cœleſti clypeo: & ſternit ſuper arma iacentū
Corpora: auctorem teli multaſq; paternos
Ante oculos animas optata piacula mactat:
Tunc rapta propere duris ex oſſibus haſta
Innixū ceruice ferens: humeroq; parentem:
Emicat attonitæ tanta ad ſpectacula turmæ.

Bellona eſt ſoror martis. & dicitur Enio: & aurigatur marti. ideo dicit: operata frenis regendis ideſt regēdo frena equos flagello impellit. Fertur ab immenſo. Deſcribit tempeſtatem quæ exorta eſt aduentu martis. & alludit ad rationē naturalem. Saturnia ſedes. italia. Relabitur fōti reuertitur propter timorem ad fontem ex quo fluit. Amnis. ticinus prope quē pugna erat. Ductorem auſonium. Scipio conſul globo hoſtili circundatus erat: & iaculo garamātico ī femore vulneratus eſt. Tyrio regi. Hannibali: ad quē cogitabat illa pubes referre ſpolium Scipionis. Stabat. Scipio decreuerat illic poti⁹ mori: vt fortem decebat imperatorē: ꝙ terga hoſtibus vertere: quod e roma dignitate nō fuiſſet. & ſic laudatur fortis animus Scipionis: & contra erectus & intrepidus. Acri mole: vehementi impetu ſæuiens cædibus in hoſtes Gyro arctato per orbem. Nam cinxerunt Scipionem: & quiſq; in illum torquebat iacula. & ſic vulneratus eſt quez ornat poeta: cum dicit multitudine hoſtili circundatum: vt vulnus acceptum non ſit indecorum. Librat emittit in Scipionem. Hic. tunc Puer. Scipio filius conſulis: auxit pauorem conſulis. vulnus inquit Liuius: periculumq; interuentu: tum primum pubeſcentis filij propulſatum: hic erat iuuenis: qui huius belli laudē adeptus eſt: & aphricanus cognominatus: conſulē partem medio acceptum: non armis modo: ſed etiam corporibus ſuis ꝓtegens in caſtra nuſꝙ trepide: neq; effuſe cedendo reduxit. Seruati conſulis decus Celius ad ſeruum natione ligurem delegat. malim equidem de Sylio verum eſſe: quod & plures tradidere auctores. Bis conatus erat. Laudat Scipionis pietatem erga parentem. Cogitabat inquit ſibi mortem conſcire vt caderet ante patrem: ſed mars transferebat iras in hoſtes. Pręcurrere. præuenire mortem patris. Latus limes. vita: & plures mactauit in patris vltionem. Clypeo cœleſti. Martis. Auctorem teli. illum qui patrem vulnerauerat. Ex oſſibus. patris. Emicat. ambulat: & ex acie ſe proripuit ferens humeris patrem. Libyis. ideſt ipſi milites Aphricceſſerunt Scipioni. Omnis iber. hiſpanus miles. Carthaginis arces. oraculum martis ad Scipionem puerū: cui ꝑdicit gloriā quā conſequi de/



bebat in fine huius belli. Nam victo Hannibale redegit Carthaginem ad tributum. Nulla tamē lōgo. ſuperabis īquit pœnos: ſed profecto nunꝙ aſſeqris maiorē laudē: etiā ſi totum orbē ſubigeres: ꝙ hodie adeptus es: qa patrē liberaſti: hæc tua pietas alia oīa ſupabit: quæ poſthac facturus es. Macte. conduplicatio ad maiorē Scipionis laudē. mactus dr̄ magis auctus. i. virtute præſtās. Macte virtute eſto: ingt. Hora. & Liuius. Indole ſacra. ſigno futurę virtutis & ipſe Scipio putabat fili⁹ iouis: ſed de hoc alibi dicet. Pōponia vocata eſt mater Scipionis quæ ī partu perijt. Vnde dicit Pli. Auſpicatius ſenecta parente gignuntur: ſicut Scipio aphricanus prior natus primuſq; Cæſar a cæſo matris vtero dictus: ꝙ de cauſa cæſones appellati ſimili mō natus & Māl ius: q Carthaginē cū exercitu intrauit: dicūt Scipionē natū eē ex pōponia & ioue mutato ī anguē: vt ipa narrat filio apud īferos: vt poſtea habebim⁹.

Tela tenent: ceditq; loco libys aſꝑ: & omnis
Late cedit iber: pietaſq; inſignis & ætas
Belligeris fecit miranda ſilentia campis.
Tū celſo e curru mauors carthaginis arces
Excindes inquit tyrioſq; ad fœdera coges
Nulla tamen longo tanta exorietur in æuo
Lux tibi care puer: macte: o macte idole ſacra:
Vera iouis proles. & adhuc maiora ſuperſūt.
Sed nequeūt meliora dari: tū nubila mauors
Aetheraq; emenſo terras iam ſole capeſſit.
Et feſſas acies caſtris clauſere tenebræ.
Condebat noctem deuexo cynthia curru
Fraternis afflata rotis: & ab æquore eoo
Surgebant roſæ media inter cærula flāmę.
At conſul triſtis campos pœniſq; ſecundam
Planiciem metuens trebiā colleſq; petebat.
Iamq; dies rapti curſu: varioq; labore
Et medio abruptus fluitabat in amne ſolutis
Pons viclis: q dardaniū tranſuexerat agmen
Eridani rapidas aderat cū pœnus ad vndas.
Dūq; vada: & molles aditus ꝑ deuia flexo
Circuitu petit: & ſtagni languentia quærit:
Interdum rapta vicinis ſaltibus alno
Flamineā texit qua trāſuehat agmina claſſē.
Ecce aderat trebiæq; ſimul vicina tenebat
Trinacrio accitus per cærula longa peloro
Graccorum proles cōſul gēs inclyta magno
Atq; animoſa viro: multuſq; ī imagine claris
Perfulgebat auus titulis belliq; domiq;.
Nec pœni poſitis trās amnē ī gramie caſtris
Deerāt: nāq; anios ſtimulabāt ꝓſpera rerum
Increpitanſq; ſuper ductor: quis tertius vrbi
Iam ſupeſt cōſul? ꝙ nā altera reſtat in armis
Sicania? en omnes latiæ: dauniq; nepotum
Conuenerę manus. feriant nūc fœdera mecū

Sole emenſo terras iam ſole occidente. Clauſere tenebræ. quoniā nox prelium diremit: auctore Liuio. Condebat noctem. deſcribit aurorā: qua conſul a Ticino mouēs citato curſu ad trebiā cōtēdit. Condebat. abſcōdebat: & pellebat obſcuritatē noctis. Cynthia. Luna ſiue diana dicta a cynthio mōte deli inſulę in qua nati ſunt phœbus & diana. Afflata rotis fraternis. radijs ſolarib⁹: qm̄ luna recipit lumē a ſole. Deuexo curru. īclinato ad occaſum: & ſole iam oriēte. Eoo. oriēte. At cōſul. hoc primū cū Hānibale ꝓliū fuit quo facile apparuit. ingt Liui. & equitatu meliorē pœnū eē: & ob id cāpos patētes: ꝗles ſūt inter padū: alpeſq; bello gerēdo romanis aptos non eē. Itaq; ꝓxia nocte iuſſis militibus vaſa ſilētio colligere caſtra ab Ticino mota: feſtinatūq; ad padū ē: vt ratib⁹ qb⁹ iūxerat flumē nōdū reſolutis ſīn tumltu: atq; īſectatiōe hoſtis copias traijceret. pri⁹ Placētiā ꝑuenere: ꝙ ſatis ſciret hānibal ab Ticino ꝓfectos. Triſtis cāpos. īfœlices romanis pp iopiā eqtat⁹. Pœnis. hoſtib⁹. Secūdā. aptā & vtilē pp equos & elephātos. Trebiā flu. ꝓpe placētiā: de quo dictū ē. Colles qm̄ ꝓpe placentia in colle qui nunc ſancti germani dicitur caſtra poſuit. Vano labore. quoniam in caſſum laborarunt Hannibal quippe aſſequutus eſt eos ad Trebiam: & vicit. Dies rapti curſu ſcilicet erant: quoniam celeriter contenderunt ad Trebiam. In medio amne. pado qui & Eridanus dicitur. Dumq; vada. Liui. dicit Hānibalem per ſuperiora padi vada exercitū traduxiſſe elephantis in ordinem diſpoſitis: ad ſuſtinendū ipetū fluuij. Vada. loca trāſitu facilia. Molles. faciles. Lāguētia ſtagni. i. dū ꝗrit loca padi: in qb⁹ eēt aqua lāguida & facilis ad trāſitū ꝑbēdū. Graccoꝝ ꝓles cōſul. Sēproni⁹. Graccus collega Scipionis e ſicilia quo ꝓtēderat vt īſulā ab ipetu barbaroꝝ tueret: aut ſi e repub. eſſet in aphricā trāſmitteret iuſſu ſenat⁹ celeri nauigatiōe ꝑ orā ſupi maris ariminū nauigauit Inde ad collegā maximis itieribus contēdit: q attritas ſuoꝝ vires itra vallū refouebat Graccorū familia nobiliſſia fuit. & multis triumphis: ac claro ſtēmate ornata: cēſores etiā hūit. M. &

C.Graccos.Peloro trinacrio.ſiculo:Pelorus eſt ad fretū ſiculū vbi cum Hieronem alloquutus eēt Graccꝰ
& res ſiculas pro temporis conditione ordinaſſet ariminum trāſmiſit. Accitus.euocatus inde a ſenatu.Cę
rula.mare ſuperū.In imagine.quoniā imagines maiorū diſponebant i atrijs:& armarijs & gētilitia fune⸗
ra ornabāt.erant aūt vultus ex cæra expreſſi auctore Pli.Semperq; defuncto aliquo totus aderat:familię
eius qui vnq̄ fuerat populꝰ.Trās am.padū.Quis ter.vr.verba Hānibalis iſultātis fortunæ romanorū. Sica
nia.Sicilia vnde venerat graccus. Nepotū da.i.venere oēs itali iam ad bellū.& illi q hitāt verſus ſiciliā: &
Apuliā:vbi regnauit Daunus ſocer Diomedis:inde daunia apulia dicta : hoc dicit propter graccū q in⸗
de redierat.Pacta.q̄ fuerunt inter romanos: &
carthaginenſes poſt primū bellum punicum.
At tu do.vertit ſermonē ſuū ad Scipionem:cui
exprobrat vitā:quā ope filij habebat.& ſic obij
cit Scipioni ignauiam.Sic ſic.optantis eſt:hæc
geminatio ſeruit affectui ipſius hannibalis. In
de leui iaculo.Hannibal prima luce numidas
equites trāſgreſſores trebiam fluuium obequi
tare iubet hoſtium portis iaculandoq; in ſtati
ones elicere ad pugnam romanos:iniecto de⸗
inde certamine ſenſim circa flumē pertrahere.
Sempronius ad tumultum numidarū primum
omnem equitatum ferox ea parte virium.dei⸗
de ſex milia peditum,poſtremo omnis copias
ad deſtinatum locum.iam ante cōſilio auidus
certaminis eduxit.erat brumæ tempus : & ro⸗
mani corpora non curauerant:ſed hoſtes igni
bus ante tentoria factis:& oleo perunctis mē⸗
bris:& cibo per ocium capto arma cœperunt.
Leui iaculo:expeditis iaculatoribus:& iaculis
in ſtationes romanorum iniectis.Sub ipſa ca⸗
ſtra. vſq; ad caſtra romana vthoſtes iritaret
ad pugnam.Alis maſylum turmis. Numidarū
& maſſylorum.Nec laties miles.romani puta⸗
uerunt non ſeruari decorum ſuum:ſi vallo ſalu
tem tuerentur.itaq; prouolarunt ad pugnam:
ne ignaui:atq; timidi viderentur.Sanguinei ſa
gi.rubri:quoniam paludamenta iperatorū erāt
coccinea.& i hoc loco poeta ſagum ponit pro
paludamento.Clamore vocat.apud Liuiū ſic
ait Graccus.quantum ingenuiſcent patres no⸗
ſtri circa mœnia Carthaginis bellare ſoliti:ſi vi
deant nos progeniem ſuam duos conſules:cō⸗
ſulareſq; exercitus in media italia pauentes in
tra caſtra pœnū quod inter alpes appēninūq;
agri ſit ſuæ ditiōis feciſſe.Vt torrens celſi. grac
cum obuios quoſq; ſternentem comparat tor⸗
renti qui ex pindo monte theſſaliæ magno im
petu ac fragore in plano ruens omnia ſter⸗
nit.Latus montis.ingens ſaxum.Non mihi me
oniæ.captat attentionem poeta oſtendens rei
magnitudinē:quā ne Home.qdē fons igeniorū
æquare potuiſſet:aut cētū liguæ. Meoniæ lin⸗
guæ.homericæ:Meō:apelles:& diꝰ fratres fue
rūt.Apelles habuit filiā Criteidē:quā Meō viti
auit:& Pœmio magiſtro ludi collocauit: q̄ pe⸗
perit puerū Homerū ad Meletē puerū:vñ me⸗
lecigenes appellatꝰ ē:& hoc fuit Smyrnę:q̄ eſt

Ductores italum:ac leges & pacta repoſcant.
At tu donata tela inter martia luce
Infœlix anime ſic ſic viuaſq; tuoq;
Des iterum hanc laudē nato:nec fine ſub æui
Oppetere i bello detur:cum fata vocabunt.
Pugnātē cecidiſſe meū ē:hæc ꝓſonat ardens.
Inde leui iaculo maſſylumq; impiger alis
Caſtra ſub ipſa datis iritat:& elicit hoſtem.
Nec latius vallo miles debere ſalutem
Fas putat:aut clauſas pulſari cuſpide portas.
Erūpūt cūctiſq; prior volat aggere apto (tes
Degener aut graccorū cōſul quatit aura comā
Caſſidis auricomæ criſtas : hūeroq; refulget
Sāguinei patriū ſaguli decus:agmia magno
Reſpectās clamore vocat:quaq; obuia dēſos.
Arctatturba globoſ rūpēs iter ęquore fertur
Vt torrēs celſi præceps euertice pindi
Cū ſonitu ruit in campos: magnoq; fragore
Auulſum montis voluit latus obuia paſſim
Armēta immaneſq; feræ: ſyluęq; trahuntur.
Spumea ſaxoſis clamat conuallibus vnda.
Non mihi meoniæ redeat ſi gloria linguæ:
Centenaſq; pater det phœbus rūpere voces:
Tot cædes ꝓferre queā:quot dextera magni
Conſulis:aut cōtra tyriæ furor edidit iræ.
Muranū ductor libyæ:ductorq; phalantum
Auſonius gnaros belli:vetereſq; laborum
Alter in alterius fuderunt cominus ore.
Monte procelloſo muranum miſerat anxur
Tritonis niueos te ſacra phalante profūdo.
Vt primum inſigni fulſit velamine conſul:
Quanquā orbus partē viſus: vnoq; cupētus
Lumine ſufficiēs bellis.citat iprobus haſtam
Et ſummæ figit tremebūdā margine parmę.
Cui cōſul:nāq; ira coquit pone iprobe qcqd



Reſtat in ore fero:& truncata fronte relucet
Sic ait intorquens directo turbine robur.
Et dirum tota tranſmittit cuſpide lumen.
Nec leuior dextra generatus amilcare ſæuit:
Huic cadit infœlix niueis varrenus in armis.
Meuanus varrenus:arat cui diuitis vber
Cāpi fulginea:& batulis clitumnus in aruis
Candentis gelido perfundit flumine tauros.
Sed triſtes ſuperi:atq; ingrata maxima cura
Victima tarpeio fruſtra nutrita tonanti.
Inſtat iber leuis:& leuior diſcurrere maurus
Hic pila:hic libycæ certāt ſubtexere cornus.
Denſa nube polū:quātumq; interiacet æqui
Ad ripas campi tantum vibrantia condunt
Tela nec arctatis locus eſt in morte cadendi.
Allius argyripa:dauniq; profectus ab aruis
Venator rudibus iaculis & iapige campum
Perſultabat equo:medioſq; iuectus i hoſtes:
Appula non vana torquebat ſpicula dextra.
Hinc horret thorax ſamnitis pellibus vrſæ
Et galea annoſi vallatur dentibus apri.
Verū vbi turbantem ſolo ceu luſtra pererret
In nemore:aut agitet gargano terga ferarum
Hic magno:hic ſeuus ꝑiter videre maharbal
Vt ſubigente fame diuerſis rupibus vrſi
Inuadūt trepidū gemina iter prœlia taurū.
Nec partē p̄dæ patitur furor:haud ſecus acer
Hinc atq; hic iaculo deuoluitur allius acto.
It ſtridens per vtrunq; latus mauruſia taxus
Obuia tum medio ſonuerūt ſpicula corde
Incertūq; fuit lethum:cui cæderet haſtæ.
Et iam diſperſis romana per agmina ſignis
Palantes agit ad ripas miſerabile pœnus
Impellēs trepidos:fluuioq; imergere certat:
Tū trebia iſauſto noua p̄lia gurgite feſſis.
Inchoat:& precibus iunonis ſuſcitat vndas.
Haurit ſubſidens fugientem corpora tellus.
Inſidaq; ſoli fruſtrata voragine ſorbet.
Nec niti lentoq; datur conuellere limo
Merſa pedum penitus veſtigia:labe tenaci
Hærent deuincti greſſus reſolutaq; ripa

ciuitas Meonię i aſia.vñ Home.meoniꝰ dr̄: &
Smyrneꝰ.Phœbꝰ pater.poetarū numē. Cōſul.
Gracchi.Furor tyriæ iræ.Hannibal tyrij.Gna
ros belli.peritos rei militaris.Vetereſq; laborū
iam veteranos & multū aſſuetos bello. In ore
alterius.in conſpectu:qa Hānibal vidit caden
tē phalantū:& Gracchus muranum.Anxur.ſu
pra eufratem fluuiū eſt oppidū terracina lin⸗
gua volſcorū anxur dictū.Mōte ꝓcelloſo. aſpe
ro.vndē terracina trachina.i.aſpera vocata ē:
vt autor eſt Stra.nā trachis græce latine dicit
aſper.& trachitis aſperitas.Tritonis.plꝰ aphri
cæ ſacra palladi patronymicum fœmininum
deductum a tritone fluuio:qui facit illam pa⸗
ludem.Inſigni velamine.coccineo paludamē⸗
to.Orbus partem viſꝰ.altero captus oculo.Ci⸗
tat.vibrat in conſulem.Ore fero.tua fronte fe
rina & crudeli:& ſic haſtam contorquens ocu
lum cupento tranſegit.Truncata.mutilata : &
priuata altero oculo . Nec leuior dextra. ipſe
Hannibal ſæuiebat dextra in romanos:vt grac
chus in pœnos.Meuanus.ex meuana vrbe vm
briæ prope fluginiam & hiſpellum:vbi eſt cli⸗
tumnꝰ fluuius:cuius aqua boues ſaturati & al
bia triumphantibus Ioui capitolino imolabā⸗
tur.Virg.in geor.Hinc albi clitum ne greges:
& maxima taurus Victima ſępe tuo perfuſi flu
mine ſacro:romanos ad templa deum duxere
triumphos:ad cuius imitationē hoc fingit poe
ta:dicitq; Iouem fuiſſe ingratum:qui paſſus ē
varenum cadere:qui ſtudioſe nutriuerat Ioui
capitolino maximam victimam fruſtra: quip⸗
pe nihil ꝓfecit.Candentes.albos. Vber fulgi⸗
nia.fertilis.Triſtes.igrati.Ingrata cura.nō gra
ta ioui.Maxima victima.tauri albicantes & pī
gues.Inſtat iber leuis.milites hiſpani inſtabāt
& mauri:tantaq; erat multitudo telorū:vt cœ⸗
lum tegeretur.Libycæ cornus haſtæ ex corno
arbore.Aequi campi.plani . ideſt omne illud
ſpatium quod erat inter hoſtes & trebiam. te⸗
gebatur armis:& haſtis.Liuius ait:Obruti ſūt
romani velut nube iam culorum a balearibus
coniecta.Arctatis.confertis:& denſis in pugna
adeo vt mortuꝰ ad terram cadere non poſſet:
ideo in morte non erat locus cadendi ipſis ar⸗
ctatis.Allius.nomē proprium viri:qui ex apu⸗
lia venerat:vbi regnauit daunus ſaucer Dio⸗
medis:qui argyripam illic condidit. Rudibus.
impolitis:& aptis venatori . hunc interfecere
mago & marharbal . Equo iapyge appulo .
Samnitis vrſæ.nam apud ſamnites vrſi abun⸗
dant:qui nunc beneuentani dicuntur.Ceu lu⸗
ſtra.ac ſi q̄reret venādo cubilia ferarū.Garga⸗
nꝰ mōs ē Apuliæ.Vt ſubigēte fame . Magonē
& Maharbalē irruētes i Alliū cōparat vrſis tau

tum impetentibus .Subigente.impellente. Ia-
culo acto.imiſſo hic a Magone.illic a Mahar
bale:& vtriuſq; haſta cor transfixi:dubiũq; fu-
it·cuius haſta ĩtuliſſet mortem.& laus eſt Alij
quem duo ductores ſimul confecerunt. Mau-
ruſia taxus:haſta punica ex taxo.Palãtes. effu
ſe fugientes. Agit.impellit. Tum trebia infau-
ſto:fingit poeta trebiam inſurrexiſſe contra ro
manos:ad imitationẽ Homeri:qui ĩ vigeſimo
primo iliados canit ſcamãdrũ aſſurrexiſſe con
tra Achillẽ:& Iunonẽ oraſſe Vulcanũ vt flam-
mis auxiliaretᷣ:ſic fingit etiã Papinius de iſme
no fluuio thebano:qui inſurrexit cõtra hyppo
medontem:& illum ſubmerſit. Tell⁹ ſubſidẽs
aperiens ſeſe & deorſũ tendens abſorbeat mili
tes infida voragine. Niti conſiſtere. Lento.tena
ci creta. Inexplicabile.ex quo nõ poterãt ſe ex
plicare. Cæca.quia nõ apparebat fraus. Cõtor
ta.immiſſa ab hoſtibus. Aruis.extra vadũ flu-
uij. Hirpinus.nomẽ acceptũ ab hirpinis popu
lis:de quibus loco ſuo dicetur. Vis elephanto
rum. Liuius ait ad hoc elephanti eminẽtes ab
extremis cornibus:equis maxime:nõ viſu mo
do:ſed odore ĩſolito territis fugã late faciebãt
Turrito dorſo.quoniam elephanti portant in
dorſo turres:& propugnatores. Vadis. aqs tre
biæ. Incubat.imminet:& occupat alueum flu-
uij. Explorant aduerſa viros.quoniã circa dif-
ficilia:& aduerſa verſatur virtus : & per labo-
res atq; dolores parat ſibi laudẽ. Explorãt. ex-
periuntur & conſiderant:qm̃ ĩ aduerſis homo
cognoſcitur. Duro cliuo.via aſpera : quæ pro-
fert virtutem : cuius radices amaræ ſunt : fru-
ctus autem ſuauiſſimi. Interrita.quæ non fran
gitur aduerſis:immo ſeſe obijcit vltro pericu-
lis:vt laudem aſſequatur. Inhonoratam.igna-
uam:& ingloriam:quoniam in aqua non po-
teſt oſtentari fortitudo. Famæ mundam . ſine
honore ac fama. Non queat auſonius.irruit in
elephantum fibrenus inquiens: Experiri libet
ſit ne in terris aliquid ita horrendum:quod en
ſis romanus non poſſit conficere : & ſit ne ali-
quid tam terribile:quod non poſſit necare ha
ſta tyrrhena.ideſt itala. Feræ.elephanti. Proſe
quitur.ideſt elephas impellendo caput adiu-
uit ictum:quoniam telum altius penetrauit La
pſo.excuſſo e dorſo elephanti. Extenſus . ideſt
per extenſa & ampla latera:& eſt accuſandi ca
ſus. Vibrat.quatit. Clauſit.fluuium.ſcilicet ſua
ruina. Ecce per aduerſum . deſcribit pugnam
Scipionis in ipſo fluuio. Per aduerſum amnẽ:
cõtra curſũ ipſi⁹ fluuij.i.aduerſa aq̃ : vt maior
eẽt labor. Implacabil᷑.cõcitat⁹. Tũ pelopeus a-
uis:Telgõ erat cyrenaic⁹.cyrenẽ aũt vt iã dictũ
ẽ therei cõdideꝛt:q ex laconia profecti calliſtẽ

Implicat:aut cæca ꝓſternit fraude ꝑ aludis.
Iamq; alius ſuper:atq; alius ꝑ lubrica ſurgẽs
Dum ſibi quiſq; viã per inexplicabile littus
Præripit:& putri luctatur ceſpite.lapſi
Occũbunt:ſeſeq; ſua preſſere ruina
Ille celer nandi iam iãq; apprendere tuta
Dum parat:& celſo connixus corpore prẽſat
Graia ſũma manu.liq̃diſq; emergit ab vndis
Contorta ripæ pẽdens affigitur haſta.
Hic hoſtẽ orbatus telo cõplectitur vulnis.
Vndantẽq; vado permixta morte coercet.
Mille ſimul læti facies.ligus occidit aruis.
Sed proiecta viri lymphis fluuialibus ora
Sãguineũ hauſerũt longis ſingultibus amnẽ.
Enabat tandẽ medio vir gurgite pulcher
Hirpinus ſociumq; manus clamore vocabat
Cum rapidis illatus aquis:& vulnere multo
Impulit aſꝑ equ⁹:feſſuſq; ſub ęquora merſit
Accumulat clades ſubito cõſpecta per vndas
Vis elephantorum turrito concita dorſo.
Nãq; vadis rapitur p̃ceps ceu ꝓruta cautes
Auulſi montis:trebiamq; inſueta tremẽtẽ
Præ ſe pectore agit:ſpumãti incubat alueo
Explorant aduerſa viros: perq; aſpera duro
Nititur ad laudẽ virtus interrita cliuo.
Nanq; inhonoratã fibrenus perdere mortẽ.
Et famæ mũdã impatiẽs ſpectabimur ĩquit:
Nec fortuna meũ condes ſub gurgite lœtũ.
Experiar ſit ne in terris domitare quod enſis
Nõ queat auſonius:tyrrhenaq; ꝑnecet haſta.
Tũ iacit aſſurgens:dextroq; in lumine ſiſtit
Spicula ſæua feræ:telumq; in lumine liquit.
Stridore horriſono penetrantẽ cuſpidis ictũ
Belua proſequitur:lacerãq; cruore profuſo
Attollit frõtem:& lapſo dat terga magiſtro.
Tum vero inuadunt iaculis crebraq; ſagitta.
Auſi iã ſperare necẽ:immenſoſq; ꝑ armos:
Et laterũ extẽſus venit atra cuſpide vulnus.
Stat multa ĩ tergo & migranti lancea dorſo.
Ac ſyluam ingentẽ concuſſo corpore vibrat
Donec cõſũptis longo certamine telis



Concidit.& clauſit magna depreſſa ruina.
Ecce per aduerſũ quãquã tardata morantur
Vulnere mẽbra virũ.ſubit implacabilis ãnẽ
Scipio:& ĩnumeris infeſtat cædibus hoſtem
Corporibus:clypeiſq; ſimul:galeiſq; cadentũ
Cõtegitur trebia:& vix cernere liq̃tur vndas.
Mezeus iaculo geſtar proſternitur enſe.
Tum pelopeus auis cyrenis incola telgon.
Hic torquet rapido correptũ e gurgite pilũ.
Et quantum longo ferri tenuata rigore
Procedit cuſpis per hiantia tranſigit ora.
Pulſati ligno ſonuere in vulnere dentes.
Nec iacto quæſita quies turgentia membra
Eridano trebia:eridanus dedit ęquoris vndis
Tu quoq; lapſe cadis tumſo p⁹ fata negato.
Quid domus heſpidũ aut luci iuuere dearũ
Fuluos aurifera ſeruantes arbore ramos
Intumuit trebia:& ſtagnis ſe ſuſtulit imis.
Iãq; ferox totũ propellit gurgite fontem.
Atq; ois torquet vires:furit vnda ſonoris
Vorticib⁹:ſeq̃turq; nou⁹ cũ murmure torrẽs.
Senſit:& accenſa ductor violentius ira
Magna o trebia & meritas ĩperfide pœnas
Exolues ĩuquit:lacerum per gallica riuis
Diſpergam rura:atq; amnis tibi noĩa demã
Quoq; aperis te fõte p̃mã:nec tangere ripas
Illabiq; pado dabitur:quę nam iſta repente
Sydonium ĩfœlix rabies te reddidit amnem:
Talia iactantẽ conſurgens aggere aquarum
Impulit:atq; hũeros curuato gurgite p̃ſſit.
Arduus aduerſa molle irrũpentibus vndis
Stat ductor:clypeoq; ruentem ſuſtulit ãnẽ.
Nec non a tergo fluctus ſtridente procella
Spumeus irrorat ſummas aſpergine criſtas.
Ire vadis:ſtabilemq; vetat defigere greſſum
Subducta tellure deus:percuſſaq; longe
Raucum ſaxa ſonãt:vndęq; ad bella parẽtis
Excitare pugnant:& ripas perdidit amnis.
Tũ madidos crines:& glauca fronte reuictũ
Attolit cum voce caput:pœnaſq; ſuperbas
Inſuper & nomen trebiæ delere minaris

vrbem prope minorem ſyrtim coluerũt.& the
ram a duce denominarũt:ideo dixit ſupra : Pe
lopei ſtirpe nepotis:& hic Telgõ. Auis.i.ꝓpter
maiores ſuos . & cyrenes cõditores ſuos erat
pelopeus.ideſt lacedæmonius:& peloponneſi
acus:quoniã Pelops Tantali filius illic regna-
uit & nomẽ pęninſulæ dedit. Lõgo rigore fer
ri.ideſt totum ferrum:quod erat in haſta pene
trauit in os Telgonis. Quies.i.non illic quieuit
proſtratus eo vulnere:ſed per trebiam in pa-
dum:& per hunc in mare adriacum deuolut⁹
eſt. Lapſe.hic lapſus erat Maurus:& in finibus
mauritaniæ horti erant heſperidũ:& poma au
rea. Fuluos.aureos. Iãq; ferox totum . Trebia
relaxauit ſuũ fontem:& oĩs vires ſuas in roma
nos effudit. Torquet.immittit. Senſit.ſcilicet
Scipio trebiam augeri & in romanos ſæuire.
Magnas o trebia.verba Scipiõis ad trebiã: cui
minaꝛ ſe adẽpturũ alueũ:quod ideo poeta figit
vt ad veram hiſtoriam alluderet: quoniam au-
tore Strabone Marcus ſcaurus deductis ex
Pado vſq; in parmenſem agrum foſſis nauiga
tionibus commodis paludes ipſas exſiccauit e
campis:per placentina ſi quidem arua trebia
padũ influens:alijq; itẽ cõplures ante fluuij vl
tra modũ pleni⁹ ſtagnabãt:hic ẽ ille Scaurus q
per piſas & limã vſq; ſabbatios viã ſtrauit æmi
liã:& hinc per derthonem. Alia vero ẽ æmilia
via:quæ flaminiam excipit:eodem enim in cõ
ſulatu Marcus Lepidus.& Caius flamine⁹ col
legæ fuerũt victores ligurũ. Strauere hic flami
niam vſq; Ariminum. Reliquam Lepidus vſq;
Bononiam. Per gallica rura.per agrũ placenti
num:qui eſt in gallia ciſalpina. Lacerũ: ſectum
in riuos & foſſas. Amnis Non vocaberis ĩquit
fluuius:ſed riuus. Sydonium amnem.fauẽtem
carthaginẽſibus. Aggere.cumulo. Stat ductor.
laus Scipiõis ab animi robore.nõ eñ volebat
cedere:ſed ſeſe cõtra aduerſa erigebat: quãuis
in aqua nõ poſſit vera fortitudo oſtẽtari. Ire va
dis·ĩgredi ꝑ aquã fluuij. Excitæ.euocatæ. Per-
didit ripas quoniam per campos ſeſe effunde
bat. Glauca fronde.harundine ſub viridi. Pœ-
naſq; ſuperbas.verba Trebiæ ad Scipionem.
Tot corpora porro . laus Scipionis ab hoſte:
qm̃ ꝓpter cadauera hoſtiũ deiecta ĩ vadũ a Sci
pione fluuius reſtagnabat. Porro.certe . Arcta
tus.conſtrictus. Adde modũ dextræ.ĩpone finẽ
cædibus:aut ſi vis pugnare pugna ĩ cãpis ꝓxi
mis nõ in meo alueo. Hæc venere adiũcta.fin-
git poeta Venerẽ miſeratã ſortem Scipiõis tẽ-
dẽtis ad cœlũ palmas ĩmiſiſſe incẽdiũ ĩ trebiã
& oĩs arbores abſũpſiſſe. Mulciber.vulcan⁹ fa
ber Iouis & numen ignis & veneris marit⁹:q̃d
nõ ſine rõne fingit poeta q̃ppe ex calore ; atq;

humiditate omnia procreantur:& mẽbris calefactis venus excitatur. Ingrauat.aggrauat hoc Scipio: & cõquerit̃ ſe p̃nui ab amne. Dij patrij. verba Scipionis ad ſuperos q̃rẽtis:de ſua fortuna:quod.ſ.ignaua morte periret:vt facit ęneas Virgilianus. Quoꝝ auſpicijs:quoꝝ numine & tutela:ſed obſcuꝝ erat:in cuius numinis tutela eẽt roma. Dij patrij erant penates:quos magnos deos Troiani dicebãt:Caſſius emina autore Macrobio dicit Samothraces deos eoſdẽ romanoꝝ penates proprie dici deos magnos: ſciens inquit hæc noſter Vir.ait cũ ſocijs: Natoq; penatibus & magnis dijs:hos vocant troiani etiã deos patrios autore Higino.cui opinioni Vir.aſtipulatur dicẽs.Dij patrij ſeruate domũ.de his etiã ĩtelligit hic Syllius. Talin læ tho.ignauæ: inhonoræq; morti ne ſeruaſtis in pugna ad Ticinum. Dextra.manu hoſtili:& in acie. Bellãti.quoniã tunc apparet fortitudo:liceat ĩquit pugnando mori:vt fortẽ virũ decet. Fratriq;.Gneo Scipioni:qui erat in hiſpania. Quam probẽ:laudari poſſim:& meum decoꝝ ſeruare. Rapidas vires.ignẽ qui omnia domat. Inuicti coniugis:Vulcani:quoniã ignis cũ inualuit ĩuict⁹ eſt:Vnde aliqui philoſophantes putauerũt ignem fuiſſe principiũ rerũ:quia ignis propter potentiam conuertit omnia in ſuã naturam:& ignis ẽ validiſſimũ elementũ. In altũ aerem. Abſorbet.deſiccat aquas. Stagnis. aqs iam obductis fauilla & cinere. At tandẽ a trebia.poſt hãc pugnã ĩfœlicẽ romanus exercit⁹ nocte ſequẽti ratib⁹ Trebiã tranſmiſit: venitq; Placẽtiã & Cremonã. Romæ aũt trepidatũ eſt accepto cladis nũcio:creatiq; ſunt alij cõſules Flamini⁹ & Seruilius. Poeta dicit Scipionẽ & Graccũ metatos fuiſſe caſtra in edito loco:vt eſſẽt ab hoſtib⁹ tuta. Vndis ſocialib⁹. aquis trebiæ.quæ fauerãt hoſtibus ĩ ea pugna. Traſimen⁹ eſt lac⁹ peruſin⁹. Boioꝝ nup pp̃los. Flaminius paulo ante boios debellauerat gentẽ gallicã accolentẽ Padũ:q nũc creat⁹ ẽ cõſul cũ Seruilio:cui⁹ flaminij temeritate exercitus romanus ad traſimenũ ꝓfligat⁹ eſt:acceptis a gracco prioris anni conſule duab⁹ legionib⁹:& duab⁹ a.C.Attilio p̃tore ĩ hætruriã ꝓperauit. Corde leuẽ.iſciã ignauã:& nõ hñtẽ ĩ ſe aliqd põderis: iõ facile ſupabat̃. Aſt⁹ iopẽ.ſĩ malitia. Pœni ãt cũ qb⁹ nũc res erat aſtutiſſimi erãt & ĩfidi. Tyrãno. Hãnibali. Hũc Flaminiũ. Leuis oib⁹ malo omine creatũ cõſulẽ. Saturnia. Iuno filia Saturni:q̃ romanos odio ꝓſeq̃bat̃ deſtinauit conſulatũ Flaminio:vt romanũ exercitũ perderet. Feſſo iperio.attritis rebus romanis duplici clade. Fatalia dãna.fato ventura. Iuris. poteſtatis conſularis. Clauũ.clauus dicit̃ temo nauis.quẽ

O regnis inimice meis:tot copora porro
Dextra fuſa mea clypeis galeiſq; virorum
Quo mactas arctatus iter : curſumq; reliqui
Cede vides ſtagna alta rubẽt:retroq; ferũtur
Adde modũ dextræ:& cãpis ĩcũbe propiqs.
Hęc venere adiũcta tumĩdo ſpectabat ab alto
Mulciber obſcuræ tectus caligine nubis
Ingrauat ad cœlũ ſublatis ſcipio palmis:
Dii patrii:quorũ auſpiciis ſtat dardana roma
Talin me læto tanta inter prælia nuper
Seruaſtis:fortunæ aĩam hãc excidere dextra
Indignũ eſt viſum:redde o me nate periclis.
Redde hoſtili.liceat bellãti arceſſere mortẽ.
Quã patriæ.fratriq; ꝓbẽ:tũ percita dictis
Ingemuit venus.& rapidas detruſit in amnẽ
Coniugis ĩuicti vires:agit vndiq; flammam:
Diſperſus ripis ignis:multoſq; per annos
Nutritas fluuio populatur feruidus vndas.
Vritur omne nemus:lucoſq; effuſus in altos
Immiſſis crepitat victor vulcanus habenis.
Iamq; ambuſta comas abies.iã pinus & alni:
Iam ſolo reſtans trunco dimiſit in altum
Populus aſſuetas ramis habitare volucres
Flãma vorax imo penitus de gurgite tractos
Abſorbet latices:ſæuoq; vrgente vapore
Siccus inareſcit ripis cruor horrida late
Scinditur in rimas:& hiatu rupta dehiſcit
Tellus:ac ſtagnis altæ ſedere fauillæ
Miratur pater æternos ceſſare repente
Eridanus curſus:nympharũq; ĩtima mœſtus
Impleuit chorus attonitis vlulatibus antra.
Ter caput ãbuſtum conantẽ attollere iacta
Lãpade vulcanus merſit fumantibus vndis.
Ter correpta dei crines nudauit arundo.
Tũ demum amiſſæ vires:& voce precantis
Orantiq; datum ripas ſeruare priores
Ac tandem a trebia reuocauit ſcipio feſſas
Munitũ in collẽ gracco comitante cohortes.
At pœnus multo fluuiũ veneratus honore
Gramineas vndis ſtatuit ſocialibus aras.
Neſcius heu quãto ſuperi maiora mouerẽt.



Et quos auſonię luctus traſimene parares.
Boiorum nuper populos turbauerat armis
Flaminius: faciliſq; viro tum gloria belli
Corde leuẽ:atq; aſtus inopẽ cõtundere gẽtẽ.
Sed labor haud idem tyrio certaſſe tyranno.
Hunc leuis vrbi genitũ ad fatalia damna
Ominibus parat imperio ſaturnia feſſo.
Ductorem:dignũq; virũ veniente ruina.
Inde vbi prima dies iuris:cluũq; regendæ
Inuaſit patriæ:& ſub nutu caſtra fuere:
Vt pelagi rudis:& pontum tractare per artẽ
Neſcius accepit miſeræ:ſi iura carinæ:
Ventorum tenet ipſe vicẽ:cunctiſq; procellis
Dat iactare ratẽ:fertur vaga gurgite puppis
Ipſius in ſcopulos dextra ĩpellẽte magiſtri.
Ergo agitur raptis p̃ceps exercitus armis
Lydorum populos:ſedẽq; ab origine priſci
Sacratã corithi:iũctoſq; a ſanguine auorum
Meonios italis permixta ſtirpe colonos.
Nec regẽ aphroꝝ naſcẽda ad cœpta moratur
Laude ſuper tãta mõitor deus.omnia ſomni
Condiderant:ægriſq; dabant obliuia curis.
Cũ iuno ĩ ſtagni iuuenẽ cõuerſa propinqui
Et madidæ frontis crines circũdata fronde
Populea ſtimulat ſubitis præcordia curis.
Ac rũpit ducis haud ſpernenda voce quietẽ.
O fœlix famæ:& latio lachrymabile nomen
Annibal auſonia:ſi te fortuna creaſſet
Ad magnos venturæ deos:cũ fata tenemus:
Pelle moras:breuis ẽ magni fortuna fauoris.
Quantum vouiſti cũ dardana bella parenti
Iurares:fluet auſonio tibi corpore tantum
Sanguinis:& patrias ſatiabis cedib⁹ vmbras.
Nobis perſolues merito ſecurus honores:
Nãq; ego ſũ celſis:quẽ cictũ mõtibus ambit
Tmolo miſſa manus ſtagnis traſimẽus opa
His agitur monitis.& lętã numĩe pubẽ (cis.
Protinus aerii p̃ceps rapit aggere montis:
Horrebat glacie ſaxa inter lubrica ſummo
Piniferum cœlo miſcẽs caput appenninus
Condiderat nix alta trabes.& vertice celſo

pro regimine imperij ponit & iure conſulari. Sub nutu.ſub ditione. Vt pelagi rudis. Flaminiũ temerariũ cõparat nautæ iperito:qui nauĩ ad naufragiũ ĩpellit. Rudis pelagi.ignarus artis nauigãdi. Tenet vicẽ ventoꝝ.facit id quod ſolẽt facere vẽti:ideſt nauim ad ſcopulos ĩpellit:cũ ignoret artẽ nauigandi. Lydoꝝ populos hætruſcos. Lydi vt dictũ ẽ venerũt in hætruriã duce tyrrheno. Corithi. Corithus fuit oppidũ hætruriæ p̃ria dardani filij Iouis & electræ: q patriã deſerẽs ſuã in ſamothraciam ꝓfectus ẽ: vnde penates ſacra:ſacrorumq; ritus aduexit ĩ Phrygiã:quæ poſtea æneas in latiũ reuexit: & ideo ꝓpter dardanũ appellat hætruriã ſedẽ ſacratã:nũc appellat̃ corthona:non lõge ab aretio & lacu peruſino:quo ꝓfectus eſt Flamini⁹ alibi dicit: Areti muros corithi nunc diruat arces. Colonos męonios.lydos nam lydi ex męonia q̃ & lydia dr̃ ꝓfecti cũ hętruſcis hitãt:& iõ hętruſci męõij. Lydi & tyrrheni a duce tyrrheno dicũt̃. Auoꝝ.ãtiquoꝝ q mixti fuerẽt:iõ dicit Permixta ſtirpe. Nec regẽ aphroꝝ.figit poeta Iunonẽ cõuerſã ĩ formã Traſimeni monuiſſe Hãnibalẽ noctu:vt ad lacũ peruſinũ cõtẽderet vbi rõanũ exercitũ ꝓfligaturus eſſet. Monitor de⁹. Iuno.reſpexit ad numẽ.ſic Vir. Venerẽ appellauit deũ. Oĩa ſõni.deſcribit tẽp⁹:quo Iuno Hãnibalẽ monuit. O fœlix famę.verba iunõis ad Hãnibalẽ:quoꝝ p̃cipio beniuolẽtia captatur:ĩñ ꝓponit̃ vtilitas:& gl̃ia:vt magis vir laudis cupid⁹ excitetur. Ad magnos vẽture deos. laus hæc ẽ romanoꝝ ex ore iunõis ĩimicæ: q̃ ſcilicet ſol̃ italis ſiue rõanis dabatur aſcendere cœlũ:& referri ĩ nũeꝝ deoꝝ. Auſonia.ĩ italia. Cur fata tenem⁹.breuis ẽ narratio:q̃ ſuadet ab vtili:nõ eẽ cũctãdũ cũ ꝓſpa fortũa cito diſcedat itaq; iſtãdũ ẽ iqt dũ fortũa tibi aſpirat.q̃ temeraria ẽ & cæca. Quãtum vouiſti.loc⁹ ẽ ab vtili; qm̃ hæc oro ĩ gñe deliberatiuo verſat̃: Poteris ĩngt o Hãnibal nũc id efficere qd̃ tuo pr̃i iuraſti:& ſatiare manes pr̃nos ſanguĩe romanoꝝ. Securus.iam victor ad traſimenum mihi ſacrificabis. Namq; ego ſum celſis:ne videretur eẽ fantaſma quoddã dicit ſe eẽ traſimenũ: numẽ. ſ.lacus peruſini vbi erat futura clades. Tmolo miſſa manus.i.ipſi mæonij:& lydi qui venerũt ex lydia:vbi eſt tmolus mons.qui etiam timolus dicitur. Oui. Deſeruere ſui nymphæ vineta timoli. Numine.monitu traſimeni. Aerij montis.altiſſimi appẽnini. Horrebat.deſcribit appẽninum niuibus:& pruinis obductũ. Ire iubet. Hãnibal iuſſit exercitũ ꝓcedere ſĩ mora qppe prior gl̃ia:quã fuerãt adepti in alpibus extigui videbatur:ſi illic traxiſſent moras:quoniã nulla difficultas debebat eos retinere poſt ſupera

Roſtra gerens niuea ſurgebat mole columna.

tem natũ fuiſſe ex vinduna & hercule:Hoſpite
ſacro.Hercule qui erat deificandus.Læto crimi
ne.concubitu.Seminis.Herculei.Arcas.puella
arcadici euãdri filia Ventura mater.ꝗ erat futu-
ra mater.In nepotes herculeos:fabiorũ familiã
qui erant nepotes & poſteritas herculis & ipſiꝰ
vidunæ.Domus hæc.fabioꝝ.ſenſus eſt Fabius
dictator cũctãdo & a quãdo Annibalem ſuꝑauit
oĩa geſta maiorum ſuoꝝ tãtæ molis erat æquaŕ
ne dum vincere Annibalē quē laudat poeta:vt
maior laus accedat Fabio ꝗ eũ tãto ſucceſſu tu
mentem cunctando fregit.Tercentũ.qui perie-
runt apud cremeram in pugna cōtra veientes
vt dictũ eſt. Pœne . Annibal tanti momēti erat
vt te æquare eſſet ſuperare ꝑ̃clara aliorũ facta.
Dum ſe perculſi.Fabio dictatori datum eſt ne-
gocium:vt muros vrbis turreſq; firmaret:& ꝑ̃ſi
dia diſponeret Annibal interim recto itinere
per vmbriam ſpoletũ vtq; venit: inde cũ popu-
lato agro vrbem adortus eſſet oppugnare cum
magna cæde ſuoꝝ repulſus eſt cōiectãs ex vniꝰ
coloniæ haud nimis ꝓſpere tentatæ viribꝰ quã
ta moles romanę vrbis eſſet:in agrũ picęnũ:ver
tit iter auiditate ꝑ̃dæ:demũ in cãpaniã peruēit
vbi picturã primi belli punici apud linternũ vi-
dit:vt a poeta igenioſe fingiť.Perculſi.cōſterna-
ti.accepta clade.Tuder.adhuc retinet nomē op
pidum vmbriæ porrectũ in dorſo montis:ſupra
meuaniam prope quam eſt clitũnus in plano ē
meuania ꝓpe fulginiam & in valle vmbriæ quę
nunc ſpoletina dicitur cuius lōgitudo eſt a per-
uſia ſpoletum vſq; : dextra læuaq; ſunt mōtes.
Inertes.inutiles obſcuras. Ingentem tauꝝ.qui
mactabatur a triũphantibus ioui capitolino.
Agros palladios.picęnos oliuiferos:inde oliuę
picenæ celebranť a poetis:& cũ traieciſſet An-
nibal truentum:marrucinos & marſos:atq; pe-
lignos depopulatus in campaniã ſe effudit.Er-
rantibus.diſcurrentibus ad predã.Signa popu-
lantia.ſuos milites qui omnia depopulabantur
Mitis .pacifica & fertilis magiſq; apta paci ꝗ
bellis.Indefenſa.quoniam romani nō poterant
ferre opem tribus cladibus iam attriti.Stagno-
ſi linterni.linternum eſt oppidum cãpaniæ cla-
rum exilio aphricani maioris:& ideo poeta fin
xit illic fuiſſe picturam primi belli punici : fuit
ibi Scipionis ſepulchrum auctore ſtrabone:cu-
ius ruinas ſe vidiſſe Liuius teſtatur: in quo tale

fuit epigrãma. Deuicto Annibale capta carthagine:&aucto Imperio hos cineres marmore tectus habes Cui nõ europe nõ obſtitit aphrica quõdam. Aſpice res hominũ q̄ breuisvrna premit:litetnũ eſt prope mare poſt ſinueſſam. Stagnoſi. quoniã prope erãt paludes:vnde dicet poſtea vndoſis ſqualida riuis hinc literna palus:adde ꝙ linternum alluitur fluuio eiuſdem nominis. Templum. hoc fingit poeta quoniam in tẽplis talia pingebantur. vt de hiſtoria troiana fingit Virgilius in templo carthaginis. Exhauſti. finiti:qđ durauerat per. xxiiij. annos. Primus bella truci. Mamertini:de quibus dictum eſt natio cãpana:&tũc meſſanã freto ſiculo incũbentem habitantes implorauerunt opem romanorũ contra hyeronẽ regem. a quo obſidebantur:& poſtvarias ſententias in ſenatu populus cenſuit & plebs ſciuit ſuadente. M. Attilio. Regulo illis implorãtibus opẽ eſſe ferendã. Neganda viro. quæ Regulus debuiſſet negare ac diſſuadere ſi ſciuiſſet fatoꝝ voluntates: quippe in eo bello periturus erat. Indictæ more parentum. quoniam bellum indicebaẽ a romanis per feciales priſco ritu:vt abunde dixi in cõmẽtarijs officiorum. Appius claudius cõtra hyeronem & pœnos in auxilium mamertinorum primus in ſiciliã exercitũ romanum traiecit:& pœnos ſicilia expulit:& appellatꝰ eſt claudius caudex:huiꝰ appij meminit Suetonius in tybero. Reuinctus. coronatus laurea corona vt moris erat triumphantium. Sarrana. punica:qũ pœnos Sicilia expulit. Tropheũ. colũna ĩ qua erãt inſignia victoriæ:naualis:&roſtra nauiuꝫ ſuſpẽſa. C. Cornelius:&. C. Duilius collegę in cõſulatu militauerẽ in ſiciliam:in primo bello punico. terreſtibus copijs prętererat Duilius & Annibal claſſi puuicæ. romane autẽ Cornelius qui fraude punica captꝰ ẽ:& ad Annibalem ꝑductus duilius relicto exercitu tribunis claſſem adijt:& ad mylas nauali prelio pœnos vicit:& .l. naues cœpit :conceſſumqꝫ illi a ſenatu fuit vt reuertẽti a cœna tybicines canerẽt & funale ꝓferreẽ. Alto mari ſiculo. Sacer. quoniam in ſacris vtebanẽ tybicinibus romani. Cantus. ipſorum tybicinum. Læti. iucundi Scipio. L. Cornelius Scipio cõſul in ſardinia & corſica contra ſardos corſos:& hãnonẽ pœnorum ducem ꝓſpere pugnauit:& hãnoni exequias celebrauit. Ciuis. hannonis ciuis carthaginẽſis. Extremos honores:exequias: & funeris põpa : qua eum ſcipio honeſtauit. Videt inde ruentem. videbat Attilium Regulũ appellantem claſſem littoribus libycis& pubẽ romanam diſcurrẽtem ꝑ agmina pœnoꝝ fuſa. Autololes& nomades ſũt populi aphricæ quos in primo bello punico Regulusvexauit:priuſq̄ capereẽ:hammones etiam & garamantes. Bragada. nunc de ſerpente interfecto ad bragadã. Proiectum pupi. carthaginenſes cupientẽ redire in patriam Xantippũ pelago merſerũt fruſtra inuocãtem numina: quippe nõ pepercerũt pœni atqꝫ poeta illũ dediſſe pœnas mortis Reguli ſed ſeras:nã debuit mori priuſq̄ regulꝰ capereẽ. merſerũt Xantippũ pœni redeuntẽ ĩ patriã in medio mari ne gloriã de regulo capto totam ſibi aſſumeret. Rectorem amycleum. Xantippum lacedemonium. Perfida manus. ipſi pœni qui eum in patriam reducere ſimulauerant. Pendebat. perſoluebat. Digni læti. nam merebatur talem mortem propter violatum regulum. Egates. inſulæ duæ ſunt in mari ſiculo apud quas luctatius vicit claſſem punicam. centum &. xx. naues amiſere pœni ad egates. quarum duæ de. l. ſubmerſæ ſunt. luctatius nauibus captis quæ ſupererant redijt ad lilybeum cum quo amilcar pœnorum legatus fœdus percuſſit. Prona aura. proſpero vento:& ferenti. Ad littora. ipſius ſiciliæ prope lilybeum. Legatus amilcar. Poſt victoriam luctatij ad egates carthaginẽſes:vt ſcribit polybius:miſſo ad amilcarem q̄celerrime nuncio poteſtatem illi dedere quicquid e repu. videretur faciendi:& ſic fœdus cum luctatio percuſſit. Ductoris. Annibalis. Verterat ora in ſeſe. omnium oculi relictis alijs imaginibus intuebantur amilcarem. Pacis faciem. conditiones pacis de quibus dictum eſt. Pollutas. violatas propter rupta fœdera Iouem. inuocatum. ſcilicet in fœdere. Dictantes iura. conditiones pacis. Strictas. expeditas & paratas ad ſupplicia nocentium. Horrebat. timebat. Irrita. quæ non ſeruauerunt pœni:excitantes poſtea bellum hoc punicum ſecundum. Hęc eryce e ſummo. fingit poeta illic fuiſſe depictam venerem quæ videbatur omnia ſpectare ex eryce monte ſiciliæ vbi colebatur:vnde erycina dicitur venus:dictus autem eſt eryx mons ab eryce filio veneris & butæ illic ſepulto quem cæſtibꝰ Hercules interemit. Dione. venus poſuit nomẽ matris pro filia. Læta. quoniam romani erant victores in mari ſiculo. Percenſuit contemplatus eſt & oculis

Exuuias marti donum quę duilius alto
Ante omnes merſa pœnorũ claſſe dicebat.
Cui nocturnus honos funalia clara ſacerqꝫ
Poſt ępulas tibicem adeſt:caſtoqꝫ penates
Inſignis læti repetebat murmure cautus.
Cernit & extremos defuncti ciuis honores.
Scipio ductoris celebrabat funera pœni
Sardoa victor terra:videt inde ruentem
Littoribus libycis diſperſa per agmina pubẽ.
Inſtabat criſta fulgens & terga premebat
Regulꝰ autololes nõadeſqꝫ &,maurꝰ & ãmõ
Et garamas poſitis debebant oppida telis.
Lentus arenoſo ſpumabat bragada campo.



perlegit. Lenta ira. quæ paulatim cuncta oculis luſtrando aucta erat. Non leuiora dabis. verba Annibalis ad carthaginem. i. non minora q̄ ſint hæc a romanis depicta in dedecus nr̃m. Captam ſaguntlium. enumerat ſuasvictorias annibal quas vult depingi in tectis carthaginis templiſqꝫ in dedecus romanorum. Da ſpectare. pinge vt ſit ſpectaculum omnibus. Patres. nam vt habuimus ſaguntini ſe inuicem trucidarunt:& neqꝫ pater filijs:neqꝫ filij patribus pepercerunt. Alpes. in acceſſas& ſuperatas a nobis. Exiguus locus:occupabant inquit alpes depictę magnum locum in tẽplo:cum ipæ ſint maximæ. Ardua. iuga alpium ſuperata a nobis. Adde etiaꝫ ticini. i. victoriam partam a nobis ad Ticinum & trebiã. Noſtrũ ideſt nobis fauẽtem. fauit quippe trebia pœnis vt habuimus. Fugiat cõſul. Scipio quem filiꝰ ad ticinum humeris in caſtra vulneratum rettulit: & ſic ſubvno aſpectu Syllius omnia poſuit:quę hactenus Annibal in italia geſſerit : & prius in hiſpania. Hæc. has measvictorias ſparge per orbem. vulgata pictura. Effinges. poteris depingere Facibus libyſſis. incendio a nobis iniecto. Tonãtem. iouem capitolinum. & ſeruat poeta decorũ viri ab omni pietate alieni. Quorũ dextris:captat animos ſuorum quos tãtarum cladũ autores dicit: & iuſſit porticum incendio abſumi:redigiqꝫ in cineres:picturæ initia autore plinio incerta ſunt. & ea inquirere ſuperfluum eſt. ægyptij ſex milibus annorum apud ipſos inuẽtam affirmabant priuſq̄ in gręciam tranſirent: gręcorum aliqui dicunt apud ſicyonem vrbem achaiæ :aliqui apud corynthum repertam oĩs ab vmbra hominis linæis circundata : hæc fuit pria:ſecunda ex ſingulis coloribus:&eo tempore quo Demarathus corinthius in italiam venit abſolutiſſima apud romanos pictura erat. & pictor templi quod erat ardeæ donatus eſt ciuitate:& in pictura tale fuit carmen. Dignus:digna loco picturis condecorauit reginæ iunonis ſupmæ coniugis templum. Mar. ludius ætoles ætolia oriundus. Quem nunc & poſt ſemper ob artem hanc ardea laudat: & hæc erant ſcripta antiquis litteris latinis:honor huic arti maturẽ apđ romanos cõtigit. Siquidem. ex ea cognomia pictorum traxerũt Fabij gentis clariſſimæ & princeps eiuſdem cognominis ædem ſalutis pinxit ãnos vrbis conditæ. ccccl. q̄ pictura durauit ad memoriã Plinij. Troianis tẽporibꝰ pictura non erat:non tamen mirari debemus Vir. ceciniſſe picturam apud carthaginem :poetę quippe ad tempora ſua plerumqꝫ reſpiciũt. Monumenta hoc templum cum tali pictura:monumenta dicũtur oĩa quæ nos alicuiꝰ rei præterite monẽt.

Viperea ſanie: turmiſqꝫ minantibus vltro
Pugnabat ſerpens. & cũ duce bella gerebat.
Nec nõ proiectum puppi fruſtraqꝫ vocantẽ
Numina amyclæũ mergebat perfida ponto
Xantippum mãus:& ſęras tibi regule pœnas
xãtippus digni pendebat in ęquore læti:
Addiderant geminasmedio cõſurgere fluctu
Egates lacerę. circunfragmenta videres
Claſſis : & effuſos fluitare in gurgite pœnos.
Poſſeſſor pelagi pronaqꝫ luctatius aura
Captiuas puppes ad littoravictor agebat.
Hæc inter iuncto legatus in ordine amilcar
Ductoris genitor cunctarum ab imagine reꝝ
Totius in ſeſe vulgi conuerterat ora.
Sed pacis facies &pollutas fœderis ara
Deceptumqꝫ iouẽ:ac dictãtes iura latinos
Cernere erat:ſtrictas trepida ceruice ſecures
Horrebat libys:ac ſubmiſſis ordine palmis
Orantes veniam iurabant irrita pacta.
Hæc eryce e ſummo ſpectabat lęta dione:
Quæ poſtq̄ infeſto percenſuit omnia vultu:
Arridens pœnus lenta proclamat ab ira.
Non leuiora dabis noſtrisinſcribere tectis
Acta meæ dextræ : captã carthago ſagunthũ
Da ſpectare ſimul flamma ferroqꝫ ruentem.
Perfodiãt patres natorum mẽbra:nec alpes
Exiguus domitas capiat locus. ardua celſis
Perſultet iuga victor eqs garamaſqꝫ nomaſqꝫ
Adde etiam ticini ſpumantes ſanguine ripas:
Et noſtrũ trebiã:& traſimeni littora thuſcis
Clauſa cadaueribus:ruat ingẽs corpore & armis
Flaminius fugiat cõſul manãte cruore
Scipio:& ad ſocios nati ceruice vehatur.
Hæc mitte ĩ pplos: &adhuc maiora dabũtur
Flagrantẽ effingẽs facibus carthago libyſſis
Romam:&deiectum tarpeia rupe tonantem.
Interea vos vt dignum eſt iſta ocius ite

Petri marſi interpretatio in ſeptimũ volumen Syllij italici.

INterea trepidis fabius ſpes vnica rebus. Fabius dictator a populo creat⁹ habita in primis cura ſacrorumvotisetiam ędib⁹vt fatales libri monebãt:vt ille.ſ.voueret:cuius maximũ imperiumin ciuitate eſſet de bello atq; repu.rettulit vt quibus quotue legionibus victori hoſti obuiam eundum eſſet pr̃es cenſerent. In ie via flaminia ,pfectus autriculos venit:&cũ acepiſſet Annibalẽver tiſſe iter in apuliam accepto exercitu cõſulis a flacco p agrũ ſabinũ tibur quo die ad conueniendũ nouis militibus edixerat venit. Inde præneſte ac tranſuerſis itineribus in viã latinã tranſgreſſus eſt. Inde itineribus ſũma cura exploratis ad hoſtẽ contendit: nullo loco niſi q̃tum neceſſitas cogeret fortunæ ſe cõmiſiur⁹ & eo aĩo vt cum hoſte tam fauſti martis niſi neceſſario manus non cõſereret:aſſequutuſẽ igitur annibalẽ in apulia:& nõ ,pcul ab arpis cõſedit.annibal cu; Fabiũ ad pugnã allicere nõ poſſet in cãpaniã mouit:&decept⁹errore nois clauſus eſt a Fabio in falernis:euaſit tamẽvir ſolers nouo cõmẽto: Inde fabius romã redijt ſacrorum cauſa relicto exercitu minutio magr̃o ęqtũ :cũ quo poſtea æquatum habuit ĩperium temeritate plebis. Sed Minutius tandem e manibus hoſtis a fabio ereptus ius ſuũ fabio reſtituit:& fabio ſacrificãs eũ patrẽ appellauit. Interea.dum talia agerent̃ ab hoſtibus Rebus trepidis.trepidãti reip.romãæ. Vnica ſola magna laus Fabij Aegrã vulnere.affectã & debilitatã calamitate accepta. Pręceps.feſtinus ſine aliqua cũctatiõe quippe res & tp̃s nõ patiebant̃ morã. Viridi ſenio.adhuc apto laborib⁹ caſtrẽſibus. Mẽs fabij heroica:qa tranſcendebat humanã mentẽ. Fabius quippe ſolus prudẽtia qua erat ſubnixus reprimere annibalẽ in armis furentẽ &iuueniliter exultantẽ videbat̃. Sacra vis.hoc aĩ robur: & ſnĩa. Siſtere.firmare. Fouentẽ aduerſa.i.ipos hoſtes quibus tũc fortuna belli arridebat. ni fabius inqt cũctãdo annibalẽ fregiſſet:actũ penitus fuiſſet de romano noie. Dardanij.romani. fuiſſet deletũ a pœnis nomẽ romanũ. Modũ.finem:qm̃ iuno fauebat pœnis. In punica caſtra ,p carthaginẽſibus. Statuit.finiuit:ſiue firmauit Lẽto moderamine.cũctãdo annibalẽ tot cladibus ſupbientẽ repreſſit. Heſperis.italis. Pœnũ. Annibalẽ. Sũme ducũ:verba poetæ in laudẽ fabij:qui rẽ romanã cũctãdo reſtituit.iterum labentia.hoc dicit ,ppter excidiũ Troianũ. iterum videbatur Troia ruere ſi Roma q̃ inde h̃uit originẽ a pœnis capta fuiſſet. Fluxas res.ipſã rẽpu.labantẽ & ſpectãtẽ occaſũ. Maiorum labores.oĩa quæ maiores nr̃i magnis laboribus cõpararũt. Carmẽtis opes.romãas.a carmẽte mr̃e euãdri. Emerito cœlo.qd̃ tuis reb⁹ geſtis acvirtute mereris. At libyæ ductor. Annibal audito noie dictatoris:optabat ſcire qdnã eẽt dictatura&qua fortuna prius vſus eſſet is qui nũc in tanto rerũ turbine tanq̃ vnicum ſubſidiũ creatus erat:& a cilio quẽ captiuũ habebat oĩa accepit. Vigẽt.celebrant̃ & ſũt in ore oĩum. Quod decus.quã famam gloriãq; haberet:& q̃ maiorum ſtẽmata : & an eẽt p̃ſtãs in re militari:& an fœlici euẽtu pugnauerit:vt ipſum in tãto rerum diſcrimine Anni

O iuuenes quorũ dextris mihi tãta gerũtur:
In cieres mõumẽta date:atq; iuoluite flãmis
INterea trepidis fabius ſpes vnica rebus
Ille quidẽ ſocios:atq; ægrã vulnere pręceps
Auſoniam armabat viridiq; ad dura laborum
Bellator ſenio iam caſtra mouebat in hoſtem
Sed mens humana maior nec tela nec enſem
Nec fortes ſpectabat equos tot milia contra
Pœnorum:inuictũq; ducẽ tot in agmina ſolus
Ibat:& in ſeſe cuncta arma:viroſq; gerebat
Ac ni ſacra ſeni vis impreſſumq; fuiſſet
Siſtere cunctãdo fortunam aduerſa fouentẽ
Vltima dardanij tranſiſſet nominis ætas
Ille modum ſuperis in punica caſtra fauoris
Addidit:& libyę finem inter proſpera bella
Vincendi ſtatuit:tumefactum cladibus ille
Heſperis lento pœnum moderamine luſit.
Summe ducum:qui regna iterum labẽtia troiæ
Et fluxas latij res maiorumq; labores:
Qui carmentis opes:&regna euãdria ſeruas:
Surge age:& emerito ſacrũ caput iſere cœlo.
At libyę ductor poſtq̃ noua nomia læto
Dictatore vigent:raptim mutata latinis (bat
Imperia haud fruſta reputãscognoſcere aue
Quæ fortuna viro:quod nã decus vltia feſſis
Anchora cur fabius:quẽ poſt tot rõa ,pcellas
Annibali putet eſſe parem:feruore calentes
Angebant animi:fraudiq; inaperta ſenectus
Ocius accitum captiuo ex agmine poſcit
Progeniem rituſq; ducis:dextræq; labores
Cilinus arreti tyrrhenis ortus in ortis
Clarũ nomen erat:ſed læua adduxerat hora
Ticini iuuenem ripis:fuſuſq; ruentis



bali victori opponerent. Vltima anchora.vltimũ ſubſidiũ & p̃fugiũ: Procellas.calamitates.perſtat in trãſlatione:qm̃ dixerat anchorã. Inaperta.q̃ nõ poterat decipi ,ppter lõgã rerum experiẽtiã. Ritus ducis.mores fabij:& natales. Labores dextræ.res a Fabio geſtas i bello. Tyrrhenis.hetruſcis:qm̃ arretiũ ẽ in hetruria clarum adhuc Leua hora.mala fortuna:na; fuit captus ad ticinum excuſſus ab equo cuius dorſo inſidebat. Hic.cilinus arretinus. Ardens extrema malis.cupiens mortem propter mala quæ in vinculis patiebat̃. Nõ cum flaminio.verba cilini ad annibalẽ in laudẽ Fabij:quibus ãnibalẽ ad ſuã necẽ ,puocabat poſus vitã i tãtis malis. Feruida cõſulta.temeraria cõſilia:&ipetus ſempronij gracci . Tirynthia.nata ab Hercule:vñ Iuuenalis. Natus in herculeo Fabius lare. Per ſingula.oĩa geſta fabiorum : ſed vno certamie illorũ aĩos:& vires cognoſces . Veientiũ populi. Narrat pugnã fabiorum cum veiẽtibus. Cõſul.conſules erant Cneus Fabius cæſo:& ritusverginius. Delectus vetiti.qm̃ nõ poterat haberi delectus militũ ,ppter inopiã ærarij &alia bella quæ iſtabant:Fabius cõſul in ſenatu ,p gente ſua loquutus eſt:cũ qua paludatus exiuit ad bellũ contra veientes ĩfœlici ſydere :qm̃ ad vnum oĩs cæſi ſunt ad cremerã fluuiũ. Penates hercule.domus fabiorum. Rexiſſes bella.i.fuiſſes optimus ĩperator exercitus quilibet illorum:vnde Oui.ĩ faſtis: Egredit̃caſtris miles generoſ⁹ ab iſdẽ Eqs dux fieri quilibet aptus erat. Dirum omen.malũ:& infœlix.ſ.fuit. Scelerata limina portę.qm̃ infœlici via dextro iano portæ carmẽtalis ,pfecti ad cremerã fluuium puenerunt.ex eo tẽpore porta illa ſcelerata & mali ominis habita eſt. Oui.in faſtis: Carmentis portæ dextra eſt via ,pxima iano Ire p hanc noli quiſqs es omen habet. Illa fama refert fabios exiſſe trecẽtos Porta vacat culpa ſed tamẽ omen habet. dicta eſt porta carmẽtalis a carmente mr̃e euandri :cui matrõæ ſacrificabant ſub capitolio ad portã carmentalẽ:q; ĩ ea ſors generationis eſſe exiſtimabat̃·euandro latini ſacrificabãt ad portã Trigeminã. Maxia ara. arã extẽporalẽ inqt Dionyſius erexit euander Herculi:& ipſe hercules ioui inuentori mactauit iuuẽcum:& populo epulũ dedit:hæc ara fuit in capite circi maximi:vbi ſuperioribus annis effoſſa fuit ſtatua herculis aurea :& alia illi⁹ aræ monumenta: q̃ nunc in capitolio viſuntur. Mortales huic aræ decimas ſoluebãt:&primus qui hanc conſuetudinẽ ĩtroduxit:Hercules fuit qui ex omnipræda decimas ioui dedit. perſuaſum quippe erat ditiſſimos eos fieri:qui herculi decimas ſoluiſſent. hinc opes luculli factę arbitrant̃& ipſe hercules putat̃ theſaurorum de⁹a q buſdã icubo appellatus:qa icubat theſaurijs:& cura ſacrorum herculis demandata fuit potitijs & pinarijs:q̃ familiæ in latio nobiliſſimæ erãt : vñ appius claudio oculis captus eſt : cũ huic ſacro ſeruos publicos p̃poſuiſſet. Aſpera virtus fabiorum nõ permittebat ipſos poſſe numerari nam tanta erat in illis virtus:vt viderent̃ hi pauci exercitus& inumerabilis:& plures iterficiebant q̃ ipſi eſſent:& nullus inter eosvidebatur ſecũdus

Vulnere equi libycis præbebat colla cathenis
Hic ardens extrema malis & rumpere vitam
Non cũ flaminio tibi res : nec feruida gracci
In manibus conſulta inquit: tirynthia gẽs eſt
Quam ſi fata tuis genuiſſent annibal oris
Terrarum imperiũ carthaginis arce videres.
Non ego te longa ſerie per ſingula ducam:
Hoc ſat erit.noſces fabios certamine ab vno
Veientum populi violata pace negabant.
Acceptare iugum : ac vicino marte furebant.
Ad portas bellum:conſulq; ciebat ad arma.
Delectus vetiti:priuataq; caſtra penates
Herculei impleuere domo mirabile ab vna
Patricius iunctis exercitus ibat in armis
Tercentum exilire duces:quocunq; liberet
Vno nõ pauidus rexiſſet bella magiſtro.
Sed dirum egreſſis omen ſcelerata minaci
Stridentis ſonitu tremuerunt limina portæ
Maximaq; herculei mugiuit numinis ara.
Inuaſere hoſtem numeratiq; aſperavirtus
Haud eſt paſſa viros:& plures milite cædes.
Sæpe globo denſi ſæpe:& per deuia paſſim
Diſperſi ſubire vices:meritiq; labore
Equato nulli quiſq̃ virtute ſecundus
Ducere tercentum tarpeia ad tẽpla triũphos
Spes heu fallaces:oblitaq; corda caducum
Mortali quodcũq; datur grex ille virorum
Qui fabia gente incolumi deforme putabat
Publica bella geri:pariter cecidere deorum
Inuidia:ſubitis circunuenientibus armis
Nec tamen occiſos eſt cur lętere ſuperſunt
Quod tibi ſit libyęq; ſatis certaueritvnus:
Tercentum dextris:tã viuida mẽbra laborq;
Prouidus:& cauta ſolertia tecta quiete.
Nec vero calidi nunc tu cui ſanguinis ætas

ſed omnes erant virtute pares. Vices.viciſſitudines pugnæ.Nulli ſecundus ducere triumphos.ſ. quilibet videbatur eſſe primus qui mereretur triumphum.Ad tarpeia templa. iouem capitolinum.illuc eni curru videbantur triumphantes.Spes heu fallaces.exclamat poeta.Caducū.ſ.eſſe:& momentaneū quicquid eſt in rebus humanis:quibus nullo modo fidēdum eſt:cū ſint caducę:& ſpes fallaces:quoniā nihil certi habemus.Publica.a toto populo.Vnus.Fabius dictator certabit pro oībus cōſilio.ſ.& prudentia. Solertia.diligentia Fabij.erat tecta cauta quiete.i.erat ſolertiſſimus cum opus fuiſſet : & cunctator vt tēpus poſcebat.

Nec vero.ſenſus eſt.q̄uis Fabius ſit ſenex o Annibal:tu tamen non es ita expeditus ad pugnā:& concitatus ſuper equum:vt ille eſt:q̄q̄ es iuuenis:& ſanguis in te feruet.Momorderis ora frenis.i.agitaueris & laceraueris ora equi:voluēdo illū frenis huc & illuc.quod dexteritatē quandā & agilitatem requirit.i. tu nō agilius tractas habenas quæ equū mordēt ꝓpter frenū cū cōtrahuntur. Quem.cilinū annibal videns cupidū mortis dixit.Nequicq̄.fruſtra elicis mihi iram:vt te perdam . volo enim te vinculis detineri :vt magis crucieris:cū mors ſit tibi ſolatiū. Hæc iuuenis. Annibal dixit proſpera fortuna elatus. At p̄res latiaſqꝫ nurus .Qu.Fabius dictus a populo dictator:ad ſenatū rettulit peccatū eē a. C.flaminio in auſpicijs iuſſi id inſpicere decē viri:rettulerunt ex fatalibus libris de integro ſoluendum marti votū:& Megaleſia ioui:& veneri ericinę ac menti vouendas ædes & ver ſacꝝ vouendū. Res delegata eſt.M.æmilio p̄tori:quoniā belli cura fabiū tēebat.habita triduo lectiſternia ſūt:& puluinaria ſcā ioui:&iunoni:neptuno mineruę:& marti:&veneri ericinę:appollini:&dianę vulcano:& veſtæ:Fabius veneri ericinæ ædem vouit.Attilius p̄tor marti:matronæ iunoni:veientani in auentiovotū fecere.Latias nurus.matronas romanas:& latinas.Huc ades.p̄ces matronaꝝ ad iunonē:& imitatio eſt Virgilij.Quæcūqꝫ ē.i.oēs matronæ latinę ferimus tibi hoc donū:& hāc pallā:q̄ ē honeſtę mulieris veſtimētū. Sub tegmine fuluo.i.auro.Vir. Pallā ſignis auroqꝫ rigentē. Acu.qm̄ acu erat intextū auꝝ in palla vt nūc fit:qđ phryges īuenire.&ad id poeta alludit ꝓpter romāos a phrygia oriūdos.ſub tegmē ē ī tela dr̄ id qđ ſubijt ſtami.dr̄ ēt trama id .ſ.qđ ꝑ tranſuerſū nauicula illa textoria imittit̄ ſtamē aūt dr̄ longitudo ipſius telæ : & filū licijs innexū.poetæ īterdū iſta cōfūdūt:& ſub tegmē ꝓ filo.aliaue re q̄ pāno ſiue telæ intexit̄ accipiunt. Marmaricā nubē.ipſos pœnos qui oia cōfundunt:& italiā lacerāt : dabimus tibi coronā ex auro & gemmis. Preſſa.ornata:& habēs gēmas inſertas & ipreſſas. Proprio dono.peplo ē eni palladis.velū. Vir. Peplūqꝫ ferebāt ſuppliciter triſtes. Dionē. venerē ericinā. Tāta adeo cū res ſēſus ē.i aduerſis religioſi ſumꝰ & pij.& deū īuocamꝰ.in fœlicitate aūt pietatis obliuiſcimur qm̄ pauci vtrāqꝫ fortunā nouerūt ferre moderate:& aduerſa cōtēptū ſolēt gn̄are : ꝓſpera vero inſolentiā. Fœlicibꝰ.ſ.rebꝰ :qm̄ tūc nō curamus

Foderis in pugnavelocius ilia planta
Bellatoris equi:freniſqꝫ momorderis ora:
Quē cernens auidū læti poſt talia pœnus.
Nequicq̄ noſtras demens ait elicis iras.
Et captiua paras moriendo euadere vincla.
Viuendum eſt : arcta feruētur colla cathena.
Hęc iuuenis.diuiſqꝫ tumēs:auſiſqꝫ ſecundis
At patres latiaſqꝫ nurus raptabat ad aras
Cura deum:mœſto ſuffuſę lumina vultu.
Fœmineꝰ matres graditur chorus ordie lōgo
Iunoni palam conceptaqꝫ vota dicebant.
Huc ades o regia deum gēs caſta precamur
Et ferimus digno quæcunqꝫ eſt nomie turba
Auſonidū pulchrūqꝫ:&acu ſub tegmie fuluo
Qđ noſtræ neuere manus venerabile donū.
At dum decreſcit matrū metus:hoc tibi diua
Interea velamen erit:ſi pellere noſtris
Marmaricā terris nubē dabis:omnis in auro
Preſſa tibi varia fulgebit gemma corona
Nec nō & ꝓprio venerantur pallada dono.
Phœbūqꝫ armigerūqꝫ deū:primāqꝫ dionē.
Tanta adeo cū res trepidę reuerentia diuum
Naſcitur:& raræ fumāt fœlicibus aræ.
Dum romā antiquos templis īdicit honores.
Iam fabius cauto præcedēs agmine &arte
Bellandi lento ſimilis præcluſerat omnis
Fortunæqꝫ hoſtiqꝫ vias:diſcedere ſignis
Haud licitū:ſūmūqꝫ decus quo tollis ad aſtra
Imperii romane caput parere docebat.
Verū vbi prima ſatis cōſpecta ī mōtibus altis
Signa ꝓcul:fulſitqꝫ nouis exercitus armis:
Arrectæ ſpes ſidoniæ:feruetqꝫ ſecundis
Fortunæ iuuenis:vincendi ſola videtur
Quod nōdū ſteterit acies mora:ꝑgite clamat
Ite citi ruite ad portas propellite vallum



numen flatu proſperæ fortunæ euecti.Præcluſerat vias.nam fortuna iā cōtra romanos nihil poterat & hoſtis.tāta erat Fabij prudentia. Vn̄ Iuue.Nullū numē abeſt ſi ſit prudētia:ſed te Nos facimus fortuna deā. Summū decus:qm̄ militaris diſciplina erat ars romana:& romanorum gloria inde orta eſt:qui imperium propagarunt ſeruata diſciplina & parendo ducibus.Ioſephus li.iij.de bello iudaico romanorū militiam deſcribens ait.Siquis romanoꝝ militarē diſciplinā reſpexit:profecto cognoſcet tantum eos īperium non fortunæ munere:ſed ꝓpria virtute cōparaſſe.Maior inquit romanis militibus diligētia ex timore ē. Nāqꝫ leges apud eos etiā minimæ negligētiæ capitales ſunt duceſqꝫ magis q̄ ip̄æ leges terribiles.tāto aūt obſequio rectoribꝰ parēt:vt ī pace ornamēto ſit:& ī acie corpꝰ vnū totiꝰ cōſpiciat̄ exercitꝰ.ſic eorū copulati ſūt ordies:ita circūdici ſūt mobiles·& acutis auribꝰad p̄cepta oculiſqꝫ ad ſigna:& ad opa manibꝰ.qđ miꝝ ſi euphrates ab oriēte: & oceanꝰ ab occidente. itēqꝫ a meridiano tractu libyæ fertiliſſia regio:& ſeptētriōe rhenꝰ atqꝫ iſter ſūt īperij limites:cū minorē eē poſſidentibꝰ poſſeſſionē recte qs dixerit. Torq̄tꝰ certe in bello latino Adueſeri filiū ſuū q̄q̄ victorē ſecuri ꝑcuti iuſſit cū īiuſſu ſuo pugnaſſet ne militaris diſciplia ſolueret̄:quā nūc Fabiꝰ prudētiſſie ſimꝉ & ſeueriſſie regebat. In mōtibꝰ altis : quos ſēp occupabat Fabiꝰ:vt tutior eſſet eiꝰ exercitꝰ.Signa .vexilla rōana & Fabij exercitꝰ. Arrectæ ſpes ſydoniæ:ip̄e Annibal cōcepit magnā ſpē victoriæ viſis caſtris Fabij:q ꝓpe arpos caſtra poſuerat non ꝓcul ab Annibale. Iuuenis. Annibal ardebat pugnā ꝓſpera fortuna ſuperbiens. Clamat Annibal : & ſeruat decorum feruidi ducis:& moræ īpatientis .Ad vmbras. ad mortem:ideſt tantum diſtant milites romani a morte:quantum nos diſtamus ab ipſis: cū primum poterimus conſerere manus actū erit de illis:& ſic oſtendit facilem victoriam . Reſides ad bella vocantur.detrahit Fabio vt oſtendat romanos milites ſub tali duce iam ſenio cōfecto:& pigro in martem facile ſuperatum iri & trahit Fabium in contemptum propter ætatem iam ingraueſcentem. Quis.quibus.Hoc reliquum eſt .hi tantum inquit milites iam romanis ſuperſunt:qui tanq̄ inutiles prius domi remanſerant . Heu vbi nunc gracci .vt magis detraheret Fabio: & ſuos accēderet : ait. vtinā daret̄ nobis vicēdꝰ graccus: & Scipio atqꝫ flaminius:qui victori gloriā afferrēt:nam Fabius īqt:q ē ꝓpe mortē:qđ decoris mihi afferre pōt Scipiadæ. Cneus & publius Scipiones : qui tunc erant in hiſpania.Ad vltima mundi . hiſpaniam quæ eſt vltima ad occaſum. Oceanū. beticum.ſ.& hiſpanum . Noſtris titulis.laudibus & victorijs : quoniam erat bellicoſus vnde illius mors mihi gloria fuit: nulla vero ſupperare ignauuꝫ ſenem:ſeruatū decorū magnanimi ducis : & ardua quæqꝫ appetētis ꝓ decoro ſeruādo.Crudū nomē.t̄ribile ī bello· Quot demere ānos.q d.paucos:cūſit iā ī limine mortis.Faxo.efficiā vt Fabiꝰ poſt hac nō poſſit ar-

Pectoribus:quātū cāpi diſtamus ad vmbras
Tantū hoſti ſuperē:reſides ad bella vocātur
Quis pudeat certare ſenes:quodcūqꝫ videtis
Hoc reliquū ē:primo dānatū & iutile bello.
Heu vbi nūc gracci:aut vbi ſūt nūc fulmia gē
Scipiadæ:ʼ pulſi auſonia nō āte pauēres: (tis
Dimiſere fugam quā terror ad vltima mūdi
Oceanūqꝫ tulit profugus:nunc errat vterqꝫ
Nomina noſtra tremēs:& ripas ſeruat iberi:
Eſt etiam cur flaminio mihi gloria cæſo
Creuerit:& titulis libeat cur figere noſtris
Crudū marte viri nomē:quot demere noſter
Hic ānos fabio gladius valet:& tamē audet.
Audeat:haud vltra ſaxo ſpectetur in armis.
Talia vociferās volucri rapit agmina curſu.
Ac p̄uectus equo nunc dextra ꝓuocat hoſtē
Nūc voce īcrepitat:miſſa nūc eminus haſta
Fertur:ouās pugnęqꝫ agitat ſimꝉacra futurę:
Vt thetidis ꝓles phrygiis vulcania campis
Arma tulit:clypeo āplexus terrāqꝫ polūqꝫ
Maternūqꝫ fretū totūqꝫ ī imagine mundum
Caſſarum ſedet irarum ſpectator:& alti
Celſus colle iugi domat exultantia corda.
Infractaſqꝫ minas dilato marte fatigat.
Sollers cunctandi fabius:ceu nocte ſub atra
Munitis paſtor ſtabulis per ouilia clauſum
Impauidus ſōni ſeruat pecus:effera ſæuit
Atqꝫ ipaſta trucis vlulatus turba luporum
Exercet.muroſqꝫ quatit teſtantia clauſtra.
Irritus incepti mouet inde atqꝫ apula tardo
Arua libys paſſu legit:ac nūc valle reſedit
Conditus occulta:ſi præcipitare ſequentem
Atqꝫ inopinata detur circundare fraude
Nūc nocturna parat cæcæ celātibus vmbris
Furta viæ:retroqꝫ aditum.fictoſqꝫ timores

ma capere. Rapit. rapti ducit in hoſtes quos ad pugnã elicere nõ potuit. Vt thetidis ꝓles. Annibalẽ irritãtẽ
rõanos voce manuqȝ ad pugnã accuſãtẽqȝ illoꝝ ignauiã ꝙ ſe vallo cõtinerẽt cõparat Achilli q̃ i bello Tro
iano cõſpicuꝰ armis a vulcano elaboratis ꝑcibꝰ thetidis magna voce troianos terruit i cuiꝰ clypeo erat dpi
ꝺꝰ mũdꝰ. in clypeo inquit Home. i. xix. iliados inſerebat vulcanꝰ terrã cœlũ mare: & ſolẽ idefeſſũ & plenũ
orbẽ lunæ. Mĩnũ fretũ. qm̃ thetis achillis mr̃ erat maris nympha. In imagine. illa cælatura clypei. Caſſarũ
irarũ: qm̃ in caſſum iraſcebat̃ Annibal. Liuius ait. Vbi geſta oĩa apd̃ hoſtes nec caſtra vllo tumultu mota vi
det: qd tãdẽ icrepãs quos martios aĩos romanis debellatũ & cõceſſũ ꝓpalã de virtute & glia eſſe in caſtra
rediјt ceterum tacita cura ãgebatur. Corda ex
ultantia. ipſum Annibalẽ iuueniliter exultãtẽ
& milites pœnos. Infracta. inſanas minas An-
nibalis. Dilato marte. mora pugnãdi & cũctati
onẽ. Sollers. peritus. ſollers dr̃ in oĩ reprudens.
Ceu nocte ſub atra. Fabiũ eludẽtẽ vanas iras
Annibalis cõparat paſtori q̃ ſic claudit ouilia
vt lupis noctu aſpirare non detur. Munitis. be
ne clauſis & ſeptis. Impauidus ſomni. non ti-
mens etiam ſi dormiret: quoniam ouilia muni
ta ſunt. Effera. crudelis & rapida. Impaſta eſu
riẽs. Truces. vlulatus terrentes ipſa ouilia. Re-
ſtantia. repugnantia lupis volentibus irrũpere
ad oues. Legit arua appula. vagatus eſt per a-
puliam lento tamen paſſu. Dictatoris inquit
Liuius prudentiam & conſtantiam timuit An
nibal: & ſæpe caſtra mouendo agros ſociorum
populabatur mõ cito agmine e cõſpectu abi-
bat mõ repente in aliquo flexu viæ ſi excipere
digreſſũ hoſtẽ poſſet obſidebat. Fabiꝰ ꝑ loca al
ta agmen ducebat modico ab hoſte interuallo
vt neqȝ omitteret eum: neqȝ cõgrederet̃ caſtris
niſi q̃ntum vſus cogeret tenebatur miles pabu
la & ligna nec pauci petebant: nec paſſim. Le
git. pererrat circuit. Præcipitare. trahere in in-
ſidias. Qualis mœnia. flexuoſa & varia Anni-
balis itinera comparat flexuoſis curſibus me-
andri fluminis mœniæ a quo omnes flexio-
nes dicuntur meandri: vnde virgilius. in quin-
to. Quam plurima circum purpura mean-
dro duplici melibea cucurrit. Sicut aquæ ſplẽ-
dor Annibalis mentem vibrantem & varia co-
gitãtẽ comparat fulgori q̃ excitatur radijs ſola
ribꝰ agẽtibꝰ i aquam & diſſultat ꝑ tecta Tremu
la. vibrãti. Et laq̃aria. trabes ipiꝰ tecti. Obuia ſi
primꝰ. verba Annibal̃ qbꝰ q̃rit̃ ſibi eẽ rẽ geren
dam cum Fabio quẽ inuitus laudat inquiens ſi
nobis deſcendentibus ex alpibus romani op-
poſuiſſent Fabiũ nullum locum inſignem cla-
de hoſtili feciſſemus. Liuius ait. Ceterum taci
ta cura animum incenſis ꝙ cum duce non fla-
minio ſempronioqȝ ſimili futura ſibi res eſſet
ac tum demum edocti malis romani parem.
Annibalis ducẽ quæſiſſent. Phaetontiꝰ ãnis. pa
dus in quẽ cecidit phaetõ. hoc dicit ꝓpt cædẽ
ad trebiã qui i padũ emittit. Decolor. infectus
romanorum ſanguine. Inuentum. ſ. ẽ genꝰ vin
cendi cunctando: & mora pugnæ. Diſtinxit.

Aſſimulat: nunc caſtra citus deſerta relicta
Oſtentat præda: atqȝ iuitat prodigus hoſtẽ.
Qualis mẹonia paſſim mẹandrus in ora:
Cũ ſibi gurgitibus flexis reuolutus oberrat.
Nulla vacant icepta dolis ſimul oĩa verſat
Miſcetqȝ exacuens varia ad conomina mẽtẽ:
Sicut aquæ ſplendor radiatus lampade ſolis.
Diſultat per tecta vaga ſub imagine vibrans
Luminis: & tremula laq̃aria verberat vmbra
Iãqȝ dolore furẽs ita ſecum imurmurat ire:
Obuia ſi primus nobis hic tela tuliſſet:
Nulla eẽnt trebiæ & traſimeni nomina: nulli
Ingererent tituli: nunquã phaetõtius amnis
Sãguinea põtũ turbaſſet decolor vnda.
Inuẽtum dũ ſe cohibet: terimurqȝ ſedendo
Vincendi genus: quoties velut obuius iret
Diſcinxit ratiõe dolos: fraudeſqȝ reſoluit.
Hæc ſecũ mediã ſomni cum buccina noctem
Diuideret: iamqȝ excubias ſortitus iniquas
Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete.
Vertit iter dauniqȝ retro tellure relicta
Cãpanas remeat notus populator in oras.
Hic vero intrauit poſtq̃ vberis arua phalerni
Diues ea & nũquã tellus mentita colono:
Addũt frugiferis iimica incẽdia ramis. (nores
Haud fas bacche tuos tacitũ tranſmittere ho
Quãq̃ magna icepta vocãt mẽorabere ſacri
Largitor laticis. grauidæ cui nectare vites
Nulli dant prælis nomen præferre falernis.
Maſſica ſulcabat meliore falernus in æuo
Enſibus ignotis ſenior iuga pãpius vmbras
Nondũ vua virides nudo texebat in aruo
Pocula nec norant ſuccis mulcere lyei:
Fonte ſitim & pura ſoliti defendere lympha
Attulit hoſpitio pergẽtem ad littora calpes:



diſſoluit noſtras fraudes. Ratione. prudentia quæ in homine dicit̃ recta ratio. Hæc ſecũ. ſ. dixit & media
nocte mouit caſtra in cãpaniam relicta poſt tergũ apulia: vbi regnauit daunꝰ. Excubias. vigilias. Iniquas.
qm̃ tunc eſt tempus dormiendi. & ſic tertia vigilia mouit inde pœnus. Tertius vigil. ille qui debebat vigi-
lare & facere excubias abrupto ſomno. Notus populator. qm̃ illic iterũ fuerat cum apud linternũ vidit pi-
cturam. Vberis. fertilis. falernus eſt ager campanus vini ferax & tritici. hic Pli. iquit. fœlix illa campania. ad
hoc ſinu incipiunt vitiferi colles: & temulentia nobilis ſucco per omnis terras inclyto: atqȝ vt veteres dixe
re ſummum liberi patris cum venere certamen. Colono. qui inde habuit triticum & vinum. Ramis frugi-
feris. arbuſtis. Annibal icẽdit omnis agros præter agrũ Fabij cui pepercit vt eũ traheret i iuidiam romano
rum: & vt eum eliceret ad pugnam volentem
hanc maculam delere: quod minime aſſecutus
eſt. Haud fas bacche. fingit poeta bacchũ eun
tem in hiſpaniam produxiſſe falernum vinum
& nomen accepiſſe a falerno ſene qui bacchũ
magna ſedulitate hoſpitio exceperat. Sacri la-
ticis. vini falerni. Nectare. optimo vino. prælũ
eſt torcular quo vinũ premitur. Maſſica maſſi-
ci cãpi ſũt in cãpania. In æuo meliore. ætate ar
gẽtea. Pli. ait falernꝰ ager a põte cãpano inci-
pit. fauſtianꝰ autem circiter quatuor miliaria
a vico prope ſinueſſam: nec vlli vino maior au
toritas. tria eius genera: auſterũ: dulce: tenue:
quidam ita diſtingunt. ſummis collibus gaura
num gigni: medijs fauſtianum. imis falernum
Enſibus ingotis. quoniam tunc non erat vſus
armorũ. Nondum vua. cum nondum eſſet vua
& cum nõdũ viridis pampinꝰ texebat vmbras
in aruo. i. cum nondum eſſẽt vites. Succis lyei.
vino. Vir. poculaqȝ inuentis acheloia miſcuit
vuis. Pura. non admixto vino. Defẽdere. repel
lere. Ad littora calpes. ad fretum herculeum
& mare gaditanum. Extremũ diẽ. vltimũ quo
illud nectar produci debebat. Dexter. fœlix.
Nec pigitũ. non piguit bacchum ſubire domũ
falerni. Ritu paupis æui. vt eo tpe cõſueuerãt.
De more parentum: ſecundum conſuetudi-
nem antiquorum & hoſpitalitatem qua pluri-
mum illa antiquitas gaudebat. Inſtabat ſenectæ. pugnabat cũ ætate: & adeo ſedulus erat circa hoſpitẽ
vt iuuenis pœne videretur. Rorantes dapes. hortenſes herbas rore perfuſas. Nullo cruore. quia
non apponebant carnes: primus qui interemit animal fuit hyperbius martis filius. bouem prometheus.
Cerealia dona. triticea: & pultem: qua romani diu vixerunt: vt ſcribit plinius. Honorem veſtæ. ignẽ
veſtæ dicatum. Deterſit. amouit diſſipauit vt poſſet iacere in medium liba: & maſſam triticeam ſiue
hordeaceam admixtis. melle: lacte: & herbis. populus romanus farre tantum & frumento. ccc. an-
nis vſus eſt: & pulte: non pane: longo tempore vixiſſe romanos manifeſtum eſt: quoniam inde pul
mentaria tempore Plinij dicebantur: & ennius antiquiſſimus vates obſidionis famam deſcribens of
fam ereptam fuiſſe plorantibus infantibus commemorat. Libamina. offam ex rebus ſupradictis
compoſitam ſiue placentam. Captus. delectatus diligentia ſenis & hoſpitalitate. Fagina. ex fa-
go arbore facta non enim habebant tunc æra corinthia: immo luxurioſorum furores non vaſa ana-
glipta & cætera id genus quæ mores perdiderunt. Tuos latices. vinum a baccho repertum.
Vilis mulctra. vile vas ex ligno mulctra dicitur vas quo lac mulgetur. Vir. bis venit ad mulctram
binos alit vbere fœtus. Vuis. quas expreſſit in craterem factum ex quercu cauata. Mœro ru-
benti. falerno vino: quoniam falernum dictum eſt quaſi flauernum autore Varrone. En cape. ver-
ba bacchi ad falernũ ſenẽ hoſpitẽqȝ ſuũ Falerni viticolæ: tui q̃ es agricola & iã poteris excolere vites. Haud
vltra latuit deꝰ: ſuũ numẽ oñdit. & deꝰ apparuit. Nitẽtẽ. qm̃ bacchus erat formoſꝰ & hẽbat comas demiſ-
ſas. Mar. ſic dniqȝ nõ ſit Tã lõge bromio q̃ tibi phœbe comẹ. corymbꝰ ẽ fructꝰ hederẹ q̃ bacchi frõs redi-
mit̃. cãtarꝰ erat poculũ bacchi. Scyphꝰ Hercul̃ autore Macrobio: Thyrſꝰ ẽ haſta bacchi pãpis obuoluta.

Extremũqȝ diem pes dexter & hora lyeum
Nec pigitũ paruoſqȝ lares humiliſqȝ ſubire
Limina. celicolam tecti cepere volentem
Fumoſi poſtes: & ritu pauperis æui
Ante focos menſæ: lætus nec ſenſerat hoſpes
Aduenιſſe deũ: ſed enim de more parentum
Grato curſabat ſtudio. inſtabatqȝ ſenectæ
Donec opes feſtas puris nunc corna caniſtris
Cõpoſuit: nunc irriguis citus extulit hortis
Rorantes humore dapes: tum lacte fauiſqȝ
Diſtinxit dulcis epulas: nulloqȝ cruore
Polluta caſtus menſa cerealia dona
Attulit: ac primum veſtæ deterſit honorem
Vndiqȝ: & in mediã iecit libamina flammam
Deeſſe tuos latices hac ſedulitate ſenili
Captus bacche vetas: ſubito mirabile dictu
Fagina pampineo ſpumarunt pocula ſucco.
Pauperis hoſpitij precium viliſqȝ rubenti

habes etiã alligatã ĩſtitã.vnde Papi.in thebaide dicit pallẽtes hederæ nyſeaqꝫ ſerta coronant.Candida pã
pineo ſubnectit̃ ĩſtita pilo.Nyſeo palmite.vitigineo & bacchico a nyſa vrbe baccho ſacra:a q̃ ipe Dionyſi
us dict⁹.Nec facilis certaſſe.i.nõ valẽs certare cum ſapore vini.Læto.quoniam vinũ generat læticiã.Qual
fat⁹ tpa.qm̃ aſcẽdẽs vapor vini ad caput ĩducit ebrietatẽ.Vix itellectis.qm̃ fact⁹ iã ebri⁹ nõ poterat verba
exprimere.Sõn⁹.ẽ comes bacchi qa nimio potu gn̄at̃ ſõn⁹ ꝓpter vaporẽ vini ebetãtẽ cerebrũ:& iõ ebrii ꝓ
fũde dormiũt.Luctãtia.repugnãtia ſõno.Vngula phaetõtia.i.curr⁹ ſolaris & eq phœbei.i.illuceſcente die.
Prio phœbo.matutino ſole.Maſſic⁹.mons.It.ſerpit ĩpa vitis q̃ mõtẽ illũ ornabat.Diues timol⁹.mõs lydiæ
vini ferax de quo ſupra dictũ ẽ.Methymna eſt
vrbs leſbi abũdãsvini copia.Vir.q̃ methymneo
carpit de palmite leſbos & Oui.Gargara quot
ſegetes quot hẽt methymna racemos.Pli.ait
leſbiũ ſponte ſua mare ſapit.Nec.tmolio ꝑ ſe
gr̃a vt vio ſed cui⁹ dulci admixto reliquoꝝ du
ritia ſuauitatẽ accipiat ſimul & ætatẽ:qm̃ vetu
ſtiora ꝓtin⁹ videtur.Diues.ꝓpter vinũ & cro-
cũ vñ Vir.croceos vt tmol⁹ odores:Aruiſiũ eſt
vinũ chiũ.Ambroſijs.dulcib⁹ & p̃cioſis.Hæc
tũ vaſta dabat.Annibal ex arpis ĩ ſãniũ trãſijt
beneuẽtanũqꝫ depopulat⁹ ẽ agrũ.Theleſia ex
pugnata Fabiũ ad pugnã trahere non potuit.
Iñ cãpanoꝝ vaſtatis agris ad vulturnũ caſtra
ponit dimiſſo ad p̃dãdũ falernũ agrũ.Mahar
bale:ſed dictator ꝑ iuga maſſici mõtis ducebat
exercitũ.Dabat vaſta deuaſtabat & populaba
tur.Improba vota caſtris auſonijs.Fabi⁹ non
Annibalẽ magis ĩfeſtũ tã ſanis cõſilijs hẽbat q̃
minutiũ magiſtrũ eqtũ q nil aliud q̃ q̃ nõ ipe-
rabat more ad rẽ pu.p̃cipitãdã hẽbat:ferox ra
piduſqꝫ ĩ cõſilijs ac ligua ĩmodic⁹ prio iter pau
cos deide ꝓpalã ĩ vulg⁹ ꝑ cũctatore ſegnẽ pro
cauto timidũ affigẽsvicia virtutib⁹ vitia cõpel
lebat.Proni deorſũ currẽtes.Mõte.maſſico in
cui⁹ iugis Fabi⁹ caſtra poſuerat.Da famæ da
muſavirꝝ.repetitvotũ poeta Fabij prudẽtiã ma
gnitudinẽ aĩ & cõſtãtiã narratur⁹ quẽ laudat:
qm̃ bia caſtra vicerat ſua.ſ.& hoſtilia:da igt o
muſa famã& nomẽFabio ꝑ totũ orbẽ Gemios
furores.Annibal̃ & rõanoꝝ militũ:q pugnã ar
debãt Feruida ſi nobis.verba Fabij ad milites
pugnã affectãtes:qb⁹ eos hortat̃ vt pugna ab-
ſtineãt arguẽs abvtili & cõfutãs militũ libidinẽ
ait Si p̃res & ſenatores putaſſẽt me feruidũ &
ruẽtẽ i p̃lia ꝓfecto nõ dixiſſẽt me dictatorẽ: ne
qꝫ mãdaſſẽt mihi bellũ iã deploratũ & d̃ quo iã
deſpauerãt vt oñdat illos iniuſſu ſenatoꝝ & cõ-
tra cõe cõmodũ pugnã affectare:& ſe nõ differ
re pugnã.qa timeat:ſed qm̃ tp̃s ita poſcebat &
ĩ rẽ erat cũctari Abruptũ.p̃ceps ad pugnã Mar
tis d̃plorati.deſpatę iã pugnę & victorię Iñ di
cim⁹ corpa d̃plorata.i.mortua Hẽnas.regimẽ
picl̃oſiſſi belli Pẽſata.diligẽt cõſid̃rata Inuitos
q optãdo pugnã ruitis admortẽ:& vrgetisvltia
fata:& ſic arguit ſuos temeritatis Nulli e vobis
captat beiuolẽtiã a militib⁹dicẽſ ſe nũq̃ paſſuꝝ
vt aliqs cadat i pugna ſe autoreSi lucis ſi tedet
vosvite reuocetis ab ĩferis flaminiũ q ſe& ſuos

Fluxit ml̃ctra mero & q̃rcui ĩ cratera cauata
Dulcis odoratis humor ſudauit ab vuis.
En cape bacchus ait nondũ tibi nota:ſed oli
Viticolæ nomen peruulgatura falerni
Munera:& haud vltra latuit deus ĩde nitẽtẽ
Lumine purpureo frõtem cinxere corymbi.
Et fuſæ ꝑ colla comæ:dextraqꝫ pependit
Cantharus:ac vitis thyrſo delapſa virenti
Feſtas niſeo redimiuit palmite menſas.
Nec facilis lęto certaſſe falerne ſapori
Poſtquã iterata tibi ſũt pocula:iã pede riſũ
Iam lingua titubante moues patrioqꝫ lyeo
Tempora caſſatus grates & præmia digna
Vix intellectis conaris reddere verbis.
Donec cõpoſuit luctãtia lumĩa ſõnus (p̃mo
Somnus bacche tibi comes additus: hĩe vbi
Vngula diſperſit rores phaetontia phœbo.
Viniferis late florebat maſſicus aruis
Miratus nemora & rorantis ſole racemos
It montis decus atqꝫ ex illo tempore diues
Tmolus:& ambroſius aruiſia pocula ſuccis.
Ac metymna ferax latiis ceſſere phalernis.
Hæc tum vaſta dabat:terriſqꝫ ĩfeſtus agebat
Annibal:& ſicci ſtimulabant ſanguinis enſes:
Ludificãte ducẽ fabio:iãqꝫ improba caſtris
Auſoniis vota & pugnãdi praua libido
Gliſcebat.ꝓni decurrere monte parabãt.
Da famæ da muſa virum cui vincere bina
Cõceſſũ caſtra:& gemios domitare furores.
Feruida ſi nobis corda abruptũqꝫ putaſſent
Ingenium patres:& ſi clamoribus inquit
Turbari facilẽ mẽtẽ nõ vltima rerum:
Et deplorati inandaſſent martis habenas.
Stat penſata diu belli ſententia:vincam
Seruare inuitos:vrgentiſqꝫ vltima fata.



detrahit incladẽ & taxat ĩprudẽtiã militũ q optabãt id a quo vel maxime cauere debuiſſẽt calamitate p̃te-
rita edocti:Supremis.vltimis ex romanis.i.ſi vultis penitus delere nomẽ romanũ.Sic Horatius in ſermoni
bus:atq licet eẽ beatis:& mihi licet eẽ deſerto dicim⁹.Quib⁹ nõ liceat eẽ ĩgratis inqt Ci.i officijs.Fragore
ruinæ:ſtrepitu & calamitate magna fragor a frãgẽdo dr̃:& ꝓprie i aliq̃ ruia dr̃.Inſignẽ:notabilẽ & mẽora
bilẽ aliq̃ calamitate.Ruẽdi:cadẽdi i p̃lio magna ruia.Properãs:feſtinãs ad p̃liũ ſñi cõſultatiõe:& electione
vt bonũ ĩperatorẽ decet qui debet eſſe prudentiſſimus.Auſpicium principium.Præceps.ideſt præcipitiũ
& ruinam quæ nobis ĩminet.Vicina fata:proximum exitium noſtrũ.Vt debellet:vt expugnet penit⁹ vna

Nulli per fabium e vobis cecidiſſe licebit:
Si lucis piget:& ſupremis eſſe cupido eſt
Nominis auſonii:tedetqꝫ in tempore tali
Nullum clade noua clarẹqꝫ fragore ruinæ
Inſignem feciſſe locum:reuocandus ab atris
Flaminius vobis eſt ſedibus:ille ruendi
Iã dudũ properãs ſignũ auſpiciũqꝫ dediſſet:
An nondũ præceps vicinaqꝫ fata videtis?
Vna vt debellet:ſatis eſt victoria pœno.
State viri:& ſentite ducẽ:cum optabile tẽpus
Depoſcet dextras:tunc iſta ferocia dicta
Sequentur factis:non eſt mihi credite: nõ ẽ
Arduus ĩ pugnas ferri labor:vna recluſis
Omnes iam portis in cãpum effuderit hora.
Magnum illud ſoliſqꝫ datũ quos mitis eũtes
Iuppiter aſpexit:magnũ eſt ex hoſte reuerti.
Fortunæ libys incumbit:flatuqꝫ ſecundo
Figit agẽs puppim dum deſinat aura:ſinuſqꝫ
Deſtituat tumidos ſubducto flamine vẽtus:
In rem cunctari fuerit:non vlla perenni
Amplexu fortuna fouet:iam copia quanto
Arctior eſt nullo tyriis certamine: quantum
Detritum eſt famæ:quin inter cætera noſtra
Haud laude abfuerit:mõ q ſed ꝑcere dictis
Sit melius.iam vos acies & pręlia & hoſtẽ
Poſcitis:o maneat ſuperi fiducia talis.
Interea excluſa maioris ſorte pericl i
Me ſolum quæſo toti me opponite bello.
His dictus fractis furor:& rabida arma q̃erũt
Vt cum turbatis placidũ caput extulit vndis
Neptũnus:totumqꝫ videt:totoqꝫ videtur
Regnator ponto:ſeui fera murmura venti
Dimittũt: nullaſqꝫ mouent in frõtibus alas:
Tum ſenſi infuſa tranquilla ꝑ æquora pace
Languentes tacito lucent in littore fluctus.

victoria inquit ſatis eſt annibali vt ſit domin⁹
vrbis & italiæ & locus eſt ab vtili. Optabile
aptum pugnæ.Non eſt mihi credite: ad illud
minutij reſpondet qui fabium ſegnem & cun
ctatorem pro dictatore appellabat.i.Arduus:
difficilis.immo libenter arma induo ſed nunc
e repu.eſt cunctari.Magnum illud:confutatio
eſt.potuiſſet dici dedecus eſt ſedere ac nume-
rare milites ne aliquis interficiatur.immo ait
fabius hoc magnum eſt & paucis a ioue con-
ceſſum poſſe.ſcilicet ab hoſte reuerti.Fortunę
libys incumbit:ab vtili ſuadet:proponens dif
ficultatem in prælio cum faueat Annibali for
tũa Et illi⁹ humeris vehatur.Libys:Annibal in
cumbit humeris fortunæ Agens puppim.meta
phorice loquitur.Figit:firmat nauim ipſius an
nibalis & agit vt vult.Dum deſinat aura.Ex-
pectemus inquit mutationem fortunæ & tunc
pugnabimus quoniam fortuna nil ſonet per-
petuo amplexu ſed mutabilis eſt.Sinus tumi
dos:vela inflata vento ferenti.loquitur per trãſ
lationem naturarum qui proſpera nauigatiõe
vtũtur.Deſtituat:derelinquat.Subducto:amo
to vento.In rem fuerit:pro derit differre pu-
gnam.Arctior copia:quam fuerit prius.Detri
tum:ablatum.Inter cætera.ideſt alia quæ geſſi
mus non deerit hoc a laude noſtra:& hoc inqt
noſtris titulis aſcribetur.Modo qui:laudi mi-
hi dabitur fregiſſe annibalem nullo certamine
qui paulo ante omnia vexabat.obuios quoſqꝫ
fundebat.& cui nemo poterat obſiſtere.ſed vti
tur fabius reticentia vt deuitet arrogantiã.Sic
Virgilius par.dictis.ideſt vitare arrogantiam
& iacere melius eſt.Interea.dum fortuna fa-
uet pœno.Excluſa remota fortũa & picl̃o tali
cũctatiõe.Me ſolũ.q.d.ſinite me ſolũ regere &
cũctãdo frãgere annibalẽ iuuẽilit exultãtẽ.Vt
cũ turbatis fabiũ cõponẽtẽ furores militũ gra-
uiſſia orõne cõpat neptũo mitigãtivẽtoꝝ iras.
In frõtib⁹: qm̃ alæ vẽtoꝝ ſũt circa tp̃a & frõtẽ
Lãguẽtes:remiſſi.Sẽſit cura ſagax pœni:cũ a
ꝑfugis ãnibali mõſtrat⁹ager dictatoris eẽt oib⁹
vill̃ circa ſolo æq̃tis fabij agello pepcit vt occl̃-
ti alicui⁹ pacti ea merces vid̃ri poſſet.Sagax:a
ſtuta cura ãnibal̃Mẽtes.ſ.rõanoꝝ.i quoꝝ odiũ
atqꝫ inuidiã adducer̃ fabiũ volebat.Auiti:maio
rũ ipſius fabij.Maſſicus addebat noia:nã dice
batur ager maſſicus a maſſico monte.Glebis

vuiſeris:vio fertilibꝰ.Moliri moliebatᷣ pabat.
Placidā peſtē:fraudē q̄ fabio iuidiā faceret.Lo
co:agris fabij intactis ab hoſte.Clandeſtino:oc
culto pacto inter fabium & annibalem . quod
fabius cū eēt prudentiſſius optime intellexit.
At non vacat:nō placet fabio. Egre:grauitᷣ &
moleſte timere inuidiā inter arma:q̄ſi di.nō e-
gre ferebat id quod ānibal moliebatᷣ fretus vir
tute ſua & cōſciētia.Morſus famæ : infamiam
quam illi apud romanos annibal faciebat par
cendo agris.Dubia incerto euentu pugnæ: &
ideo coīutilitati intentus malos per ſe rumo-
res non curabat.Vnde de ipſo ſcripſit ennius.
Non ponebācur.n.rumores ante ſalutem. Do-
nec reptantē clauſo infalernis hānibal dictator
modicis preſidis occupat gallicanum & caſili-
num occupandi fauces verſus terracinam mi-
nutio dat curam . ipſe in via poſuit caſtra qua
pœnus egreſſurus erat.Vbi cum vi exitum tē-
taret hoſtis:reſtitit romana acies:quare eū nō
fefellit ſuis ſe artibus peti:itaq; coactus eſt:ter
ribile quoddam comminiſci.conſilia maturare
propinqua hyems cogebat deficiente comme
atu:quem romanis abunde capua & ſamnium
ſuppeditabant.Scrutantem. inquirentem pu-
gnam Fabius incluſit.Sparſa turma.equitibus
poſitis ad cuſtodiā locoꝝ & vias ne hoſtis exi
ee poſſet.Ad diuortia.vias. Hinc leſtrigoniæ.
formianæ.leſtrigones tenuerunt formias op-
pidum campaniæ:vnde dicit plinius deſcribēs
oppida quæ ſunt in ſinu campano.oppidū for
miæ antiqua leſtrigonum ſedes.Linterna palꝰ
de linterno dictum eſt ſupra:clauſus erat Aan
nibal cum obſtarent a tergo montes formiani
& caietani & ab alia parte linterna palus:& cū
omnium rerum inopia laboraret in terra hoſti
li:tenebatur etiam hyeme quę iam appetebat.
Squalida. īculta propter aquas illic ſtagnātes.
Exactura pœnas.acceptura ſupplicium ex ho
ſte ob euerſam ſagunthum quam obſidione
preſſā deleuerunt.At non ſidonium . nox erat
inquit & omnia quieſcebant:ſed Annibal p̄-
dolore quietem capere non poterat.Dona no
ctis.ſomnum quem nox affert.Fratris . mago
nis.Belligeri ritus.militiæ.nam ipſe quoq; de
litias aſpernabatur:& iacebat ſuper corium bi
bulum.Triſtia.dolorem quem habebat : quo-
niam erat clauſus exercitus . Dira . horrenda.
Telum baleare.funda cuius fuerat maximus
vſus apud baleares inſulas.Pepulere . expule-
runt ſomnum magonis veſtigia hannibalis.
Heus inquit .verba magonis ad hannibalem.
Conſtiterat. e ſtrato ſurrexerat . Ad munera
caſtrorum:ad officia & exercitationes caſtren
ſes Incuſſa plāta.admoto pede:quo dormiētes

Senſit cura ſagax pœni.fraudiſq; veneno
Aggreditur mētes.pauca atq; hæc ruris auiti
Iugera:nec multis fabius vertebat aratris.
Maſſicus vuiſeris addebat noīa glebis
Hinc peſtē placidā moliri.& ſpargere cauſas
In caſtra ambiguas:ferro flāmiſq; pepercit
Suſpectātq; loco pacem dedit arte maligna:
Ceu clandeſtino traheretur fœdere bellum.
Intellectus erat fabio:tyrioſq; videbat
Dictator ſeuire dolos.at non vacat ægre
Inuidiam gladios inter lituoſq; timere.
Et dubia morſus famæ depellere pugna.
Donec reptantem & nequicq̄ ſæpe trahendo
Huc illuc caſtra & ſcrutantē prœlia pœnum
Qua nēoroſa iuga & ſcopuloſi vertice colles
Exurgunt:clauſit ſparſa ad diuortia turma.
Hinc leſtrigoniæ ſaxoſo monte premebant
A tergo rupes:vndoſis ſqualida terris
Hinc linterna palus.nec ferri aut militis vſū
Poſcebat regio:ſeptos ſed fraude locorum
Arcta fames pœnas miſeræ,exactura ſagūthi
Vrgebat:finiſq; aderat carthaginis armis.
Cuncta per & terras & lati ſtagna profundi
Condiderat ſomnus:poſitoq; labore dierum
Pacem nocte datā mortalibus orbis agebat.
At non ſidonium curis flagrantia corda
Ductorem vigileſq; metus haurire ſinebant
Dona ſoporiferæ noctis:iā membra cubili
Erigit.& fului circundat pelle leonis.
Qua ſuper inſtratos proiectus gramine cāpi
Preſſerat ante toros tunc ad tentoria fratris.
Fert greſſus vicina citos:nec degener ille
Belligeri ritus taurino membra iacebat
Effultus tergo : & mulcebat triſtia ſomno.
Haud procul haſta viri terræ defixa ꝓpinq̄.
Et dira e ſumma pendebat cuſpide caſſis.
Et clypeus circa loricaq; & enſis & arcus:
Et telum baleare ſimul tellure quieſcunt.
Iuxta lecta manus iuuenes in marte probati.
Et ſonipes ſtrato carpebat gramina dorſo.
Vt pepulere leuē intrantis veſtigia ſomnum



Heus īquit:pariterq; manus ad tela ferebat.
Quæ te cura vigil feſſum germane fatigat.
Ac iā cōſtiterat:ſocioſq; in ceſpite fuſos.
Incuſſa reuocat caſtrorum ad munera plāta.
Tū libyæ ductor.fabius me noctibus ægris
In curas fabius nos excitat:illa ſenectus
Heu fatiſq; ſola meis currentibus obſtat.
Cernis vt armata circunfundare corona.
Et vallet clauſos collectus miles in orbe.
veꝝ age nūc quoniā res arctę nūc ꝑcipe porro
Quæ meditata mihi.latos correpta ꝑ agros
Armenta aſſueto belli de more ſequuntur.
Cornibus arentes edicam innectere ramos:
Sarmentiq; leues fronti religare maniplos.
Admotus cum feruorem diſperſerit ignis:
Vt paſſim exultēt ſtimulante dolore iuuēci:
Et vaga per collis ceruice incendia iactent.
Tum terrore nouo trepidus laxabit iniquas.
Cuſtos excubias:maioraq; nocte timebit.
Si cordi conſulta moras extrema recurſant:
Accingamur ait.gemino tentoria greſſu
Inde petūt:ingens clypeo ceruice repoſta
Inter equos interq; viros interq; iacebat
Capta manu ſpolia & rorātia cede maraxes:
Ac dirum in ſōno ceu bello capeſſeret amens
Clamorē tum forte dabat: dextraq; tremēte
Arma toro:& notum quærebat feruidus ēſē.
Huic mago īuerſa quatiēs vt diſpulit haſta
Bellātē ſomnum:tenebris fortiſſime ductor
Iras compeſce.atq; in lucē pręlia differ.
Ad fraudē occultāq; fugāt tutoſq; receptus
Nūc nocte vtēdum ē arentis nectere frōdes
Cornibus & latis accēſa īmittere ſyluis
Armēta:oppoſiti reſerēt quo clauſtra maīpli
Germāus parat:atq; obſeſſa euellere caſtra.
Emergamus:& hic fabio perſuadeat aſtus
Non certare dolis nihil hic cunctāte:ſed acris
Incepti læto iuuene.ad tentoria acheræ
Feſtinant q parca quies:minimūq; ſoporis.
Nec notum ſomno noctes æquare:feroci
Peruigil inſeruibat equo:feſſumq; leuabat

excitabat. Fabiꝰ me noctibꝰ. Verba hānibalis
ad fratrē qbꝰ dolet vicē ſuā.oppoſitū ſcilicet eſ
ſe fortunæ ſuæ Fabium cunctatorem & in re
militari prudētiſſimū & ē magna laus Fabij ex
ore hoſtis.Fabiꝰ.fabiꝰ ex ſtomacho loqtur ex
candeſcens q; Fabius iam ſenio confectus eū
opprimat:& obſtet ſuis victorijs:fatiſq; currē-
tibus. Meis fatis.quæ impediūt curſum meæ
fortunæ. In orbe.in circuitu.Verum age . ape-
rit mentem ſuam Hannibal . Res arctæ . ideſt
quoniam in tanta rerum difficultate conſtituti
ſumus.Porro. certe.Innectere ramos. ludibriū
oculorum inquit Liuius ſpecie terribile ad fru
ſtrandum hoſtes commentus eſt:principio no
ctis furtim ſuccedere ad montes ſtatuit: falla-
cis conſilij talis apparatus fuit faces vndiq; ex
agris collectæ faceſq; virgarum atq; arida ſar-
menta præligantur cornibus boum quos do-
mitos indomitoſq; multos inter cæteram agre
ſtem prædam agebat:aſdrubaliq; negociū da-
tum vt primis tenebris noctis:id armentum ac
cenſis cornibus ad montes ageret.Edicam.mā
dabo.Maniplos.faſciculos ſarmentorum. La-
xabit.aperiet viam anguſtam qua nobis eun-
dum eſt ſi volumꝰ euadere.Iniquas excubias:
vigilias nobis aduerſas.Maiora.grauiora peri
cula propter noctem.Si cordi.ſcilicet eſt ideſt
ſi placet conſilium.Extrema conſulta.vltia cō
ſilia & poſtrema neceſſitas nō patitᷣ morā. Ad
tentoria.ipiꝰ maraxis:qui erat dux in exercitu
hannibalis.Vt diſpulit.poſtq̄ dimouit ſomnū ī
quo ille agitabat ſimulacra pugnę . Tenebris
fortiſſime ductor.verba magonis ad maraxem
Tenebris.in nocte.Manipli.milites diſpoſiti a
Fabio ad cuſtodiam viarū. Euellere . liberare
cum ſint obſeſſa.Hic aſtus.quo nunc vtentur
perſuadeat Fabium ſe non poſſe certare nobi
ſcum dolis.Acris.aſtuti conſilij hannibalis. Iu
uene.maraxe.Achere.qui erat alter dux han-
nibalis.Minimum ſoporis.parum quippe dor
miebat:vt decebat ſolertem ducem.ideo dixit
ſupra.Vigili ſtant bella magiſtro. Equare no-
ctes.ideſt non erat ei notum dormire per totā
noctē. Inſeruibat. inſeruiebat & demulcebat
ipſum equum manu:& ipſius ora exagitata re
fouebat .ideſt fracta propter frenum.Leuabat
fouebat mulcebat.Fouebat.curabat aquis aut
vino:vt moris eſt:aut aqua mellita. Dant iras.
exacuunt vt magis ledant hoſtes . Teſſera. eſt
ſignum:& imperium ducis quo militibus præ
cipitur vt arma capiant;aut vt mutant caſtra.
Qđ ducis iperiū q nūciabāt militibꝰ teſſerarij
dicebātur.Pli.ait.Signi dationē.Teſſeras.Vigi
lias īuenit palamedes in bello troiano . Timor
nauꝰ.i.q facit homines īduſtrios ſollertes. Na

uus dicitur ſtrenuus:& diligens inde nauare o
peram .i. ſtrenue facere.nauo autem ignauus
uus opponitur & timor abire cogit. Vir .pedi=
bus timor addidit alas.Rapida peſte . igni oĩa
raptĩ conſumenti.Egra capita.primis tenebris
ſilẽtio mota ſunt hoſtium caſtra boues aliquã=
to ante ſigna acti:vbi ad radices montiũ . viaſ=
qꝫ anguſtas ventum eſt ſignum extemplo da=
tur vt accenſis cornibus armenta in aduerſos
concitentur montes:& metus ipſe relucẽtis flã
mæ ex capite calor que:iam ad viuũ:ad imaqꝫ
cornuum adueniẽs velut ſtimulatos furore a=
gebat boues.id ait Syllius lymphata corpora.
Lues atra.incendium.Adiutæ flammæ.nã cõ=
citatio boum : capitumqꝫ quaſſatio flammam
excitabat:& hominum paſſim diſcurrentium
ſpeciem præbebat.Anhela. curſu defatigata.
Luctantur.conantur mugire:& non poterant
propter ignem.Quã multa affixus . hos ignes
paſſim lucentes cõparat ſtellis & incendijs a=
grorum quibus terræ pingueſcũt garganus eſt
mons apuliæ.Ad pinguia.qm̃ incendio fit ſo=
lũ pinguꝰ : quod Vir.in georgicis cecinit. Hac
facie.tali apparentia ignium.Sorti.per ſortẽ.i.
illi qui cuſtodiebãt & excubabãt viſo incendio
timuerũt.Credere.credebãt.Accẽſo ſulphure.
nã cũ mõtes ſunt cõcaui.& habent ſulphur il=
lic accenditur ignis naturaliter : vt eſt in ętna
ſicula vẽtis.ſ.itus incluſis flãtibus:& flante au=
ſtro ꝓpter humiditates egredit̃ fumus : flante
autem aquilone pura flãma:cum ſit frigidus &
ſiccus:huius rei diligẽtiſſimus obſeruator fuit
eolus:& iõ deus ventoꝝ fingitur a poetis. ipe=
rante Tito Veſuius mons cãpaniæ hoc modo
arſit:qđ ĩcendiũ Pli.qui id tpis claſſi apud mi=
ſenũ præerat ſpectatũ profectus eſt:&·ad villã
põponiani æſtu ſuffocatus.& aqua balneaꝝ ca
lida eſt:qm̃ trãſit per venas ſulphureas. iõdicit
poeta illos dubitaſſe:vnde hũerit originem illi
ignes:Egeſtas.emiſſas.egerere eſt euacuare &
extra gerere.Infœlix.dãnata incẽdijs.Iãqꝫ abe
unt.qui ad trãſitus cuſtodiẽdos locati erãt: vbi
in ſummis mõtibus ac ſupra ſe quoſdam ignes
cõſpexerũt circũuẽtos ſe eſſe rati ꝓſidio exceſ=
ſere:qua ingens emicabat flãma velut tutiſſi=
mum iter petentes ſumma montium iuga fu=
gerunt.Abeunt.diſcedunt ipſi cuſtodes locoꝝ
romani diſpoſiti a Fabio.Fauceſ.ꝑ viæ. Hãni=
bal traducto ꝑ ſaltũ agmie:& quibuſdã in ipo
ſaltu hoſtiũ oppreſſis in agro aliſano caſtra po
ſuit:hũc tumultũ ſenſit Fabius cæteꝝ & iſidi=
as eſſe ratus a nocturno vtiqꝫ abhorrẽs certa=
mine ſuos munimento tenuit:luce prima ſub
iugo montis prelium fuit: Fabiꝰ mouẽs caſtra
trãſgreſſuſqꝫ ſaltũ ſuꝑ aliſas loco alto ac mũito

Tractando:& frenis ora exagitata fouebat
At ſocii renouant tela:arentemqꝫ cruorem
Ferro detergunt:& dant mucronibus iras.
Quid fortuna loci poſcat:quod tẽpus: & ipi
Quænã agitẽt:pãdũt: & ceptis ire miniſtrũ
Haud ſegnẽ hortãtur diſcurrit teſſera caſtris
Intẽtiqꝫ docent:q̃ ſint properanda monẽtqꝫ
Quiſqꝫ ſuos:iſtãt trepidi:ſtimulantqꝫ ruẽtes.
Nauus abire timor dum cæca ſilentia : dũqꝫ
Maiores vmbræ.rapida iam ſubdita peſte
Virgulta atqꝫ altis ſurgunt e cornibus ignes.
Hic vero vt gliſcẽte malo & q̃ſſãtibus ægra
Armentis capita adiutæ pingueſcere flãmæ
Cępere:& vincens fumos erumpere vertex
Per colles dumoſqꝫ lues agit atra per altos
Saxoſi ſcopulos montis lymphata feruntur:
Corpa anhela boũ atqꝫ obſeſſis naribus igni
Luctantur fruſtra rabidi mugire iuuenci.
Per iuga per valles errat vulcania peſtis
Nuſquã ſtante malo:vicinaqꝫ littora fulgẽt:
Quam multa affixus cœlo ſub nocte ſerena
Fluctibus e mediis ſulcator nauita ponti
Aſtra videt.q̃ multa videt feruoribus atris
Cum calabros vrũt ad piguia pabula ſaltus.
Vertice gargani reſidens incendia paſtor.
Hac facie ſubita volitantum in mõtibus altis
Flammarum:quis tunc cecidit cuſtodia ſorti
Horrere:atqꝫ ipſos nullo ſpargente vagati
Credere:& ĩdomitos paſci ſub collibꝰ ignes.
Cœlo ne exciderit:& magna fulmina dextra
Torſerit oĩpotens:an cæcis rupta cauernis
Fuderit egeſtas accenſo ſulfure flammas
Infœlix tellus media in formidine quærunt.
Iãqꝫ abeũt:fauceſqꝫ viæ citus occupat armis
Pœnus:& in patulos exultãs emicat agros.
Huc tamẽ vſqꝫ vigil proceſſerat arte regendi
Dictator trebiã & thuſci poſt ſtagna ꝓfundi
Eſſet vt hannibali fabiũ romanaqꝫ tela
Euaſiſſe ſatis:quin & veſtigia pulſi:
Et greſſus premeret caſtris:ni ſacra vocarent
Ad patrios venerãda deos:tũ verſus ad vrbẽ



Alloquitur iuuenẽ:cui mos trãſmittere ſigna
Et belli ſũmã primaſqꝫ iubebat habenas
Atqꝫ his ꝑformat dictis:fingitqꝫ monẽdo.
Si factis nõdũ minuti te cauta ꝓbare
Erudijt fortuna meis:nec ducere verba
Ad verum decus:ac prauis arcere valebant:
Vidiſti clauſũ Annibalẽ:nil miles & alę
Iuuere:aut denſis legio conferta maniplis.
Teſtor te ſolus clauſi:nec deinde morabor:
Dijs ſine me libare dapem & ſolẽnia ferre.
Nũc iteꝝ atqꝫ iterũ victũ vel mõtibus altis
Amnibꝰ aut rapidis mõ pugna abſiſtite tradã
Interea crede experto non fallimur:ægris
Nil mouiſſe ſalus rebus ſit gloria multis
Et placeat quippe egregiũ proſternere ferro
Hoſtẽ:ſed fabio ſit vos ſeruare triumphus.
Plena tibi caſtra:atqꝫ intactus vulnere miles
Creditur.hos nobis erit hęc tibi gloria redde.
Iam cernes libycũ huic vallo aſſultare leonẽ.
Iam prædas offerre tibi:iam vertere terga.
Reſpectãtẽ adeo:atqꝫ iras cũ fraude coquẽtẽ.
Claude oro caſtra:& cũctas ſpes eripe pugnę
Hæc monuiſſe ſatis:ſed ſi cõpeſcere corda
Nõ datur orãti:magno te iure pioqꝫ
Dictator capere arma veto ſic caſtra relinquẽs
Vallarat monitis ac ſe referebat ad vrbem.
Ecce autẽ flatu claſſis phœniſſa ſecũdo
Littora caietæ leſtrigonioſque receſſus
Sulcabat roſtris:potuſque ĩtrabat apertos.
Ac totus multo ſpumabat remige pontus:
Cum trepidæ fremitu vitreis e ſedibus ãtri
Equoreæ pelago ſimul emerſere ſorores.
Ac poſſeſſa vident ĩfeſtis littora portis.
Tum magno percuſſa metu nereia turba
Attonitæ propere refluũt ad littora nota.
Teleboi medio ſurgũt qua regna profundo.
Pumi ceæque procul ſedes immanis ĩ antro
Conditur abrupto protheus:ac ſpumea late
Cautibus obiectis reiectat cærula vates.
Is poſtquã ſat gnarus eni rerũqꝫ metuſqꝫ
Per varias luſit formas & terruit acri

cõſedit:annibal Romã petere ſe ſimulãs vſqꝫ in
peiignos populabundus redijt:Fabius medijs
ĩtra hoſtiũ agmẽ vrbeqꝫ Romam iugis ducebat
exercitũ:nec abſiſtẽs nec congrediẽs ſacroꝝ cã
Romã reuocatꝰ:ſed iperio mõ: ſed cõſilio ẽt ac
ꝓpe ꝑcibus egit cũ minutio magiſtro eqtum vt
bello abſtineret. Agros.aliſanos.ſ.ab oppido.
Huc vſqꝫ.ad hoc ĩquit puenerat Fabius ſua pru
dentia vt ãnibali tot victorijs elato ſatis eẽt iam
fugere romanos quos priꝰ temeritate ducũ tam
facile ꝓfligabat & inſectabat̃. Pulſi.ãnibalis.
Iuuenẽ.minutiũ magr̃m eqtũ q abſente dictato
re reꝝ habebat habenas Mos.cõſuetudo & priꝰ
ritus.Si factis nondũ minuti.verba Fabij ad mi
nutiũ qbus eũ mõet ſuadẽs ab vtili vt bello abſi
ſtat dicẽs nõ parũ eẽ romanos iã vici deſijſſe ab
hoſte totiẽs victore & ab aſſiduis cladibus reſpi
rare.ſenſus eſt.Si nõdũ es edoctꝰ laudare cũcta
tionẽ meã:nec mea verba voluerũt ducere te ad
verã laudẽ& a prauitate abducere:& ſi mihi nõ
credis operibus crede meis & me abſcente pu
gna abſtineas.Alæ.acies nr̃æ. nã ego ſolus clau
ſi. Teſtor te.voco te huiꝰ rei teſtẽ.Libare dapes
ſacrificare.Solẽnia.i.ſacra.ſolẽnia aũt ſacra dicũ
tur q̃ certis tpibꝰ anniſqꝫ fieri ſolent.Interea.dũ
ego abero. Aegris rebꝰ.afflicto romano iperio.
Eſt ſalus nil mouiſſe.i.nõ cõſerere manꝰ cũ ho=
ſte tali:& locus eſt ab vtili habẽs in ſe cõfutatio
neꝫ.Credit̃.cõmittit̃ tuo iperio.Gloria.reddere
mihi milites ĩtactos.& hæc pars ẽt hẽt cõfutatio
nẽ Iã cernes libycũ.tãq̃ vates Fabiꝰ ꝑdicit futura
minutio cũ eẽt prudẽtiſſimus vt ille magis caue
re poſſet qđ minime fecit. Leonẽ.ipſũ ãnibalẽ.
Adeo.certe.Reſpectãtẽ.reſpiciẽtẽ vt in iſequen
tes ĩpetũ facere poſſit.Coquentẽ.miſcẽtẽ & me
ditantẽ.Orãti.mihi.vero te tãq̃ dictator cape ar
ma.Pio.ſacroſãcto:qm̃ nõ erat ꝓuocatio a dicto
dictatoris & oẽs magr̃atus ceſſabãt tpe dictatu
ræ ꝑter tribunitiã poteſtatẽ : & nõ licebat vltra
ſex menſes ꝓferre dictaturã: ſed hãc diſciplinã
Sylla & Cæſar frãgẽtes ꝑpetui dictatores eẽ vo
luerũt.Vallarat. munierat verbis & prudẽtia.
Ecce aũt flatu.claſſis punica venit ad littꝰ caietę
in ſubſidiũ ãnibalis Vñ poeta fabulat̃ nymphas
tyrrheni maris illa claſſe territas adiuiſſe ꝓtheũ
qui tũc apđ capreas erat vt cauſã huiꝰ nauigatio
nis ſciſcitarent qui etiã huiꝰ belli cauſã euentũ=
qꝫ aperuit.Phœniſſa.pũica.Caieta ciuitas cãpa
niæ ad mare adhuc retinet nomẽ. Leſtrigonios
receſſus ſinus formianos.qm̃ leſtrigones tenue=
runt formias oppidũ. Infeſtis.inimicis libycis.
Ad limia nota.i.ad capreas:vbi protheus habi=
tabat vt fingit poeta ad imitationẽ Virgilij canẽ
tis Ariſteũ ductũ a matre ad protheũ qui tũc pa
triam pallenẽ in theſſalia reuiſerat.Teleboi re

gna.caprearum inſula nō ꝑcul a neapoli:vbi regnauit thelebous. Virgi.ait Theleboum capreas cū regna teneret.iſula caprearum tyberij ſeceſſu celebrata eſt. Taphius:& thelebous fratres fuerūt & reges apd̄ theleboas inſulas & taphias:quæ ſunt inter ætoliā & Achaiā:qui non contenti paterno regno inter ſe pugnarunt ea lege:vt victor regnaret. Taphius vicit:thelebous capreas nauigauit illicq; ſedem poſuit:ideo capreas regna theleboi appellat. Pumiceæ ſedes.antra ex pumice. Abrupto.magno & præcipiti. Sat gnarus.ſciens:cui opponitur ignarus. Formas.protheus trāſmutabat ſe in varias formas. In hoc figmento imitat̄ poeta Vir.in georgicis & Homerū in odyſſea. Mutatus mēbra.i.cum mutaſſet ſe in leonem:hęc eſt loquutio frequēs apud Sylliū ſupra.mutatus tela ſyche⁹.

Dicite ait.verba prothei ad nymphas. Cymothos.nympa.nam cyma dicit̄ vnda.inde cymothos qm̄ maris nymphæ nil aliud ſūt niſi vndę. Noſti noſtros.verba cymodoces ad protheum menelaus apd̄ homerū li.iiij.odyſſeę ſic ꝓtheū alloquit̄. Noſti ſenex cur hæc diſſimulas. Migrantur.transferūtur regna ad carthaginenſes. Rheteia.romāa. Sarranus punicus. atlas ē in finibus mauritanię.calpe aūt in finibus hiſpanię de quibus dictū eſt. Extrema.ī vltima parte terrarū ad occaſū poſita. Ambigu⁹.pplexus & ambagibus vera inuoluens. Laomedōteus.narrat Protheus iudicium Paridis in ida ſylua troiana quod cauſa fuit ruinæ ilij:& bellorū quibus romani ab ænea originē habētes.vexati ſūt vrgēte iunone. Paſtor.paris q fuit paſtor in ida troiana.eſt ei alia ida in creta inſula. Errantes. paſcentes. Arguta canna.ſonora fiſtula harūdinea & paſtorali. Sacræ.diuinæ. Lentus.ocioſus. Niueos olores.qm̄ olores trahebant currum veneris. Coritus.pharetra & ſagittę: Eſt alius.ſcilicet cupido:qm̄ plures erant. Comebat.ornabat. Roſeo.pulchro. Teſtis certiſſima verba veneris ad cupidines filios quos hortatur vt ſuam pietatem erga matrem oſtendāt. Inde cōmemorat omnia q̄ illis tribuit vt ſi hoc neglexerint ingrati atq; impij eſſe videant̄:& poſſibilitatem oſtēdit dicens illos etiam iouem cogere poſſe petere quippe debemus poſſibilia:& q̄ is præſtare poſſit a quo aliquid cōtēdimus. Quis credere ſaluis.mouet illos ad affectum cū hoc dicit.ne matrem reliquiſſe ꝑter decorū & pietatem videantur certantē de forma.cū ipſa ſit dea pulchritudinis & gratiæ. Saluis viuentibus. Forma. pulchritudine totius corporis. Ore vultu. Quid vltra iam ſupereſt rerū.ex rei īdignitate mouet filios Indignū quippe erat venerē formoſiſſimā de forma certare. quaſi dicat.qd mihi ſupeſt ſi vincor in forma. Omnia paruis.beneficia in filios collata venus affert. Tela.amoris ſcilicet. Blando veneno.amore. Auus.Iuppiter pater Veneris. Qui ſancit firmat. Cū vultis. qm̄ oia ſubijciunt̄ amori. Vnde Vir.oia vincit amor.

Cypron qm̄ cyprus erat ſacra veneri. vbi illa primū inſtituit lupanar. Palmas idumeas.victoriā q̄ p palmas ſignificatur:cui⁹ eſt magna copia in idumea regione iudeæ. Vir. Primus idu/

Serpentis ſquamis horrendaq; ſibila torſit:
Aut fremuit toruo mutatus membra leone:
Dicite ait quę cauſa vię:quis ve ora repente
Peruaſit pallor? cur ſcire futura libido?
Ad quę cymodoce nympharū maxima natu
Italidū noſti noſtros pręſage timores.
Quid tyrię claſſes ereptaq; littora nobis
Portēdūt? num migrātur rheteia regna
In libyam ſuperis:aut hos ſarranus habebit
Nauita iam portus? patria num ſede fugatæ
Atlantē & calpen extrēa habitabimus antra?
Tum ſic inuoluens repetita exordia retro
Incipit ambiguus vates:reſerataq; futura
Laomedonteus phrygia cum ſedit ī ida
Paſtor:& errantis dumoſa per auia tauros
Arguta reuocans ad roſcida paſcua canna
Audiuit ſacre lentus certamina formę.
Tum matris currus niueos agitabat olores
Tempora ſollicitus litis ſeruaſſe cupido
Paruulus ex humero coritus & aureus arcus
Fulgebat:nutuq; vetans trepidare parentē
Monſtrabat grauidā telis ſe ferre pharetrā.
Aſt alius niuea comebat fronte capillos
Purpureos:alius veſtis religabat amictus
Cū ſic ſuperans roſeo venus ore decoros
Alloquitur natos teſtī certiſſima veſtrę
Ecce dies pietatis adeſt.quis credere ſaluis
Hoc auſit vobis? de forma atq; ore: qd vltra
Iam ſupereſt:rerū certat venus:omnia paruis
Si mea tela dedi blando medicata veneno:
Si veſter cęlo ac terris qui fœdera ſācit:
Stat ſupplex cū multis auus victoria noſtra
Cypron idumeas referat de pallade palmas
Et iunone paphos centū mihi fumet ī aris
Dūq; hæc aligeris inſtat cytherea:ſonabat



meas referā tibi mātua palmas. Paphos.ē vrbs cypri veneri ſacra.iō canit: Vir. Ipſa paphū ſublimis abit. Aligeris.cupidinibus alatis. Inſtat.iſtādo dicit. Bellica virgo. Pallas q̄ depoſuerat egida.i.ſcutū in quo erat caput meduſæ vt pulchrior & venuſtior videret̄. Pacē.trāquilitatē cū ipſa ſit dea belli:nūc vt mitis videret̄ pacē ocul' nō toruis ſed trāquillis atq; venuſtis oſtēdebat. Cōniſcēs.i.ſignificās pacē iucūdo motu oculorū: cū prius toruo obtutu bella minaret̄ cōniuere eſt oculos mouere:& itē cōniſcere. Luco ꝑdicto.nā cōuenerat iter eas de loco.i.in ida phrygia. Iuſſis ſyluis.in ſyluas vt iuſſerat paris iudex. Iuno putabat ſe omino iudiciū habiturā cū eēt ſoror & cōiūx iouis:& tāto magis a pallade ſpreta excanduit. Phrygis.troiani paridis. Faſt⁹.omnē paridis ſupbiā animi elatione & ſniam quā ferret ꝓ iunone ſine aliquo timore cū maxia ābitiōe vt illā ſibi deuinciret Et idā illud iudiciū qd̄ debebat eē in ida. putabat iqt ſe oia cōmouer̄ poſſe ſua maieſtate. Poſt fratris toros.cū eēt ſoror & cōiūx iouis. Traxerūt odorem.acceperūt odorē q ſpirabat e ſacro vertice ipſius veneris. Vir.diuinū vertice odorē Spirauere pedes veſtis defluxit ad imos. Nec iudex ſediſſe valet:nō poterat reſiſtere tāto ſplēdori & oculi caligabāt tāto ſplēdore victi.lumen qppe mai⁹ offuſcat min⁹. Metuit dubitaſſe videri.i.ſtati iudiciū tulit paris victus pulchritudine venēris:nec volebat videri de ꝑſtātia formę dubitaſſe:cū nulla eēt inter illas cōparatio: q̄ ꝓpter victæ deę cōmouerūt græcos ad excidiū troianū. Tū poſt euerſionē ilij. Itaīa tellure.in latio. Vir.iferretq; deos latio Dū cete inabūt pōto.vaticinat̄ ꝓthe⁹ iperiū.i.romanū fore ppetuū: ſic Vir. His ego nec metas rerū nec tpa pono. Imperiū ſine fine dedi. Cete piſces.ponit cete ꝓ oib⁹ piſcib⁹ Indo littore oriētalie i.dū oriet̄ & occidet ſol. Nullæ metę.nulli termini. At vos o natæ.vertit ſermonē ad nymphas ꝓtheus illiſq; ꝑdicit cladē cānēſem:& huius belli euentū. Immobile filū.fatū imutabile. Infauſtas ifœlices & dānatas cruore futuro:quo vnda ificiet̄:ſaſſon ē inſula iter epyrū & brūduſiū in mari adriaco i qd̄ emittit aufidus in cui⁹ ripis futura erat memorabilis clades. Tumid⁹.repletus ſanguine ac cadaueribus. Per carmina deū.i.carmina ſibyllia q monebāt cauēdū eē ab apulia & cāpis ætolis. Pollybius deſcribēs pugnā cānēſem ait. Affect⁹.n.grauib⁹ ac recētibus cladibus populus romanis nimiū in futura verebat̄.vnuſqſq; itra ſe q̄ futura ciuiū romanorū fortuna eſſet deleto ꝓfligatoq; exercitu cogitabat: quæ libri ſibyllini minabāt̄ in ore oium erāt. Cāpo.appulo:& diomedeo quē ſybilla dānauerat ꝓſpiciēs cladē illā cānenſem. Etolæ vmbrę.diomedeæ.illic.n.cōſedit diomedes. Teucris.romāis oriūdis a Troia p æneā inimicū quōdā diomedis cū quo ſingulari certamie pugnauit. mox poſt pugnā ad cānas annibal cōtēdt ad vrbē:cui⁹ portā aſta pcuſſit:& iaculum itra mœnia cōtorſit. Romuleos. romanos. Metaurus fluui⁹ ſecat appēninū & labitur non procul ad vrbino apud quem interfectus fuit aſdrubal frater annibalis a claudio

Omne nemus gradiēte dea:iā bellica virgo
Egide depoſita:atq; aſſuetū caſſide crinem
Inuoluit tum cōpta tamen:pacemq; ſerenis
Cōniſcēs oculis ibat:lucoq; ferebat
Prædicto ſacræ veſtigia concita plātæ
Parte alia intrabat iuſſis ſaturnia ſyluis
Iudicium phrygis: & faſtus paſtoris & idam
Poſt fratris latura toros:poſtrema nitenti
Affluſit vultu ridens venus:oīa circa
Et nemora & penitus frōdoſis rupibus antra
Spirantē ſacro traxerunt vertice odorem
Nec iudex ſediſſe valet:feſſiq; nitore
Luce cadunt oculi:metuit dubitaſſe videri:
Sed victę feras bella deæ vexere per æquor
Atq; exciſa ſuo pariter cū iudice troia eſt:
Tum pius ęneas terris iactatus & vndis:
Dardanios itala poſuit tellure penates.
Dū cete innabūt ponto:dū ſydera cęlo
Lucebunt:dum ſol indo ſe littore tollet:
Hic regna & nullæ regnis per ſęcula metæ.
At vos o natæ currit dū imobile filum:
Adriaci fugite infauſtas ſaſſonis arenas
Sanguineis tumidus ponto miſcebitur vndis
Aufidus:& rubros impellet ī ęquore fluctus.
Damnatoq; deū quodā per carmia campo
Etolæ rurſus teucris pugnabitis vmbrę.
Punica romuleos quatiēt mox ſpicula muroſ
Multa quoq; aſdrubal' fulgebit ſtrage metau
Hincille e furto gēitus patruiq; piabit: (rus
Idem vltor patriſq; necem:tū littus eliſæ
Implebit flammis:auelletq; itala pœnum
Viſcera torrentē:& propriis ſuperabit ī oris:
Hic carthago armis hic africa nomine cedet.
Hic dabit ex ſeſe qui tertia bella fatiget:
Et cynerē libiæ ferat in capitolia victor.

Nerone:& Liuio ſalinatore cõſulib⁹.Ille.Scipio.Genitus fuit.occulto cõcubitu iouis cũ põponia mře Sci
pionis:q poſtea cognomiatus eſt africanus maior.Scipio natus ẽ ex põponia & ioue mutato ĩ anguẽ & in
partu põponia pijt:q̃ ſic filiũ apud ĩferos alloqř.Sola die caperẽ medio cũ ſorte petitos At requiẽ ſonos:ſu
bitus mihi mẽbra ligauit.Amplexus deĩde ſubiũgit.Vidi crede iouẽ:nec me mutata fefellit Forma dei cꝫ
ſqualẽtẽ cõuerſus in anguẽ Ingenti traxit curuata volumia gyro.Sic etiã cõcept⁹ ẽ Alexander magn⁹.Přis
& patrui.P.Cornelij ſcipionis & Cnei patrui q in hiſpania occubuerũt.Implebit littus eliſę. qm̃ Scipio in
africã traijciẽs ſyphacẽ aſdrubalẽcꝫ vicit incẽſis caſtris quę erãt ex harũdinibus.ideo ait ĩplebit flammis.

Auellet pœnũ. abſtrahet annibalẽ ex italia & reuocabit in africam. Torrentẽ.adurentem viſcera romanorum & totius italię.Proprijs oris. libycis.nã vicit illũ ad zamã magno ꝓlio.Hinc. poſtea ob hanc victoriam. Armis.nã victis pœnis ex cõditionibus a Scipione acceptis naues incenſæ ſunt & arma depoſita vt ſuo loco habebimus.Africa cedet nomine.qm̃ africanus cognomiabitur a deuicta aphrica. Hic dabit ex ſeſe:de Scipione æmiliano ĩtelligit qui fuit adoptatus in familiã corneliorũ filius quippe ſupioris africani valitudinarius &imbecillis Scipionem filiuꝫ Pauli æmilij adoptauit.vnde Scipio æmilianus dict⁹ eſt.hic tertio bello punico carthaginẽ deleuit:& africanus minor cognomiatus ẽ Tertia bella.tertiũ bellũ punicũ Vates protheus.Magiſter.miutius oblitus erat mandatorum Fabij.Paſcere nec pœnus.i.nõ deerat Annibal ad paſcendum nutriendũcꝫ furorẽ prauũ ipſius minutij qui habebat militũ fauorẽ & plebis:qui prauus erat:volebat enim pugnare iniuſſu dictatoris.Non aliter.Annibalẽ ſimulata fuga & parua iactura ſuorum militum& impedimentorũ allicientẽ Minutium ad pugnã cõparat piſcatori q eſca piſces allicit & rete iacto inuoluit trahitcꝫ ad littus.Liquidis penetralib⁹ aquis.Sinuato. rete in ſinum ducto.Fama furit diuulgabař fama rei bene geſtę a Minutio qui cum hoſte abſente Fabi.manus conſeruit. Sex milia hoſtiũ ceſa ſunt:quincꝫ romanorũ: nũciatum eſt tamen,: vt inquit Li.in tam pari prope clade fama egregiæ victorię cum vaniorib⁹ litteris magiſtri equitũ romã plata de his reb⁹ pet ſæpe & in ſenatu & in contione actum eſt. Tũ M.Metellus tribunus plebis in fabiũ inuectus rogationem de imperio æquando tulit.Furit. vulgatur.Virtutem.ipſius minutij. Ditione.imperio ac poteſtate.Repoſtas.paratas & irrogãdas a Fabio cuius iniuſſu minuti⁹ pugnauerat. Ducem.Fabium cum ad exercitum redierit & iuſſurum gladios recondi in vagina.Referri.recondi. Saturnia.iuno quæ romanos dare peſſũ volebat.Popularibus auris.fauoribus populi ĩ minutium.Pœno.hãnibali.Ne penderet .daret pœnas.Patria incõſulta.roma q̃ temeritate quadam minutium Fabio ęquauerat.Partitus ſocias vires.prima & quarta legio minutio ſecũda: & tertia Fabio euenerunt. Itẽ equites pari nũe

Quę dũ arcana deum vates euoluit in antro:
Iã monita & fabiũ bellicꝫ equitũcꝫ magiſter
Exuerat mentẽ ac pręceps tendebat in hoſtẽ
Paſcere nec pœnus prauum ac nutrire fauorẽ
Deerat:& vt paruo maiora ad prælia damno
Elicere: dabat interdum ſimulantia terga:
Non aliter q̃ qui ſparſa ꝑ ſtagna profundi
Euocat eliquidis piſcem penetralibus eſca:
Cumcꝫ leuem ſumma vidit iã nare ſub vnda:
Ducit ſinuato captiuũ ad littora lino.
Fama furit verſos hoſtis pœnũcꝫ ſalutem
Inueniſſe fuga:liceat ſi vincere finem.
Promitti cladum:ſed enim ditione carere
Virtutẽ:& pœnas vincentibus eſſe repoſtas.
Clauſurum iam caſtra ducẽ rurſuſcꝫ referri
Vagina iuſſurum enſes:reddatur in armis
Vt ratio purget miles cur vicerit hoſtem
Hæc vulgus:nec non patrum ſaturnia mẽtes
Inuidię ſtimulo fodit:& popularibus auris.
Tunc indigna fide cenſent optandacꝫ pœno
Quę mox aut paruo luerent damnata ꝑiclo
Diuiditur miles:fabiocꝫ equitũcꝫ magiſtro:
Imperia ęquantur.penitus cernebat&expꝫ
Irarum ſenior magnas ne penderet alti
Erroris pœnas patria inconſulta timebat.
Actũ multa putãs ſecum vt remeauit ab vrbe
Partitus ſocias vires:vicina propinquis
Signa iugis locat:& ſpecula ſublimis ab alta
Non romana minus ſeruat q̃ punica caſtra.
Nec mora diſiecto minuti vecordia vallo
Perdendi ſimul & pereundi ardebat amore:
Quẽ poſt quã rapidũ vidit procedere caſtris
Hinc libys hinc fabius:ſimul accẽdere ſagacis
In ſubitũ curas ꝑpere capere armas maniplis
Edicit: nullocꝫ tenet munimine turmas



ro ſociorum &latini nominis diuiſerunt caſtris ſe quocꝫ ſperare magiſter equitum voluit qđ annibali gau
dio fuit.Nam & liberam minutij temeritatẽ ſe ſuo modo capturum & ſolertiæ Fabij dimidium virium di
ſceſſiſſe videbat.Propinquis iugis.nam loca ædita Fabius ſemper eligebat & tumulus quidã erat inter ca
ſtra minutij & pœnorum. Vecordia minuti.i.ipſe inſanus minutius ſuos emiſit i hoſtem.Diſiecto.ſine ali
qua conſultatione aperto.Perdendi.vt ſuos perderet.Pereundi. vt ipſe periret.In ſubitum.rem repentinã
Auſonius minutius Romanus emiſit in hoſtem ois copias & idẽ fecit Annibal.Dum dictator abeſt.verba
Annibalis hortantis ſuos ad pugnã cũ magna laude Fabij:quo pręſente nil ſe poſſe Annibal plane fatetur

Auſonius torquet totas in prælia vires:
Pœnorum ductor:ꝑpellitcꝫ agmina voces
Dum dictator abeſt rape miles tꝑa pugnæ
Non ſperata diu plano certamina campo
Offert ecce deus:quoniã data copia:longũ
Detergete ſitum ferro:multocꝫ cruore
Exacite viri plenos rubiginis enſes.
Atcꝫ ea cũctator penſabat ab aggere valli:
Reluſtrans cãpos oculis tantocꝫ periclo
Diſcere quis nã eſſet fabius te roma dolebat.
Cui natus.iũcta arma ferẽs dabit iprob⁹ iqt:
Quas dignũ pœnas:qui ꝑ ſuffragia cæca
Inuaſit noſtros hęc ad diſcrimina faſces.
Inſanæ ſpectatæ tribus proh lubrica roſtra
Et nauis fora læta viris:nunc munera martis
Equent imperio:& ſolem cõcedere nocti
Sciſcant.imbelles magnas,mercede piabunt
Erroris rabiem: & noſtrum violaſſe parentẽ.
Tũ ſenior quatiẽs haſtã lachrymiſcꝫ coortis:
Sanguine pœnorum iuuenis tã triſtia dicta
Sunt abolẽda tibi:patiar ne ante ora manuſcꝫ
Ciuem deleri noſtras?aut vincere pœnum
Me ſpectante ſinam?nos ęquauiſſe minori
Soluetur culpa ſi ſint mihi talia corda.
Iamcꝫ hoc ne dubites longæui nate parentis
Accipe:& æterno fixum ſub pectore ſerua.
Succenſere nephas patrię:nec fœdior vlla
Clpa ſub extremas fertur mortalib⁹ vmbras
Si docuere ſenes:quantus qualiſcꝫ fuiſti
Cum pulſus lare:& extortis capitolia curru
Intrares exul tibi copora cæſa camille
Damnata quot ſunt dextra pacata fuiſſent:
Ni conſulta viro menſcꝫ impenetrabilis iræ.
Mutaſſentcꝫ ſolum ſceptris ęneia regna.
Nullacꝫ nunc ſtares terrarũ vertice roma.

Situm.rubiginẽ.Dabit iprobus inquit:loqř filius dictatoris:qui gaudebat Minutiũ dare pœnas ſui errotis.Suffragia cæca.incõſulta&temeraria populi ſuffragia : a qbus æquatũ erat illis ĩperium.Nřos faſces.dignitatẽ &ĩperiũ.Inſanę tribus.q̃ Minutiũ Fabio æquaſtis ſpectare hãc pugnã.& ex ſtomacho loquiř.Proh lubrica roſtra.o leuis & incõſtans multitudo quæ in foro verſatis.Virisvanis.leuiſſimis:&ſine aliqua grauitate aut prudẽtia. Munera martis. officia belli regendi & ius æquũ in caſtris regẽdis. Imbelles nullã in armis pitiã hñtes:& eſt cõceſſio per q̃dã ſtomacationẽ.Sciſcãt.iudicent & ſtatuant. ſcire ẽ iudicare & decernere vnde legimus apđ Liuiũ populus ſciuit.& plebiſcita.plebiſcito minuti⁹ hũerat ĩperiũ Fabio æquatũ:Vñ dicit apđ Liuiũ reſtituens fabio dignitatẽ.plebiſcitũ quo magis oneratus q̃ honorat⁹ ſũ tibi reſtituo& depono.Solẽ cõcedeř nocti.i.iudicẽt Fabiũ přem meũ tãq̃ ſolẽ cedere Miuutio q eſt tãq̃ nox:qppe nullã hẽt prudẽtiã Piabũt pſoluẽt.pugnabũt hunc errorẽ magna calamitate.Sãguine pœnorũ.reſpõdet Fabius q e naturę atcꝫ boni viri ꝑſcripto viuens nũq̃ přię ſuccẽſendũ putauit. Li. ait.Tũc Fabius primo clamore pauẽtiũ audito deide cõſpecta,ꝓcul turbata acie ita eſt ingt.nõ celerius qua timui depħẽdit fortũa temeritatẽ Fabio æquatus ĩperio ãnibalẽ & virtute & fortuna ſupiorẽ videt:ſed aliud iurgãdi ſuccenſendicꝫ tp̃s erit.nũc ſigna extra vallũ ꝓferte. victoriã hoſti extorqueam⁹ cõfeſſionẽ erroris ciuib⁹ relinquam⁹.Iuuenis.o fili cæde hoſtis deleř debes id qđ contra přiam dixiſti. Triſtia di. přiæ triſtitiã afferẽtia. Patiar ne.locus ẽ ab honeſto. nõ.n.decebat Fabiũ pati ante eius oculos deleri acies romanas.Nos ęquauiſſe minori.ſẽſus ẽ ſi pmiſerimus nřos.pire hoc quod romani ĩprudẽter egerũt purgabiř nřa culpa.ergo meli⁹ eſt ſuccurreř nřis ꝓpe opp̃ſſis:vt iure de populi romani incõſtantia & temeritate q̃ri poſſim⁹. Talia corda.eadẽ ſnia q̃ tibi eſt:nolle.ſ.opẽ ferre. Succẽſere nefas přię.verba digna Fabio ſalutis patriæ ſtudioſo : quã ẽt rumoribus de ſe malis ſemp ꝑpoſuit.přia.n. oĩum caritates cõplectiř cui etiã vitã debemus:&nullo mõ ſuccenſendũ eẽ přiæ oſtẽdit exẽplo Camilli:q poſt captos veios a.L. Apuleio accuſatus fuit tribuno. pl.cꝫ apđ euꝫ eẽnt portę æneę:quas tacuiſſet:cũ ꝑdę

bellicæ rōnem redderet pſībus : & q decimā partē mittendā Apollini delphico cēſuiſſet:vn̄ dānatus ardeā in exiliū miſſus eſt. Inde poſtea romanis in capitolio obſeſſis reuocatus pſīam aſſeruit:fugatis trucidatiſq; gallis ſenonibus. Fœdior.turpior:& magis vituperanda:qm̄ pſīę oia debemus ꝑ qua vir bonus nunq̄ dubitauit occūbere:ſi illi ſit ꝓfuturus.Lare.domo.Extorris.extra terrā ꝓpriam.i.romā ſitus.Curru. triūpho.quē egit de gallis. Dānata.i exiliū acta. Viro.Camillo. Pacata.ſine ira.i.ſi fuiſſet iratus pſīæ ob decus acceptū Roma penitus corruiſſet. Iras meas.quas ego habere deberē q ſū lęſ⁹ Claſſica tubæ.iā inqt cōſertæ erāt acies:& manus Poſtes ianuas caſtroꝝ.Nō grauiore mouēt Fabiū magno impetu ī plana decurrentē:vt minutium e faucibus hoſtiū eripet : cōparat vētis qui ſæuo flatu ī diuerſos fluctus mare diſtrahūt Odryſius.threicius:nā odryſæ ſunt populi thraciæ.Pollens.potens. Aequor.vndas. Haud ꝑrſus.ſenſus eſt : Fabius nō eēt aſſecutus maiorē laudem deuicta carthagine:q̄ adeptus ē prelio quo minutianos milites liberauit : nā hānibalē metū:irā:inuidiā:& fortunā vno prælio vicit:& eſt magna laus Fabij.Iniuria:qua romani affecerant Fabiū ob inuidiā. igit hæc iīuria cā fuit vt Fabius animi ſui magnitudinē oſtenderet: q̄ iniurię illatæ nō meminit : proniorq; ē ad ignoſcendum:q̄ vlciſcendum. Si magnanimus fueris:inquit Sene.nūq̄ iudicabis tibi cōtumeliam fieri ab inimico :dices:nō nocuit mihi:ſed animum nocendi habuit : & cum illū in poteſtate tua videris:vindictā putabis vindicare potuiſſe Scito enim honeſtū & magnū genus vindictæ eſſe ignoſcere.Decoris.honoris:& gloriæ.Metus.quoniā nō timuit irruere in hoſtes.Iræ.quoniam depoſita ira:in Minutium hoſtes repreſſit:& ſic vicit inuidiam aliorum in ſe:famā etiā & rumores de ſe in alios. dicebant enim inuidi Fabium ſentire cum Hannibale:vicit etiā fortunam:quoniam fabio ruēti ad pugnā :aut cūctati nihil nocere potuit.pœnus ab excelſo.Annibal viſo Fabio ruēte ad pugnā timuit:cecinitq; receptui ꝓfeſſus minutium quidem ſeviciſſe ſed a fabio ſe eſſe ſuperatum. Orbe corona militum.clauſerat minutium & ſuos. Hauſturus. conſumpturus.Dardanius du.Minutius.Iā ſtyga . inferos apđ quos ē ſtyx palus:iā inquit Minuti⁹ mente mortuus erat:& euꝫ pudebat opē Fabij implorare:quem læſerat. Mente:animo ſuo:iam enim depoſuerat de vita.Gemino cornu.alisvtriq; locatis:Vlteriore corona.i.circunuallauit acies hoſtiles.quæ minutianos milites clauſerant.Claudentis.hoſtis. Extima. vltimas acies ; ideſt ipſos extremos clauſit: ab extra ſit

Pone iras o nate meas:ſocia arma feramus.
Acceleremus opem:iamq; ītermixta ſonabāt
Claſſica:procurſuſq; viros colliſerat acer
Primus clauſtra manu portę dictator &altos
Diſiecit poſtes:rupitq; in prelia curſum.
Non grauiore mouēt venti certamina mole.
Odryſius boreas:& ſvrtim tollere pollens
Africus obnixi cum bella furentia torquent:
Diſtraxere fretū : ac diuerſa ad littora volunt
Aequor quiſqueſuū ſequitur ſtridēte ꝓcella
Nūc huc:nūc illuc rapti mare & ītonat vndis.
Haud ꝓrſus daret vllus honos:telluſq; ſuba
Phœnicū:& carthago ruēs iniuria quātū (cta
Orta ex inudia decoris;tulit:omnia nāq;
Dura ſimul deuicta viro.metus annibal.iræ.
Inuidia atq; vna fama:& fortuna ſubactæ.
Pœnus ab excelſo rapidos decurrere vallo
Vt vidit tremuere iræ:ceciditq; repente
Cum gemitu ſpes haud dubiæ ꝑſūpta ruinę.
Quippe aciem denſo circūuallauerat orbe.
Hauſturus clauſos coniectis vndiq; telis
Atq; hic dardanius prauo certamine ductor
Iam ſtyga& æternas intrarat mēte tenebras.
Nam fabiū:auxiliumq; viri ſperare pudebat:
Cum ſenior gemino cōplexus prelia cornu
Vlteriore ligat pœnorum terga corona.
Et modo claudētes aciem:nūc extima cigēs:
Clauſos ipſe tenet:maiorē ſurgere in arma:
Maioremq; dedit cerni tirynthius altæ
Scintillant criſtę:& mirū velocibus ingens
Perſubitum mēbris venit vigor:īgerit haſtas:
Aduerſumq; premit telorum nubibus hoſtē.
Qualis poſt iuuenem nōdū ſubeūte ſenecta
Rector erat pylius bellis ętate ſecunda.
Inde ruens turin:& buten:& marin:&arſen
Dat lœto:fiſumq; manus conferre maleon:
Cui decus inſigne.&quæſitū cuſpide nomē.
Tū garadū largūq; comæ cōſternit ad herbē
Et geminas acies ſuperantē vertice tylin
Qui ſūmas alto prenſabat in aggere pinnas.
Eminus hos:gladio ſaphaꝝ:gladioq; moneſū

Et morinum pugnas æris ſtridore cientem:
Dexteriore gena ſedit cui lœtifer ictus
Perq; tubā fixe decurrens vulnere malæ.
Extremo fluxit propulſus murmure ſanguis.
Proxim⁹ huic iaculo naſamoni⁹ occidit idmō
Nāq; ſuper tepido lapſantē ſanguine:& ęgra
Lubrica nitentē.nequicq̄ euadere planta
Impacto proſternit equo:trepideq; leuantē
Membra afflicta ſolo: preſſa violentius haſta
Implicuit terræ:telumq; in cæde relinquit.
Hæret humi cornus motu tremefacta iacētis
Et campis ſeruat mandatum affixa cadauer.
Nec non exemplo laudis furiata iuuentus
Sylla ruunt:craſſuſq; ſimul iunctuſq; metello
Fannius ac melior dextræ torquatus inibant
Spectati fabio:miſer hic veſtigia retro
Dum rapit:&molem ſubducto corpore vitat
Intorti bibulus ſaxi:atq; in terga refertur:
Strage ſuper lapſus ſotiū qua fabula morſus.
Loricæ crebro laxata reſoluerat ictu
Accepit lateri:penituſq; in viſcera adegit.
Extabat fixo quod forte cadauere ferrum
Heu ſortem necis euaſit garamantica tela
Marmariduſq; manus:vt inerti cuſpide fuſus
Occideret telo non in ſua vulnera miſſo:
Voluitur exanimis turpatq; decora iuuēta
Ora nouus palor:membris dimiſſa ſolutis
Arma fluūt:erratq; niger per lumina ſomnus.
Venerat ad bellum tyria ſidone nepotum
Excitus prece:& auxilio ſocia arma ferebat
Eoa timidus faretrati militis ala
Gēs cadmi cleadas fulua cui plurima paſſim
Caſſide & aurato fulgebat gemma monili.
Qualis vbi oceani renouatus lucifer vnda
Laudatur veneri:& certat maioribus aſtris.
Oſtro ipſe ac ſoīpes:oſtro totūq; ꝑ agmen
Purpura agenoreis ſaturata micabat ahenis
Hic auidū pugnæ:& tā claꝝ excindere nomē
Brutum exoptantem variæ nūc læuus in orbē
Nunc dexter leuibus flexo per deuia gyris
Ludificatus equo volucrem per terga ſagittā

exterior :inde extim⁹:ideſt vltimus qui eſt extra clauſit igitur hoſtes ab extra qui iā erant med ij inter minutianos milites:& fabianos. Tirynthius.Hercules fabio iam ſeni vires& animum augebat. Ingerit.iacit in hoſtem:tanq̄ in flore ętatis.Nubibus.multitudie.Qualis poſt iuuenem. Fabium iuuenili vigore hoſtes laceſſentē comparat Neſtori in ſecūda ętate. Neſtor filius Nelei fuit ex Clori filia Amphionis Thebani. In prima ætate agrum eleum iuaſit:vt ipſe narrat Patroclo apud Homerum. In media ætate bellum geſſit cum cētauris. In tertia profectus eſt ad bellum troianum:trecentos annos vixit Neſtor ſi Ouidio credimus.Poſt iuuenem poſt primam ætatem. Inde ruens thuryn.deſcribit poeta quos Fabius interfecit. Conferre manus auſum pugnare cuꝫ Fabio.Decus inſigne:quoniā appetit fabium cuſpide quod erat illi magnum decus. Aeris ſtridore.ſono tubæ. Cornus.haſta ex corno arbore.Hic.tunc bibulus cupiens vitare ſaxum reſupinus cecidit: & ferrum quod ex vulnere occiſi extabat : eius lateri infixum eſt: & ſic perijt.Socium.ſociorum. Laxata. aperta. Morſus.coniunctionem:& nexus vbi ligatur lorica cum ipſius fabulis. Adegit.immiſit:impulit.Heu ſortem necis.exclamat poeta in tali ſorte necis. Niger.ſomnus.mors.Venerat ad bellum.canit poeta veniſſe ex Sidone vrbe phœniciæ,Cleadum in auxiliuꝫ annibalis:quē Brutus interemit. Nepotum.carthaginenſiū oriundus ex phœnicia. Ala eoa.militibus quos duxerat ex phœnicia.quę eſt ad orientem. Tumidus.ſuperbiens.Gens cadmi.Cadmus fuit filius Agenoris regis phœniciæ:ad queꝫ hic cleadas ſuos natales & ſtemma referebat. Fulua.aurea.Qualis.vbi oceani:cleadam auro:purpura: & gemmis conſpicuum comparat lucifero :qui eſt ſtella veneris:hāc comparationē ab Homero accepit qui in illiade in hanc ſententiam de Lucifero ſic Qualis phoſphor⁹ nouo ortu fulgēs olympum aſcendit: & Veneri placet. Renouatus.nā videntur reſumere vires & ſplendorem ſtellæ cum tendunt ad oceanum: fictio tamen eſt poetica tantūdeꝫ enim diſtāt ab aquis cum occidūt & cum oriuntur : & cum ſunt in medio cœlo. Maioribus aſtris.ideſt certat ſuo ſplendore cuꝫ ſole & luna.Agenoreis ahenis.vaſis tyrijs:& colore:naꝫ in tyro purpura tingebatur. Tyria purpura inquit Strabo optima omniuꝫ perhibetur ac piſcatio ipſa proxima eſt:& cætera omnia q̄ ad inficiendas veſtes pertinent :abunde habet. & quæque maxima huiuſmodi officinarū multitudo vrbem reddunt paulo grauiorem:tamen ob hanc virtutem locupletior efficitur . & tyrij a regibus & romanis libertate donati ſunt. Mi-

cabat.fulgebat. Tam clarum nomen:quoniam
cleadas significat gloriosum. Ludificatus.cum
elusisset .Per terga.idest emisit sagittam Clea-
das post terga sua q̃ Castam Bruti armigerũ in
teremit. Achemenio ritu.parthico.parthi enim
fugientes post terga emittunt sagittas:quoniã
vt trogus scribit diu in pugna stare ne queũ:ali-
bi canit Syllius Pennaq; citatior ibat: Quæ re-
dit in pugnas fugiẽtis harundine parthi. Ache-
menij dicũt parthi ab Achemene rege & ache
uenide :atq; magi qui honestum quoddam vi-
vendi genus sectabãtur nationes parthorũ erãt
auctore Strabone. Detrectans:vitans:fugiens.
Nec dannata:non fuit irrita:sed ictum intulit.
Hæsit fixa est. Subrecta.sursum erecta ad pala
tum. Vuẽti.humido. Ausum multa virum:Clea
dem ausum appetere Brutũ sagitta. Nodo.amẽ
to. Sũmum.summam partẽ pectoris.i. ꝓpe gut
tur inter monile:& pectus. Laxa.larga. Trãsmit
tit.perforat. Intẽto cornu :arcu parato:ad excu/
tiendam sagittã. Vda.perfusa sanguine. Non tã
tristi:tã aduerso & ifœlici. Phœbei:soractis: nã
soracte vt dictum ẽ apollini dicatum erat:cuius
sacerdotes nudis pedibus per prunas impune
ambulabant. Honor: hoc dicit ꝓpter nomen:
nam charmelus significat pugnacem. Bragada
nomen viri est deductum a flu. Iube po.mauro
rum : nam Iuba Ptolemei pater primus vtriq;
mauritanię imperauit. Eidẽ.ab eodẽ charmelo
Zeuxis.qui erat filius phalãti. Stirps impa. qui
erat turbulentissimus. Amyclei pha.lacedæmo
nij.nam traiecerat in aphricam cũ Xantip.in.i.
bel.pu.& alludit ad illum phalã.quo duce lacæ
monij tarentũ ãpliauerũt. Vnde Hora:in carmi
nib⁹:Et regnata petã lacõi iura phalãto. Mater
phœ.carthaginẽsis. Lacõi.phalanto qui cartha
ginensem duxerat vxorem vt supra etiam ceci-
nit de xãtipo & barce sidonia. Talia.qualia pas
si fuerant braga.& zeuxis:In ho.char. Hũc:nã
psicum interemit hasta qui repserat in quercũ.
Vt qui viscatos. Charmelũ hasta deijcientẽ nã
psicum comparat aucupi deijcienti volucrem
viscata canna. Subtracta meta.superato iam
spatio inter auem & harundinem : tunc subtra
hitur meta cum ad illã peruenitur:& subtrahiť
meta inter auem & harundinem:cum harundo
viscata auem atttingit : & ipsam deijcit visco ir
retitam. Calamo surgente.nũc declarat se.i.ha-
rundine attollente sese versus auẽ erigente ma
nu aucupis:aut auis ĩprouida tangať. Palantes.
fugientes. Terrficus.incutiens terrorẽ mole sua
horrẽda:& nigro colore. Fului cornipedis eq ni
gri. Cõcolor.eiusdẽ coloris qppe oĩa erãt nigra
Arte nouæ formidinis.hoc qppe ad hostiũ for
midinem excogitauit. Liuentia.nigra. Aequa

Fundit achemenio detractans prælia ritu.
Nec damnata manus medio:sed flebile mẽto
Armigeri castæ penetrabilis hæsit harundo
Obliquumq; secans subrecta cuspide vulnus
Vuenti ferrum admouit tepefacta palato:
At brutus diro casu turbatus amici:
Ausũ multa virũ:& spargentẽ ĩvulnera sęuos:
Fraude fuge calamos:iã nullis cursibus ĩstat
Prendere cornipedis:sed totã pectoris iram
Mandat atrox hastæ:telũq; volatile nodo
Excutit:& summũ qua laxa monilia crebro
Nudabãt cursu:transmittit cuspide pectus:
Labitur intento cornu transfixus & vna
Arcum leua cadens dimisit dextra sagittam
At non tam tristi sortitus pręlia marte
Phœbei soractis honor charmelus agebat
Sanguine quippe suo iã bragada tixerat ensẽ
Dux rectorq; iubæ populi iam fusus eidem:
zeuxis amiclei stirps impacata phalanti.
Quem tulerat mater claro phœnissa laconi
Talia dum metui:nec pugnæ fisus in hoste
Tam rapido:nec deinde fugã suadẽte pauore
Per dumos miser & vicina cacumina quercus
Repserat:atq; alta sese occultabat in vmbra
Nãpsicus insistens trẽulis sub pondere ramis
Hunc lõga multa orãtem charmelus & altos
Mutantem saltu ramos:transuerberat hasta.
Vt qui viscatos populatur arundine lucos
Dum nemoris celsi procera cacumina sensim
Subtracta certat tacitus contingere meta
Sublimem calamo sequitur crescẽte volucrẽ
Effudit vitã:atq; alte manante cruore
Membra pepẽderũt curuato exanguia ramo
Iamq; in palantes ac versos terga feroces
Pugnabant itali:subitus cũ mole pauenda
Terrificus nigris prorũpit maurus in armis
Nigra viro mẽbra:& fului iuga celsa trahebãt
Cornipedis:totusq; nouæ formidinis arte
Concolor æquabat liuentia currus equorum
Terga:nec erectis similes imponere cristis
Cessarat pennas:aterq; tegebat amictus.



Ceu quõdã æternæ regnator noctis ad imos
Cum fugeret thalamos:etnea virgine rapta
Egit nigrantem stygia caligine currum.
At cato tum prima sparsus lanugine malas
Quod peperere decus circeo thuscula dorso
Mœnia laerte quondam regnata nepoti:
Quãquã tardatos turbata fronte latinos
Collegisse gradum videt:imperterritus ipse
Ferrata calce:atq; effusa largus habena
Cũtantẽ ĩpellebat equum:negat obuius ire
Et trepidat crassa sonipes exterritus vmbra
Tum celer in pugnam dorso delatus ab alto
Alipedem planta currum premit atq; volãti
Assilit a tergo:cecidere & lora repente
Et stimuli ferumq; super ceruice tremiscens
Palluit infœlix subducto sanguine maurus.
Ora rapit gladio:præfixaq; cuspide portat.
At sæuio mauorte ferox ꝓrumpit anhelum
Dictator cũ cæde globum miserabile visu.
Vulneribus fessum:ac multo labente cruore
Ductorem cernit suprema ac fœda precãtẽ:
Manauere genis lachrymæ : clypeoq; pauẽtẽ
Protegit:& natum stimulans fortissime labẽ
Hanc pellamus ait:pœnoq; ob mitia facta
Quod nullos nostris ignis dispersserit agris.
Dignũ expendamus preciũ:tũc arte paterna
Ac stimulus gaudẽs iuuenis circũdata pœnũ
Agmina deturbat gladio:campũq; relaxat:
Donec sidonius decederet æquore ductor.
Ceu stimulante fame rapuit cũ martius agnũ
Euerso pastore lupus:fretũq; trementem
Ore tenet presso:tum si vestigia cursu
Auditis celeret balatibus obuia pastor.
Iam sibimet metuẽs spirantem dẽtibus imis
Reiectat prædam.& vacuo fugit egere hiatu.
Tum demum terris:quas circũfuderat atra
Tempestas:stygiæ tãdem fugere tenebræ.
Torpebant dextra & sese meruisse negabant
Seruari:subitisq; bonis mẽs ægra natabat
Vt qni collapsa pressi iacuere ruina
Eruta cũ subito membra:& nox atra recessit

bat.in colore:qm̃ curr⁹ erat niger:& pennæ in
galea nigræ erãt. Ater amict⁹.pulla vestis. Ceu
quõdã æternæ.mauꝝ nigrũ:nigroq; curru ve-
ctũ cõparat Plutoni q rapuit ꝓserpinã ex Et-
na sicula. Aeternæ noctis.iferorũ vbi ẽ æterna
caligo. Stygia caligine.iferna:& nigra:talis qp-
pe color dijs iferis dicat⁹ ẽ.vñ i alicui⁹ morte
pullam vestem induimus . At cato .M. Cato
qui postea cẽsorius cognominat⁹ ẽ Tusculan⁹
fuit:& priusq̃ ad rẽpu.atq; militiã se cõferret ĩ
a gro pⁱno circa sabinos vixit: prisc⁹ vocabať:
postea Cato appellat⁹ ẽ:Nã romani eũ in quo
multaꝝ rerũ vs⁹ & experiẽtia esset Catonẽ vo
cabãt:hic fuit quasi viua imago virtutũ & opti
mus orator:optimus agricola: optimus sena-
tor:scripsit etiam origines:& principium nobi
litatis & famæ genti portiæ dedit:ab hoc vti-
censis Cato habuit originem : seriem generis
lege apud Gellium. Circeo dorso. tusculano
colle:quoniam Tusculum oppidum non lon/
ge ab vrbe condidit Telegonus filius Vlyxis
& circes & nepos Laertis patris Vlixis : Pro-
pertius de Tusculo loquens dicit:& eei mœ-
nia Telegoni. Nepoti. Telegono. Turbata frõ
te.quoniam turbati erant omnes latini horrẽ-
do aspectu ipsius mauri. Ferrata calce. calcari
bus. Alipedem currum.velocẽ. Cato ex equo
desiliens saltu currum mauri ascendit : & ipsũ
a tergo occupatum interemit:& caput abscis-
sũ hasta circũtulit. Volãti.mauro celeriter cur-
rẽti:& statĩ maur⁹ amisit lora & stimulũ : quo
equos ipellebat. Ferrũ.mẽ Fabij sup capua su
um timuit maur⁹. Ora rapit:abscidit. Ductorẽ.
Minutiũ. Fœda.q̃ nõ decebat rõanũ iperato-
em. Genis:per genas ipsius Fabij dolentis vi-
cem Minutij. Hanc labem. hoc dedecus:
& infamiam qua nos Annibal affecit: cum
nostris agellis pepercit. vt nos in suspitionem
populi traheret. Ob mitia facta . ironice lo
quitur:quoniam Annibal non tanquam mi-
tis pepercit agris Fabij:sed vt illum faceret su
spectum romanis. Arte paterna .idest obire
præclara. & gaudens verbis:quibus eum Fa/
bis accenderat. Pœnum.pœnorum. Relaxat.
aperit viam ad Minutium. Sidonius ductor.
donec Annibal cessit:qui iam Minutium ha-
bebat sub ictu. Aequore.cãpo . Ceu stimulatẽ
fame. Annibalẽ cedentem:deferenteq; Minu-
tium iam prope captum comparat Lupo qui
superueniente pastore agno reiecto a faucibus
fugit iam sibijpsi timens Martius. marti dica-
tus. Auerso.non aspiciente . Fœtum . agnum.
Spirantẽ.adhuc viuã. Aeger.mœstus ob amis-
sã pdã. Stygiæ tenebræ.i.ipe timor mortis:quo
afficiebat Minuti⁹ circũuallat⁹ a pœnis:q illas

coniæ. Clauſi. actius clauſus qui poſtea claudius dictus eſt ex ſabinia cū cōiugibus liberis omniq; fortuna ſuadente Valerio publicola romam commigrauit: et claudiæ familiæ principium dedit. Virgilius. li. vii. Ecce ſabinorum priſco de ſanguine magnum. Agmen agens clauſus: magniq; ipſe agminis inſtar. claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens Per latium poſtq̄ in partem data roma ſabinis: hæc familia claris viris floruit: inter quos fuit hic claudius nero qui collega Liuij ſalinatotis in conſulatu & annibali oppoſitus in apulia relictis caſtris inſcio Annibale iuuentutis electo robore maximis itineribus in picenum cōtendit: & ad metaurum iūctus collegę aſdrubalem vicit propriaq; manu interemit. inde citato curſu ad caſtra redijt et caput Aſdrubalis ante Annibalis tentorium proijci. iuſſit: ideo dicit poeta Neronem non eſſe imitandum in rapidis auſis. Amiterna cohors. amiternum fuit oppidum ſabinoru; clari ſunt amiterni natalibus criſpi Saluſtij qui primus in romana hiſtoria habetur quam deſideramus. Caſperula. oppidum ſabioru; qđ dixit traxiſſe nomē ab aſtris alludens ad caſpias portas quę ſūt in oriēte vbi ē bactriana regio clauſtra regni parthici dicūtur etiam portę caucaſeæ: quoniam ſūt ad caucaſum hoc finxit poeta propter nomē ſabinię regionis quę habet ſimilitudinem quandam cum ſaba capite arabię vnde thus aduehebatur ſacrificijs aptū: & Sabini autore Plinio a religione ac ſacris dicti ſunt. Foruli oppidum ſabinoru; in rupe ſitum. vnde dicit Strabo: ſabinoru; quoq; ſunt foruli petræ ad rebellandum q̄ ad habitādum aptiores. Reatæ. ciuitas ſabiniæ adhuc retinet nomen: dicata erat quōdam cybeli. & erat vmbilicus Italiæ vt voluit Varro. quēadmodū delphi vmbilic⁹ totius orbis. Nurſia adhuc retinet nomen. ciuitas eſt in montibus ſupra. Spoletum. Vir. quod frigida miſit nurſia: prima fuit ſertorij & gentis flauiæ. A tetrica rupe. tetricus autore ſex. Pōpeio mons ſabinorum aſper/ a quo duri homines & aſperi tetrici dicūtur. Virgilius. qui tetricis horrentis rupes montemq; ſeuerum. Haſta. omnes hi ſabini erant haſtati & clypeum habebant rotundum de haſta non ſine cauſa finxit poeta: quoniam quiris lingua ſabina dicebatur haſta: vnde quirinus Romulus quem haſtatum appellat Oui. in faſtis. Implumes. ſine criſtis quæ fiunt ex pennis ſtrutij: ſed eſt locutio nimium affectata & poetica: imitatur tamen Virgilium de quibuſdam populis ſic canentem. Tegmina quis capitu; raptus de ſubere cortex ærateq; micāt peltæ: ideo hic poeta dixit: clypeus refertur in orbem & omnes erant implumes. Leui tegmine cruris. hoc conuenit cum dicto Ariſtotelis qui in libro de poetis ait: etolos & pelagos dextro pede nudo ſeu crure ac ſiniſtro tecto prodire in aciem ſolitos: pelagi autem mixti fuerūt cum ſabinis: ideo hoc dicit poeta alludēs ad ſabinorum antiquitatem. Canebāt. laudibus celebrabant. ſanctus fuit deus ſabinorum & autor. nam cōdidit cures ſabinorum quondam caput & dicebatur ſanctus fidius ſemper: Oui. in faſtis ait: quærebam nonas ſancto fidio ne referrem: an tibi ſemipater cum mihi ſanctus ait Cuicunq; ex iſtis dederis ego munus habebo Nomina terna fero ſic voluere cures: & reate in porticu cuiuſdam templi in lapide marmoreo de eodem deo ſic tale eſt inſcriptum epigramma: quod Pomponius præceptor meus antiquitatis ſtudioſiſſimus & latinarum litterarum vel maximum decus atq; delitiæ Romam attulit: interfuitq; cum illud marmor effoderetur. De decuma victor tibei Lucius mummius donum moribus antiqueis pro vſura hoc dare ſeſe viſum animo ſuo perfecit tua pace rogans te cogenda diſſoluendei tu vt facilia faxeis, perficias decumam vt faciat veræ rationis propter hoc atq; aliēis doneis des cuncta merenti: & apud Varrone; de antiquitate ſabinorum legitur medium fidiu; condidiſſe cures referēte Dionyſio q̄q̄ apud Dionyſium pro ſidio fabidius legitur: vnde puto illic eſſe mendam ſcriptorum incuria. M. Cato ait nomen eſſe impoſitum ſabinis ex ſabo diui ſagni gentilis filio: quod corruptum eſſe videtur: nam ſagni pro ſancti legitur: & id ſentire videtur Syllius vt ſanctus dederit originem & ſabus filius nomen ipſis ſabinis; Strabo dicit ſabinos eē

Deſcendens atina aberat. detritaq; bellis
Sueſſa. atq; duro fruſino haud ībellis aratro.
At qui fibreno miſcentem flumina lyrim
Sulphureum tacitiſq; vadis ad littora lapſū.
Accollit arpinas accita pube venafro.
Ac larinatum dextris ſocia hiſpidis arma
Commouet: atq; viris ingens exaurit aquinū
Tullius eratas raptabat in agmina turmas
Regia progenies & tullo ſanguis ab alto.
Indole proh quāta iuuenis quātūq; daturus
Auſoniæ populis ventura in ſæcula ciuem.
Ille ſuper gangem ſuper exauditus & indos
Implebit terras voce: & furialia bella
Fulmine cōpeſcit linguæ: nec deinde reliquet
Par decus eloquio cuiq̄ ſperare nepotum.
Ecce inter primos theramneo a ſanguie clauſi
Exultat rapidis nero non imitabilis auſis.
Hūc amiterna cohors & bactris nomina ducēs
Caſperula hunc foruli magnęq; reate dicatū.

indigenas:& a ſabinis eſſe picenos & ſabellos per diminutionem.Quid qui picene.deſcribit nunc picenos qui ſunt ad mare adriacū contermini vmbris orti a ſabinis:voto vere ſacro:vt ſcribit Pli.dicti a pico mar cio:qui vexillum inſedit ſabinorum illuc proficiſcentium ex voto:& ideo poeta alludens ad hiſtoriam di cit picum ſaturni filium demutatum poſtea in auem ſui nominis a circe:amatorio poculo:& medicata vir ga condidiſſe aſculum & picene regioni dediſſe nomen:recuſauerat picus vt eſt in fabulis amorem circes quæ illum ter baculo tetigit:ter carmina dixit:demutauitq; in auem.picenorū ductor erat curio.Squamis lorica ſquamoſa.Equina.ex crinibus æquorum.ex quibus criſtam galleę effinxerat horridamq; effecerat

Cœlicolum matri nec hoc habitata pruinis
Nurſia & a tetrica comitātur rupe cohortes.
Cunctis haſta decus clypeuſq; refertur ī orbē
Deniq; & implumes.at leui tegmine cruris
Ibant:& læti pars ſanctum voce canebant
Autorem gentis:pars laudes ore ferebant
Sabe tuas:qui de patrio cognomine primus.
Dixiſti populos magna ditione ſabinos.
Quid qui picenę ſtimulant telluris alūnos.
Horridus & ſquamis & equina curio criſta
Pars belli ꝙ magna venit:non æquore verſo
Tam creber fractis albeſcit fluctus in vndis:
Nec cętu leuiore:vbi mille per agmina virgo
Lunatis acies imitatur martia peltis:
Perſtrepit:& tellus & amazonius thermodō:
Hic & quos paſcunt ſcopuloſa rura numanę
Et quis littoreæ fumant altaria cuprę.
Quiq; cruētinas ſeruant cum flumine turres
Cernerē erat clypeata procul ſub ſole coruſco
Agmina ſanguinea vibrant innubila luce.
Stat fucare colus nec ſidone vilior ancon.
Murice nec libyco ſtatq; humectata vomano

vt hoſtibus territori eſſet.Non æquore verſo.exercitum qui ſuo curione militabat: comparat fluctibus marinis et etiam amazonibus quæ in ripis Chermodontis fluuij ſeſe bellando exercent.Verſo. commoto a ventis. Leuiore.agiliore ad pugnam Martia virgo bellicoſa amazoni. Thermodon eſt fluuius in ponto in cuius ripis vagabātur amazones.de piceno ſic ſcribit Strabo picenum igitur poſt : vmbriæ ciuitates quę inter ariminum anconemq; iacēt extendit̄ profecti ſunt piceni a ſabinorum terra. Numane. numana oppidum a ſiculis conditum iuxta mare in ſcopulo vt autor ē plinius.Cuprę littoreæ. cupra oppidum ad mare habebat quōdam tēplum iunonis Tuſcorum ędificium qui Iunonem cuprā nominabāt ergo a dea nomen accepit:ideo dicit illuc fumaſſe altaria:quoniam cuprenſes iunonis ſacri operabantur. Quis.quibus. Truentina turres.Truentuꝫ eſt fluuius diuidens picenos amarrucinis qui adhuc retinet nomen:& labitur prope aſculum & vrbs fuit illic eiuſdeꝫ nominis de qua Syllius intelligit dicens turres truentinas cum flumine. Clypeata agmina.Nam omnes ferebant clypeos rotundos ex ere qui ſolis repercuſſu vibrabant. Virgilius .ærataeq; micant peltæ.Luce ſanguinea. radijs ſolaribus. Ancon ciuitas ad mare portu nobilis adhęrens cunero promontorio cōdita a ſyracuſanis fugientibus tyrannidem Dionyſij : habebat quondam in vertice promontorij vbi nunc eſt arx templum veneris:ideo dicit Iuue.rhombum muneri datum Domitiano captum ante domum veneris quam dorica ſuſtinet ancon:eſt hæc ciuitas vini & frugum feraciſſima :poeta dicit illic ſolitam tingi purpuraꝫ quod alij non tradiderunt: tingebat̄ purpura maxime tribus in locis apd̄ phœnices lybicos & lacones.Fucare.colorare.Colus.fila quæ nentur colu. Sydone.i. purpnra tyria & ſidonia.Murice libyco.purpura getulica cuius meminit Pli.ex ſanguine muricis tingit̄ purpura:vnde muricē pro ipſo colore ponit:murices autem ſunt ex genere aquatilium ꝙ teſta integūtur.Vomano.vomanus fluuius agri piceni:labitur prope adriam quæ mari adriatico nomē dedit:colonia fuit hetruſcorum diſtabatq; a mari autore plinio.vii.milibus paſſuum.Aſcli:aſculum picenum adhuc retinet nomen denominatum a pico quod hyrſutum appellat alludens ad plumas pici:cuius auſpicio id oppidum conditum fuit: & denominatum picenum: & illum qui ferebat vexillum appellat inclementem:alludens ad ſeueritatem pici qui ſe circe amanti noluit indulgere. Inclemens:bellicoſus:& aſper.Vepicus paruus picus :quoniam ex homine fuit diminutus in auem:ve particula aliquando auget vt vehemens:aliquando diminuit.vt veiuppiter ideſt paruus iuppiter:& vepicus paruus picus:hic fuit filius ſaturni:cui formam humanam circe ademit. Statuit:dedit nomen aſculo piceno. Fugientis : pici qui fugiebat vi carminis a natura humana ad naturam auis. Honorem croceum : pulchritudinem ipſius pici. Tellus. picena regio poſſeſſa fuerat a pelaſgis quorum rex fuit Eſis qui eſi fluuio nomen dedit:hic fluuius picenos ab vmbris diſterminat labēs inter anconem & ſenogalliam in mare adriacum.quondam erat terminus italiæ poſtea fuit rubico. Popu



los aſilos:hoc fingere poeta videtur cum nulla de hoc mentio ſit apud coſmographos. Sed non ruricolæ: deſcribit nunc vmbros qui vſq; rauennam extendebantur quondam & tiberi dirimuntur a thuſcis appennino & eſi fluuio .a picenis ſita eſt vmbria inter ſabinos.thuſcos & picenos.Vmbrorum gens antiquiſſima exiſtimatur.Inquit Plinius vt quos imbros a græcis putent dictos quod inundatione terrarum imbribus ſuperfuiſſent.habitabant quondam in cauernis montium.ideo poeta dicit illos veniſſe ex cauis montibus alludens ad illorum antiquitatem qua in montibus vitam degebant cum plana aquis natarent Non deteriore robore:non minoribus viribus militum:eſis vt dictum eſt diuidit vmbros a picenis:ſapis eſt fluuius

Adria & inclemens hirſuti ſignifer aſcli.
Vepicus quondā nomē memorabile ab alto
Saturno ſtatuit genitor:quem carmine circe
Exutum formæ volitare per ęthera iuſſit:
Et ſparſit plumis croceum fugiētis honorē.
Ante vt fama docet tellus poſſeſſa pelaſgis:
Quis eſis regnator erat:fluuioq; relinquit
Nomen & a ſeſe populos tum dixit aſilos.
Sed non ruricolæ firmarunt robore caſtra.
Deteriore cauis venientes montibus vmbri
Hos eſis ſapiſq; lauant:rapidaſq; ſonanti
Vertice cōtorquēs vndas per ſaxa metaurus.
Et lauat ingentem ꝓfundens flumine ſacro
Clitumnus taurum:narq; albeſcētibus vndis
In tibri properās:tiniæq; inglorius humor.
Et clanis & rubico & ſenonum de nomīe ſenæ
Sed pater ingenti medios illabitur amne
Albula:& immota perſtringit mœnia ripa.
His vrbes arua & latis meuania pratis
Hiſpellum:& duro mōti per ſaxa recumbēs
Narnia & infeſtum nebulis humentibus olī.
Inginū patuloq; iacens ſine mœnibus aruo.
Fulginia:his populi fortes amerinus & armis
Vel raſtris laudāde camers his ſarſina diues
Lactis & haud parci martē coluiſſe tudertes.
Ductor piſo viros ſpernaces mortis agebat
Ore puer pueriq; habitu:ſed corde ſagaci
Equabat ſenium.atq; aſtu ſupauerat annos
Is primam ante aciē pictis radiabat in armis.

prope rubiconem & ariminum:metaurus fluuius vmbriæ qui labens confragoſus per ſaxa ſecat appenninum & in mare adriaticnm euoluitur clarus cede aſdrubalis.Vertice aqua.Clitūnus:fluuius de quo ſupra.labitur ꝓpe meuaniam & fulginiam cuius aqua quondam loti tauri ioui capitolino mactabantur ab his qui triūphabant.Nar fluuius vmbriæ ſulphureus labitur ꝓpe narniam & interannē:& tyberi miſcet̄. Tiniæ:tinias eſt fluuius ꝓpe meuaniaꝫ & clitūnum : quo vt inquit ſtrabo collectos fructus ex agris deuehebant ſcaphis in tibrim:iō appellat ipſum inglorium quoniā non erat nauigabilis: nec habebat nomen cū eēt potius riuus ꝙ fluuius clanis etiam eſt fluuius vmbriæ.Rubico:eſt fluuius inter ariminū & rauennā quondā finis italiæ:ab eo.n.ciſalpia gallia īcipiebat.Senę:vrbs cōdita fuit a gallis ſenōibus appellataq; ē ſenogallia & adhuc retinet nomen.Albula qui alio nomine diciur tibris vmbros ab hetruſcis diuidit:influūt ī eū tinias & clanis augeturq; alijs poſtea numero.xl.inter quos ſunt nar:& anio ambo nauigabiles labiiur : ex appennino in prio ortu tēuis & mitis ī curſu ꝙuis ſubitis aliquādo incrementis augeat̄ reſtagnat. interdū in vrbe qd̄ cum accidit famē peſtēq; portendit.Perſtrigit:alluit mœnia romana immota ripa:qa lēto pede fluit:& non vexat ripā.Arna:oppiduꝫ vmbrię cuius nulla extat memoria:plinius recēſēs populos vmbrię ponit ēt arnates:Meuania:eſt vrbs ī plano ſita nobilis ciue ſuo ꝓpertio & clitumno fluuio q a poetis celebrat̄ Lętis fertilib9 Hiſpellum eſt oppidū vmbriæ inter aſiſiū & fulginiam ad radicē mōtis ſitum adhuc retinet nomen. Narnia:vrbs vmbriæ in monte ſita nomē accepit a fluuio cū prius nequinū appellaret̄. Inginū:oppidū vmbriæ in loco paluſtri quōdā ſitū iō dicit fuiſſe infeſtū ac peſtilens ꝓpter nebulas:ſtrabo dicit inginuꝫ eſſe montem:hic accipitur pro vrbe:vrbs certe & mōs eiuſdē nominis eſſe debuit.Fulginia:vrbs ſita in medio campi qui eſt inter ſpoletum & peruſinam quondam ſine mœnibus erat :nunc autem muris ægregie cincta & ędificijs ita ornata vt vmbriæ ciuitates facile ſuperet.Amerinus:ab amerio oppido vmbriæ in monte ſito quod adhuc retinet nomen.Camers:camertes ſunt populi vmbriæ in montibus qui vmbros a picenis diuidunt:erant camertes boni agricolę ac boni milites.Sarſina:retinet etiannum nomen.nobilis copia lactis ac plauto alumno. Tudertes:oppidū quod etiā nunc dicitur tuder in montibus vmbriæ ſitum verſus hetruriam a quo tudertes denominantur qui quondaꝫ fuerunt bellicoſi.Piſo:fingit hoc poeta propter illum piſonem qui poſtea fuit:& Marci antonij auſpicio contra parthos ꝓfectus eſt. Arſacidum:parthorum.ar

ſaces vt ſcribit ſtrabo libro.xi. Vir.ſcythiam inuaſit occupauitq̧:& ab eo parthorum reges arſacidæ dicti ſunt. Sagaci:prudenti in ea quippe ætatæ videbatur habere prudentia ſenilem. Ignea gemma:lucidus lapis precioſus. Fuluo.aureo monili:vt moris eſt parthorum. Iamq̧ per hetruſcos:deſcribit hetruſcos.hetruria diuiditur a liguribns amne macra : & extenditur vſq̧ ad oſtia tiberina ex altera parte contingit vmbros & ſabinos.varios habuit quondam habitatores.pelaſgos ſcilicet & tyrrhenos qui ex lydia venerunt. Thuſci appellati ſunt græcorum lingua a ſacrificio ritu. Galbam:alludit ad galbam qui Neroni ſucceſſit in imperio & factus imperator autore tranquillo ſtemma in atrio propoſuit quo paternam originem ad

Arſarcidū & fuluo micat ignea gēma mōili.
Iamq̧ ꝑ hetruſcos legio completa maniplos
Rectorē magno ſpectabat nomine galbā:
Huic genus orditur minos inuiſaq̧ tauro
Peſiphaes:dariq̧ dehinc ſtant ordine patres
Lectos. cere viros lectos cortona ſuperbi
Tarcontis domus & veteres miſere grauiſcæ.
Nec non argolico dilectum littus aleſo
Alſium. & obſeſſę campo ſqualente fregenæ
Affuit & ſacris interpres fulminis alis
Feſula:& antiquus romāis mœnibus horror
Cluſinum vulgus:cū porſena magnę iubebat
Nequicq̄ pulſos romę imperitare ſuperbos.
Tunc quos a niueis exegit luna metallis
Inſignis portu:quo nō ſpacioſior alter
Innumeras cępiſſe rates:& claudere pontū.
Mœniaq̧ decus quondam vetulonia gētis.
Biſſenos hæc prima dedit præcedere faſces.
Et iunxit totidem tacito terrore ſecures.
Hæc altas eboris decorauit honore curules
Et princeps tyrio veſtem prętexuit oſtro.
Hęc eadem pugnas accendere protulit ære.

Iouem maternam ad paſiphaen minois vxorē referebat . ad hanc igitur iactantiam poeta reſpexit. Orditur:inchoat & dat initium. Clari patres : quoniam familia ſergiorum clariſſima fuit :quam galba imperator illuſtriorem reddidit :& ſergius galba conſularis temporum ſuorum eloquentiſſimus. Cere:oppidum hetrurię adhuc retinet nomen : prius vocabatur agilla. Cauſam nominis lege apud Strabonem. Cortona :oppidum hetruriæ domus tharcontis:vt ait poeta:a quo tarquinij oppiduȝ nomē accepit.hic ciuitates.xii.condidit. Venerat enī ex lydia cum tyrrheno.ab ineunte ætate canus fuit:quare illius prudentia ſignificabatur:Cortona non multum diſtat ab aretio & lacu peruſino. Superbi nobilis & clari. Grauiſcæ:oppidum ad mare ſitum quod ab aeris grauitate nomen accepit. Virgilius.imtempeſtas grauiſcas appellat. Alſium: oppidum non longe a pyrgis in ora maritima conditum vt vult poeta ad imitationem.Virgilus.ab haleſco agamēnonis auriga ſeu filio:vt quidam volunt.Virgi. Hinc Agamennonius troiani nominis hoſtis: curru iungit aleſus equos. Argolico: græco. Fregenæ:oppidum prope alſium obſeſſum paludibus: ideo ait campo ſqualente ideſt inculto & paludoſo. Feſula:oppidum in monte ſupra florentiam quondam erat domicilium augurum:ideo dicit ipſam fuiſſe interpretem fulminis ideſt cognouiſſe quid tacta de cælo portenderent per aues. Sacris alis:auibus facientibus augurium. Cluſinū vulgus:cluſium oppidum hetruriæ adhuc retinet nomen vbi regnauit porſena.qui romanis timorem incuſſit cum tarquinos pulſos in regnū reponere vellet:& ianiculū occupauit. Superbos :Tarquinium ſuperbum & filios . Luna.oppidum hetruriæ verſus ligures ampliſſimum habens portum.græci autore Strabone portum & vrbem ſelenes ideſt lunæ appellant : vrbs non ſane magna : portus verọ magn⁹ eſt & pulcherrimus multos intra ſe portus amplectens magnæ profunditatis: vt omnium qui quondam maris imperium tenebant facile receptaculum fieret. Illic effodiuntur marmora candidiſſima & tranſlucida. Niueis metallis : marmore lunenſi albo.metallū ſignificat venam:ex qua exciditur aurum argentum es marmur & cætera: id genus . Exegit:emiſit. Vetulonia:oppidum hetruriæ vnum ex.xii.conditis a tarchonte memoriæ proditum eſt inquit Strabo triumphalia ornamenta inſigniaq̧ conſularia & omnium magiſtratuum.ornamenta romaȝ ex tarquinijs allata eſſe. Virgas.ſæcures.tubas ſacrorumq̧ ritus.auguria & muſicem. Dionyſius quem alij ſequuntur:ſcribit hæc ornamenta totius hetruriæ conſenſu allata fuiſſe tarquinio priſco in ſignum pacis:ornamenta data a thuſcis fuerūt:ceptrum eburnum:in cuius vertice aquila erat.ſella curulis eburna:corona aurea prætexta inſigne magiſtratuuȝ. Veſtis triumphalis quæ picta erat.victi hetruſci regum ſuorum inſignia tarquino attulerunt qbus reges romani vſi ſūt & cōſules & pretores aliqui dicūt hæc inſignia fuiſſe accepta a romulo.poeta nō ſine ratione dicit vetuloniam dediſſe ornamenta.qm̄ erat regia regum hetruſcorum & illarum vrbium caput quæ & populo



nia dicebatur. Virgilius populoniam matrem appellat:ſita erat in promontorio. Meoniæ gentis:hetruſcæ quoniam meonii tenuerunt hetruriam:vt dictum eſt. Tacito terrore:nam ſecures viſæ terrorem omnibus incutiebant quanuis nihil dicerent.præ ferebantur quippe ad terrorem etiam faſces quibus ſupplicio afficiebantur nocentes. Curules ſellas prætorum & ædilium curulium.erant enim ædiles populares & curules qui reddebant iura & de quibuſdam rebus proponebant edicta.vnde eſt ædiliciū edictum in libris digeſtorum.& horum dicebatur maior ædilitas .lege plutarchum in vita Marij.gællius ait libro quarto ſenatores qui curulem magiſtratum geſſiſſent curru in curiam vehebantur honoris gratia.in quo curru ſella eſſet:ſupra quam conſiderent.quæ ob eam cauſam curulis appellaretur. Princeps prima. Oſtro.purpura.quoniam prætexta quæ erat īſigne magiſtratuū dicta eſt quoniam purpura prætexebatur.ideo dicit poeta prætexuit vt ꝓtextam itelligeret: Macrobius ait:tullus hoſtilius debellatis hætruſcis ſellam curulem lictores :& togam pictam atq̧ prætextam:quæ inſignia magiſtratuum hetruſcorum erant : primus vt romæ haberentur inſtituit:ſed prætextam illo ſæculo puerilis non vſurpabat ætas:erat enim vt cætera quæ enumeraui honoris habitus lictores apud antiquos ferebant faſces: apparitores vero ſecures. Aere:tuba ænea quā romani acceperunt ab hetruſcis. Nepeſina.nepe oppidum prope ſutrium:quod adhuc retinet nomen. Equiq̧ faliſci:equum faliſcum oppidum in via flaminia cuius ruinæ adhuc viſūtur:& veſtigia corrupto verbo apud Strabonē habet enim impreſſus codex eaci ſinfaliſcum. Virgilius dicit æquoſq̧ faliſcos. Flauina. oppidum fuit hetruriæ quod intercidit. Sabatia ſtagna ſunt ad mare prope romam quorum meminit Strabo: Lacus cimini & ſylua eſt inter tōcilionem & viterbium:nunc dicitur lacus vici: illam ſyluam Fabius peruiam fecit Romano militi. Virg.& cimini cū monte lacus: Sutrium adhnc retinet nomen oppidum vetuſtiſſimum diſtat ab vrbe.xxiiij.mi.paſſ. Soracte.mōs phœbo ſacer:i cōfinijs ſabinoꝝ:& thuſcoꝝ:iō poeta dicit hetruſcos frequentate ſoracte in ea parte ſcilicet montis quæ vergit ad thuſcos:quoniam in altera habitant ſabini . Codone.pelle.nam codon ſignificat pellem feræ crudam. Lycios arcus . appollineos a lycia vbi appollo colebatur:hi populi habebant haſtas & damnabant arcus . Cautum . munitum & tectum. Marſica pubes .poſt truentum fluuiū aſculi de quo dictū eſt ad meridiē ſūt marrucini:frentani veſtini:peligni:& marſi contermini latinis:qui quondam bellicoſi fuerunt.& a Virgilio inter acies italiæ populos in primis commemorantur his verbis: Hæc genus acre virum marſos pubemq̧ ſabellam. Aduerſabantur etiam ſerpentibus quemadmodum pſyli in aphrica & oblongenes in inſula cypro:callebant etiam vires herbarum quæ plurimæ in marſis montibus gignuntur.nomen acceperunt vt voluit Plinius a marſo circes & vlyxis filio. Syllius dicit denominatos fuiſſe a marſia qui cum appolline certauit:& victus migrauit ad populos quos a ſe marſos appellauit.aliqui volūt appellatos a marſia duce lydorum qui illic cōdidit archippe oppidum hauſtum quondam a fucino lacu. Hiagnis autore apuleio pater fuit marſiæ eumque muſicen docuit:erat marſias vultu ferino trux:hiſpidus multibarbus:ſpinis & pilis obſitus : marſias eſt fluuius phrygiæ apud celenas in cuius ripis optime harundines ad cantum naſcuntur.ideo nata eſt fabula de marſia muſico . Anguitia ſoror fuit circes & medeæ filia æetæ regis colchorum & tenuit loca vicina fucino qui eſt lacus apud marſos : docuit quæ marſos remedia aduerſus ſerpentes :carminibus eos ſopire & tactos carmine : & ſuctu leuare : docuit etiam magicem deducere lunam e cœlo quod in primis exercuerunt theſſalæ mulieres.vnde theſſalicus rhombus apud poetas & atraciam artē ideſt magicen theſſalam apud Papinium in thebaide . Cantare . carmine imittere ſomnum ſerpenti

Hos iuxta nepeſina cohors equiq̧ faliſci
Quiq̧ tuos flauina focos.ſabatia quiq̧
Stagna tenent:ciminiq̧ lacū:qui ſutria tecta
Haud ꝓcl' & ſacrū phœbo ſoracte frequētāt.
Spicula bina gerūt caput his cudone ferino.
Stat cautū lycios damnant haſtilibus arcus.
Hæc bellare acies norant.ac marſica pubes
Et bellare manu:& chelydris cantare ſoporē.
Vipereūq̧ herbis hebetare & carmine dentē.
Aeetæ prolē anguitiā mala gramina primā
Monſtrauiſſe ferūt:tactuq̧ domare venena.
Et lunam excuſſiſſe polo:ſtridoribus amnes.
Frenantē:ac ſyluis montem nudaſſe vocatis.
Sed populis nomē poſuit metuētior hoſpes
Cū frigeret phrygios trās æquora marſia cre
Mygdoniā phœbi ſupatus pectīe lotō. (nos
Marruuiū veteris celebratum nomine marri
Vrbibus eſt illis caput interiorq̧ per vdos.
Alba ſedet campos:pomiſq̧ repēdit ariſtas:

bus. Hebetare. obtuſſum reddere vt nocere non poſſet. Prolem. filiam. Mala gramina. herbas veneficiꝭ a
ptas quas herbas nocentes appellat Horatius. Domare. vincere & liberare læſos tactu. Excuſſiſſe. dedu
xiſſe vt herbas deſpumaret veneficiꝭ præparatas. vnde Iuuenalis notans garrulitatē mulierum ait: Vna
laboranti poterit ſuccurere lunæ: & Papinius. Qualis per nubila phœbes a thracia rubet arte labor: & Ho
ratius in ſermonibus: ſerpentes atq; videres infernas errare canes lunamq; rubentem Ne foret his teſtis
poſt magna latere ſepulchra. Metuentior. metuens comparatiuum pro poſitiuo: nam timebat apollinem.
Phrygios crenos. ideſt locum & vallem phrygiæ in qua victus fuit marſias ab apolline quæ aulocrene di

Cætera in obſcuro famæ & ſine nomīe vulgi
Sed numero caſtella valent: coniugitur acer
Pelignus: gelidoſq; rapit ſulmone cohortes.
Nec cedit ſtudio vicinus ſanguine miles:
Quē genuere cales: nō paruus cōditor vrbi:
Vt fama ē calais boreæ quē rapta per auras
Orithyia vago geticis nutriuit in antris.
Haud illo leuior bellis veſtina iuuentus
Agmina denſauit venatu dura ferarum.
Qui fiſcelle tuas arces pinnamq; virentem
Paſcuaq; haud tarde redeūtia cōdet auellæ:
Marrucina ſimul frentanis ęmula pubes

citur autore Plinio prope vrbem celenas: Pli
nius ait marſias ibi credit̄ ortus ac paulopoſt
conditus. Vbi certauit tybiarum cātu cū Apol
line aulocrene vocatur vallis. Lucanus: & quæ
tua numina pallas Lugent damnate phœbo vi
ctore celene: & Herodotus libro ſeptimo ſcri
bit apud celenas fuiſſe pellem marſiæ detractā
ab Apolline formatam in vtrem. Loton. lotos
arbor ex qua optimæ fiebāt tybiæ Mygdonia
eſt prouincia phrygiæ vbi fuit patria marſiæ:
ideo tybiam marſiæ appellauit loton mydoni
am. Pectine phœbi. plectro: & cythara apolli
nea. Superatus loton. ideſt victus ab Apolline
in certamine muſices. Marruuium. oppidum
marſorum conditum a marro. caput erat mar
ſorum. Alba. vrbs in edito loco ſita: vbi pluri
mæ antiquitatis monumenta extant: pomis a
bundat & propter ſiccitatem ſoli non magnā
vim habet tritici: diſtat nunc a fucino lacu tribus milibus paſſuum quondam erat propinquior cum fuci
nus ad veterem ripam ſe extenderet & anteq̄ agri eſſent deſiccati emiſſario claudij principis. Interior. vet
ſus latinos. V dos. perfuſos aqua fucini qui quondam excreſcebat in campos albenſes: vt vetus ripa ipſius
teſtatur occupabantur vicini agri incrementis aquarum: quæ per. vij. annos fiebant: aliqui ex romanis vo
luerunt effoſſo monte lacum emittere in lyrim amnem: ſi agri ſiccati concederentur: claudius princeps e
miſſarium fecit magis: vt inquit Tranquillus ſpe gloriæ q̄ compendij: ager albenſis cum ſit glareoſus non
multum eſt aptus cereri ſed potius: croco & pomis: alba: quondam numerabatur inter vrbes latinas: Ideo
dicit Strabo alba marſis finitima: oppidum quod ceſas appellant indigenæ meum natale ſolum. quatuor
milibus paſſuum ab alba diſtat: ad radices montis ſitum: in quo dictamnum naſcitur: hæc dixi ne ingra
tus erga patriam viderer meam: qua nil mihi eſt iucundius: nil antiquius. Acer pelignus. peligni ſunt poſt
marſos: quorum caput nunc eſt ſulmo patria Ouidij: ſita eſt ea vrbs in plano circundata montibus: aquis
irrigua qbus locus ille in æſtate amenus efficitus. in hyeme autem frigidiſſim⁹: Ouidius appellat ſulmonē
aquoſum. Acer. bellicoſus. Vicinus miles ſanguine. ideſt qui erat ex caſtello ſanguinis: quod adhuc retinet
nomen & celebre eſt: nundinis quæ illic quot annis celebantur: poeta dicit caſtellum ſanguinis habuiſſe
originem a calibus: quæ ſunt in campania nomenq; ſortitæ ſunt a calai conditore vt canit Syllius: a calib⁹
vinum calenum dictum: vbi etiam autore Catone in re ruſtica fiebant optimi centones: calais fuit filius bo
reæ: & orithiæ filiæ erithei athenienſis: quam rapuit boreas ſiue thraces nomine boreæ. Vnde Ouidius in
heroidibus Nomine cœperunt aquilonis ericthida thraces. & alibi. Tam gelidus cum ſis: nec te tamen im
probe quondam. Ignibus atteis incaluiſſe neges. Geticis. threiciꝭ quoniam getæ mixti fuerunt thracibus
Vago. quoniam venti vagantur. Veſtina iuuentus. veſtini ſunt contermini pelignis: & marrucinis: qui vſq;
ad truentum extenduntur ex alio latere ſunt confines ſamnitibus & campanis: apud veſtinos erat quon
dam copia caſei qui veſtinus appellatur: de quo Martialis. ſi ſine carne voles ientacula ſumere frugi:
Hæc tibi veſtino de grege maſſa venit. fiſcellum fuit oppidum veſtinorum. Pinnam virentem. pinna
adhuc retinet nomen quoniam dicitur ciuitas pinnæ vrbs vetuſtiſſima vltra pelignos verſus mare adria
cum clara oliuetis & olei copia ac paſcuis: ideo pinnam virentem appellauit. Auella. oppidum veſtinoꝝ
a quo auellana dicitur autore Macrobio: habet etiam ea vrbs paſcua viridia: & quæ attonſa ſtatim re
ſurgunt. Marrucina ſimul. marrucini & frentani accolunt oram maris adriaci vſq; ad appulos: &
ab alio latere picenos: a quibus truento fluuio ſeparantur: frentani dicuntur a frentano oppido
quod erat prope theanum appulum. Corfini. corfinium caput aliquando pelignorum fuit quod
ſamnites commune vniuerſis demonſtrantes tranſlato nomine italicam appellantes contra populū roma



num receptaculum propugnaculum que conſtituerūt. Sylli⁹ corfiniū aſcribit marrucinis. Magnum thea
te. theate caput fuit marrucinoꝝ. ideo ait magnū. adhuc retinet nomē. dr̄ enim ciuitas theatis. Sparus. eſt
telum agreſte: habebāt etiam fundas quibus aues ex aere deijciebant. Obit. circundat. Iam vero quos di
ues opum. poſt lyrum amnem eſt campania dicta a capua: quōdā ī cāpania erāt populoſæ vrbes: quæ ca
puam perinde ac earum caput appellarunt: fœlix regio vini p̄ſtātia & tritici. vn̄ Plinius ait hinc fœlix illa
cāpania: quā veteres dixerūt ſūmū liberi patris cum cerere certamen. Toto tractu. tota regione. tract⁹ p̄
prie dicitur conuallis. Oſci. fuerunt populi campaniæ antiquiſſimi & linguam per ſe oſcam habebant ex

Corſini populos magnūq; theate trahebat.
Omnibus in pugna fertur ſparus. oībus alto
Aſſuetę volucrem cœlo dimittere fundæ.
Pectora pellis obit cęſi venatibus vrſi.
Iam vero quos diues opū. quos diues auoꝝ
Et toto dabat ad bellum cāpania tractu.
Ductorum aduentum vicinis ſedibus oſci
Seruabāt: ſinueſſa tepens: fluctuq; ſonorum
Vulturnum. quaſq; euertere ſilentia amiclę.
Fundiq; & regaciata lamo caieta domuſq;
Antiphate cōpreſſa freto: ſtagniſq; paluſtre
Linternū: & quondam fatoꝝ conſcia cumæ.
Illic nuceria & gaurus naualibus apta

qua & quibuſdam aliꝭ facta eſt romana. Sinu
eſſa. adhuc retinet nomen habens aquas cal
lidas voluptati & curandę valitudini aptas. iō
ſinueſſam appellat tepentem. Vulturnum. op
pidum & fluuius eiuſdem nois ī cāpania. Amy
clę. in cāpania deletæ fuerunt a ſerpentib⁹ au
tore Plinio. iō poeta dicit ſilētia illas euertiſſe:
qm̄ nullo clamore hoſtium deletæ ſunt. quare
Virg. tacitas dixerit amiclas ſerui⁹ rationes re
fert. Fundi ciuitas cāpaniæ adhuc retinēt no
men. Caieta appellata eſt a curuitate littoris:
qm̄ lacones q illic habitarunt caieta curua ap
pellant. aliqui volunt denominatam a nutrice
æneæ. illic regnauit Lamus rex leſtrigonum: a
quo lamiarum familia Romæ. Horatius in car
minibus. Heli vetuſto nobilis ab lamo. Dom⁹
antiphatę. i. phormiæ: nam phormiis regnauit
antiphates rex leſtrigonum: phormias Laco
nei cōdiderūt: Plini⁹ ait: poſt Caietā ē oppidū
phormiæ antiqua leſtrigonum ſedes. Com
preſſa freto: quoniam eſt ad mare inferum.
Linternum. oppidum eſt prope ſinueſſam ha
bens ſtagna & paludes. Cumæ. oppidum campaniæ conditum a chalcidenſibus qui ex euboia venerunt
& etiam cumeis a quibus nomen accepit: clarum oraculo ſybillæ quam cumeam appellāt & tēplo Apolli
nis quod dedalus poſuit: ideo Vir. arcem cumeam chalcidicam appellat prope cumas eſt pallinaria ſylua:
aliqui volunt cumas a fluctibus dictas: cymata. n. græce fluctus dicuntur latine. Nuceria. oppidum campa
niæ adhuc retinet nomen. Gaurus. oppidum ad mare cum optima ſtatione nauium eriplea etiam dicitur
ideſt bona nauigantibus: Papinius in ſyluis: & placidum limen numenq; euplea carinis etiam eſt illic gau
rus mōs vitibus cōſitis. Idē papinius. Spectat Icario nēoroſus palmite gaurus. Naualibus: nauale dicitur
proprie locus in quo naues fiunt: & continentur priuſq̄ in aquam deducantur. Prole dicarchea: i. puteola
nis colonis: puteoli pri⁹ vocabantur dicarchia. quoniā ea ciuitas quōdā iuſtiſſime regebatur. Iñ a puteoꝝ
frequētia nomē accepit: vt aliq voluerīt: ab aquarum putore q̄ ſulphureæ per totum illum tractum ſcatent.
Graia parthenope: neapolis quam cumei: ide chalſidēſes icoluerīt & ex pithercuſis atheniſq; veniētes. Vn̄
neapolis. i. noua ciuitas appellata: & iō graiam parthenopē appellauit: hoc nomē a parthenope vna ex ſy
renibus ſortita ē cuius ſepulchrū neapoli oſtēdebatur. Nola: clara ciuitas adhuc nomen retinet quam āni
bal poſt pugnā cannēſē expugnare adortus a Marcello q erat it⁹ a muris pulſ⁹ fugatuſq; ē: tūc primū An
nibal didicit ſe poſſe ī italia vici. nola ē ꝑpe veſuuiū mōte q nūc dicitur mons ſūmæ: vbi naſcit̄ vinum gra
cum: arſit ille mons imperante Tito. in qua conflagratione duo viri clariſſimi deſiderati ſunt. Saleius baſſ⁹
& Plinius qui naturalem ſcripſit hiſtoriam. Poeno: Annibali. Aliphe: oppidulū campaniæ & ēt acerræ q̄s
clanius amnis vndationibus infeſtat. ideo dicit Virgilius: & vacuis clanius non æquus acerris. ſunt acerræ
ꝑpe nolā: & nuceriā. Sarraſtis populos: Sarnus fluuius adhuc retinet nomen a quo ſarraſtes populi: ideo
poeta mitem appellat: ſarnum quoniam non eſt p̄ceps i curſu nec accolas inundationib⁹ vexat. Phlegrei
ſinus: campus phlegre⁹ eſt in campania in quo hercules: vt volunt fabulæ prope acheruſiam paludem de
leuit gigantes & a pompa triumphi pompeios oppidū appellauit quod iō fictū ē autore Strabōe quoniā
terra illa ſuapte virtute p̄lioꝝ cōcitatrix erat. ſulphureus ē ille tractus & iō calidas habet aquas & aliquā
do naturali incendio flagrat. Miſenus: eſt promontorium prope cumas denominatum a miſeno comite
æneæ vt placet Virgilio. Sedes bai: baius ſocius vlyſſis ithacenſis nomen dedit bais vbi erant balneæ ab oī

bus celebratæ fingunt poetæ typheum gigantem fulmine deiectum sub his locis esse sepultum. Ithacesia ab ithaca patria vlyxis. Prochyta:est insula ante ausenum prope quam est inarime quæ & ænaria dicitur a statione nauium æneæ sub qua dicitur sepultus typheus gigas. Insula telonis:capreæ vbi telon vt dictũ est regnauit:saxosa est insula non procul a neapoli. Calacia:oppidum campaniæ prope surrentum. Vnde pocula quondam afferebantur. Martialis. Surrentina bibis:nec myrrhina picta nec aurum. Sume dabunt calices hæc tibi vina suos. Auella oppidum non procul a nuceria que angustos habet campos ad triticũ ferendum. Capua est caput campaniæ vt dictum est quæ fortunæ indulgentia elata post pugnam cannẽsem desciuit ad pœnos. Serenis:prosperis. Modum:mensurã. Prauo tumore:superbia vt habebimus demum romani campanos vi subactos calamitatibus affecerunt:& eorum agros sorte diuiserunt. Scipio:qui postea cognominatus est aphricanus: hos populos formabat ad prelium:& voluit vt pilis.i.hastis vterentur Ferro:thorace ferreo de more parentum.nam campani gerebant tela leuia. Virg. de cãpanis ait. teretes sũt aclides illius tela:sed hæc lento mos est aptare flagello. aclis ẽ telum breue q̃ amẽto iuuatᷣ. Ad rura:ad vsũ ruris & agricultu re ipse Scipio quẽ laudat poeta: Vibrare: vibabat Murales : fossas murorum Vadum:fluuiũ Alite planta:pede celeri.i. cursu superabat equum qui admotis calcaribus impellebatur ad cursum. Præuertit:transit. Virgilius dixit volucremq; fuga preuertitur ebrum. & horatius in sermonibus. illuc preuertamur. idest transeamus. Spatium distantiam quæ erat ab vno latere castrorum ad aliud. Martia:bellicosa & seuera. Faciles:molles non retortæ. Flagrabãt lumina. ad imitationem Virgilij tribuit hoc Scipioni poeta qui de Augusto sic cecinit in octauo. geminas cui tempora flammas Læta vomunt. Suetonius de oculis augusti sic scribit. Oculos habuit claros:& nitidos quibus ẽt existimari volebat inesse quiddam diuini vigoris gaudebatq; siqui sibi acrius intuenti quasi ad fulgorem solis vultum suum submitterent ad quod alludit syllius dicens. gratusq; inerat visentibus horror. Affuit & sãnis:describit nũc samnites qui sũt post campanos orti a sabinis voto vere sacro. inde sabelli dicti per diminutionem opicos qui vicati habitabant eiecerũt sedesq; illic posuere suas. nunc ad bellum venerunt pro romanis sed ignominiæ acceptæ cũ.s.sub iugũ missi sũt illi i mẽtẽ veniebat. post cladẽ ad cãnas defecerũt ad Annibalẽ .L. sylla tãdẽ eos deleuit Veteri ira. sãnites bellũ gerentes cũ rõanis. T. Veturio caluino &. sp. Veturio conss. ad furcas caudinas quæ sunt in samnio exercitum romanum insidijs:& fraude locorum circumuẽtum cum magno romani nominis dedecore sub iugum miserunt:& ipsos consules prope seminudos. Inde papyrius cursor samnites magno prælio vicit. & vt ignominiam acceptam vlcisceretur septem milia hostium sub iugum misit:& adempta signa recuperauit & pontiꝰ herẽnij filiꝰ sãnitũ imperator vt consulum ignominiam expiaret sub iugum cum cæteris missus est. aliqui dicũt non a papyrio sed a. L. Cornelio dictatore samnites sub iugum missos fuisse. hæc autem erat vetus ira quã sãnites habebãt erga romanos. Batalũ mucræ & bouianum fuerunt oppida samnitum.

Prole dicarchea multo cum milite graia
Illic parthenope ac pœno non peruia nola
Alife & clanio contemptæ semper acerræ
Sarrastis etiam populos totasq; videres
Sarni mitis opes:illic quos sulphure pigues
Phlegrei legere sinus misenus & ardens
Ore giganteo sedes rhacesia bai.
Nõ ꝓchyte non ardẽtem sortita typhoea
Inarime non antiqui saxosa telonis
Insula:nec paruis aberat calatia muris
Surrentem & pauper sulci cerealis auella
In primis capua heu rebus seruare serenis.
Inconsulta modũ & prauo peritura tumore.
Lectos rectoris formabat scipio bello.
Ille viris pila & ferro circundare pectus
Addiderat leuiora domo de more parentum
Gestabat tela ãbustas sine cuspide cornos.
Aclidis vsus erat:factęq; ad rura bipennes.
Ipse inter medios venturæ ingentia laudis
Signa dabat:vibrare sudem trãsmittere saltu
Muralis fossas vndosum frangere nando
Indutus thoraca vadum:spectacula tanta
Ante acies virtutis erant:sæpe alite planta
Ilia pfossum & campi per aperta volantem
Ipse pedes præuertit equũ:sæpe arduus idẽ
Castrorũ spatiũ & saxo trãsmisit & hasta.
Martia frõs facilesq; comæ:nec pone retroq;
Cæsaries breuior:flagrabant lumina miti
Aspectu gratusq; inerat visentibus horror.
Affuit & samnis nondum vergẽte fauore



tum. bouianum fuit oppidum caput samnitum opulentissimum armis virisq;. inde bouiania lustra dicit.i. syluas:& pascua. lustra sũt cubilia ferarum:& latebræ. Fatigãt. exercẽt venãdo & colẽdo. Caudinis faucibus. furcæ caudinæ sunt i samnio. saltus duo sunt inquit Liuius alti angusti syluosiq;:montibus circa ppetuis inter se iuncti. iacet inter eos satis patẽs clausꝰ i medio cãpꝰ herbidꝰ aquosusq; per quẽ mediũ est iter sed antequam venias ad eum itrãdæ primæ angustiæ sunt:& aut eadem qua te isinuaueris retro repetenda via est:aut si ire porro pergas per alium saltum arctiorem ipeditorem que euadendũ. Rufre:esernia:& herdonia fuerunt oppida in samnio:samnites nunc dicuntur beneuentani. Bruttius haud dispar animorũ:bruttij sũt post samnites vsq; ad fretũ siculũ ita denominati autore Strabone ad cõtumeliã a lucanis quoꝝ fuerãt pastores a quibus aufugerunt:nam bruttius ligua lucana significat rebellẽ. Trogus tñ dicit denoiatos fuisse a bruttia muliere quæ illis tradidit lucanoꝝ oppidũ lucani sũt finitimi bruttijs:quoꝝ caput erat potilia condita a philoctete. lucani habuerunt originẽ a samnitibus. hirpini sunt finitimi lucanis:qui etiã samnitica gens sũt:& ex luppo nomen acceperunt:qui illis in deducẽda colonia dux oblatus est. Lupũ eni samnites vocãt hirpum. Additur his calaber. calabria dicta ẽ etiã messapia a messapo duce. & peucetia a peucetio fratre œnotri:q veniẽs ex archadia i iapygijs montibus consedit. œnotrus vero in alia parte italiæ:q̃ vergit ad mare tyrrhenũ. & a se denominauit œnotros. Quõdã hæc regio magna græcia dicta ẽ. Salentini sunt post appulos appellatia solo.i. mari. In quo idomeneus veniens excreta cum illyricis amicitiã iniuit. Coaluerunt eni salẽtini ex creta illyrico:& italia Brũdusiũ. est oppidũ in finibus italiæ versꝰ pellopõnesũ. portu nobile. nomẽ accepit a situ & natura loci ac portꝰ:forma eni ipa carnibꝰ ceruinis simillima ẽ. ligua qppe messapioꝝ brũdusiũ dr̃ caput cerui. Cethego audaci. alludit ad illũ cethegũ qui in rempu. cõiurauit vna cũ alijs corruptissimis ciuibus duce catilina. & tãdem in carcere tulliano necatus est. In discreta. indiuisa quoniam erãt oẽs pmixti. Leucosia insula est e regione ad sinũ possidoniatẽ. nomẽ abvna ex syrenibꝰ sortita. Picẽtia. erat caput picentũ q sũt ꝓpe lucanos & sãnites. pestũ oppidũ lucaniæ aliter possidonia dr̃. vbi rosaria bis in anno geminabãt. Vñ Martialis biferiq; rosaria pesti:Cerille. oppidum picentum quod Annibal deleuit cum nimia pertinacia romanorũ amicitiam coleret. & illis fidem seruaret. Sylla rus. est fluuius inter picẽtes & Lucanos:cui ꝓprium illud inesse traditur inquit Strabo:vt in eius aquã demissa virgulta durẽtur in saxum forma tamen coloreq; seruato. Inolescere. idurati salernũ oppidã Paulo supra mare quod pugnax ideo appellãt quoniã romani propter picentes lucanos:& bruttios salernũ custodiæ gratia muniuere. Falcatos curuos istat falci Vir. Falcati quominꝰ enses. Buxẽtũ. est oppidũ lucaniæ:a quo buxẽtia pubes:ipse cethegus. Exertus nudatꝰ. Gentili more. qm̃ cethegi nudo humero ibãt ad bellũ. vñ cĩctuti dicebãtur:hic mos auspiciũ habuit a. L. cethego q i pugna visus ẽ humero exerto. Luca. Exertiq; manꝰ vesana cethegi. Duro. aspero qm̃ nõ timebat frena. Robur iuuẽte:suæ.s. ipe cethegꝰ exercebat i ore eq duro:& nõ parẽte lupatis. Vos etiã attritæ:describit nunc gallos cisalpinos quos dicit bello attritos qm̃ huius regionis populi gallicum antea per-

Ad pœnos:sed nec veteri purgatus ab ira.
Qui batalũ mucrasq; metuit bouiania:quiq;
Fatigant lustra:aut caudinis faucibus hæret.
Et quos aut rufre aut quos esernia:quosue
Obscura incultis herdonia misit ab agris.
Bruttius haud dispar aĩorum:vnaq; iuuẽtus
Lucanis excita iugis:hirpinaq; pubes
Horrebat telis:& tergo hirsuta ferarum.
Hos venatus alit:lustra incoluere sitimq;
Auertunt fluuio:somniq; labore parantur.
Additur his calaber:salentinaq; cohortes.
Nec nõ brundusium quo desinit itala tellus
Parebat legio audaci permissa cethego.
Cui socias vires atq; indiscreta maniplis
Arma recensebant:nunc sese ostendere miles
Leucosie e populis:nũc quem picentia peste
Misit:& exaustæ mox pœno marte carillæ
Nũc silarus quos nutrit aqs quo gurgite tra(dunt
Duriciẽ lapidũ mersis iolescere ramis.
Ille & pugnacis laudauit tela salerni.
Falcatos enses & quæ buxentia pubes.
Aptabat dextris irrasæ robora clauæ.
Ipse humero exertus gentili more parentũ:
Difficili gaudebat equo:roburq; iuuentæ
Flexu cornipedis duro exercebat in ore.
Vos etiam atritæ desolatæq; virorum
Eridani gentes nullo attendente deorum

Votis tunc veſtris:caſura ruiſtis in arma.
Certauit mutinæ quaſſata placentia bello.
Mantua mittenda certauit pube cremonæ.
Mãtua muſarum domus:atqꝫ ad ſydera cãtu
Euecta andino:& ſmyrneis emula plectris.
Tum verona ateſi circũflua:& vndiqꝫ ſollers.
Arua coronãtẽ nutrire fauẽtia pinum.
Vercellæ fuſciqꝫ ferax pollentia villi.
Et quondã teucris comes in laurentia bella
Hocni priſca domus paruiqꝫ bononia rheni.
Quiqꝫ graui remo:limoſis ſegniter vndis
Lenta paludoſæ perſcindunt ſtagna rauennæ
Tũ troiana manus tellure antiquitus orti
Euganea profugiqꝫ ſacris antenoris oris.
Nec nõ cũ venetis aq̃leia ſuperfuit armis:
Tum pernix ligus & ſparſi per ſaxa vageni
In decus annibalis duros miſere nepotes.
Maxima tot populis rector fiducia brutus
Ibat:& hortãdo notum accendebat in hoſtẽ.
Læta viro grauitas.& mentis amabile põdus
Et ſine triſtitia virtus non ille rigoris.

tulerat furorẽ:& i trãſitu Annibal mĩta icõmoda acceperãt.Deſolatæ.deſtitutæ & exauſtæ viris i bello deſideratis.eridanꝰ alio noie dr̃ padꝰ:q vt ſcripſit ſceptiꝰ metrodorꝰ nomẽ accepit a picea arbore q plutima eſt ad ipiꝰ fõtẽ & a gall' pades dr̃. Iñ cũ phaetõ q & eridanꝰ dr̃ ardẽs i ipm decidiſſet eridanꝰ appellatꝰ eſt. Votis.deſiderijs.Placẽtia quaſſata bello:qm̃ ꝑpe placẽtiã Annibal vicit rõanos vt dictũ ẽ.quã expugnare etiã tẽtauit.placẽtia:& mutina retinẽt adhuc nomẽ.Mãtua vrbs iſignis Vir.alũno:iõ dicit ipam eẽ domũ muſaꝝ.Cãtu ãdino.tuba Virgiliana. qm̃ Andes vicꝰ ẽ diſtãs a Mãtua duobꝰ milibꝰ paſſuũ quẽ pletulas nũc appellãt:Vbi natꝰ ẽ Vir.vt ſcribit Valeriꝰ ꝓbꝰ.Plectris ſmyrneis.Homericis verſibꝰ.ſmyrna ẽ ciuitas meoniæ i aſia pr̃ia Homeri quẽ Vir.imitatꝰ ẽ:& æquauit.iõ dicit Iuue.dubiã faciẽtia carmina palmã.æmulꝰ dr̃ eiuſdẽ rei ſtudioſꝰ.Verona ẽ ad radices mõtiũ vltra quos habitẽt germani quã ateſis fluuiꝰ igredit̃:& magnã ipiꝰ partem ãbit.iõ Veronã atheſi circunfluã dicit. Verone adhuc viſit̃ ãphitheatrũ cũ gradibꝰ.Fauẽtia. ẽ vrbs inter forũ Liuij.& forũ Cornelij.i. imolã. In agro fauẽtino quõdã erãt pinꝰ:q̃ agris ornamẽto ſũt.Vercellæ.vrbs adhuc retinet nomen. vbi erãt aurifodinæ.Pollẽtia.vrbs oues nigras & ad lanã optimas hẽbat:iõ ait pollẽtiã eẽ ferace fuſci villi.i.lanæ nigræ.villus ſignificat pilũ. Iñ villoſũ aial piloſũ dicimꝰ.In laurẽtia bella. q̃ fuerũt i agro laurẽti iter Turnũ & ęneã.Hocni priſca domꝰ.hocnꝰ filiꝰ fuit tyberis & mãtus filiæ tyrheſiæ vatis thebani.hitauit priꝰ in his mõtibꝰ i qbꝰ tybris eiꝰ pr̃ orit̃:& hæc erat pr̃ia domꝰ hocni q & bianor dictꝰ ẽ:a quo arbitror denoiatũ eẽ oppidũ bianoꝝ qđ ẽ ꝑpe Bononiam.hocnꝰ cõparata manu ſuoꝝ in ſubſidium æneæ ꝑfectꝰ ẽ.vñ Virg.i decio canit.Qui etiã patrijs agmẽ ciet hocnꝰ ab oris.Fatidicæ manthꝰ & thuſci filiꝰ ãnis:diſcedẽs ex his mõtibus q ſũt iter Bononiã & Florẽtiã hocnꝰ i loco plano vrbẽ cõdidit & a noie matris mãtuã appellauit.iõ dicit Vir.Qui muros matriſqꝫ dedit tibi mãtua nomẽ.Mãtua coaluit ex thuſcis thebanis:& venetis vñ Vir.canit. Gẽs illi triplex. Bononia:olĩ felſina dicebat̃ ad radices appẽnini:eratqꝫ priceps hetruriæ ide facta ẽ rõanoꝝ colonia nomẽ accepiſſe arbitror a bois barbara ligua noie paulũ violato:qm̃ in eo tractu boi hĩtarũt quoꝝ tribꝰ cẽtũ &.xij.fuiſſe ſcripſit Cato i originibus.claris viris Bononia cenſetur. & imprimis Ruffo poeta cuius mortem deplorat Martialis. rhenus eſt fluuius Bononiæ cuius pars vrbem nunc ingreditur in cuius ripis calami naſcuntur ſed ſagittis aptiores q̃ chartis. paruum rhenum bononienſem appellat ad differentiam rheni germanici. Rauenna inter paludes poſita eſt a ſabinis condita·quondam illic erat optima gladiatorũ educatio. Tum troiana manꝰ.nũc de euganeis.& patauinis loqtur:q ab Antenore Troiano habuerũt originẽ q euerſa Troia mare cõſcẽdit:& heneti cũ eo qui occiſo eorum rege philomene ad Troiã Antenoris auſpicia ſequuti ſũt: ſuperato ægeo mari ioniũ igreſſꝰ ad littus ad itimũ maris adriaci ſinũ ꝑuenit & euganeis qui ea loca incolebãt pulſis patauiũ cõdidit:& ab henetis veneti dicti ſũt.v.mutato in.h.conſonũ:vt heneti:veneti:Strabo tamẽ ſuſpicat̃ hortos eẽ hos pp̃los a venetis qui ſunt ad oceanũ gallicũ:euganei ſunt appellati a præſtantia & nobilitate generis.Inde qui honeſtos habet natales eugenius dicitur.Sacris oris.fatalibꝰ. Profugi. a Troia:ſcilicet vnde ad euganeos nauigauit.Aquileia.vrbs vltra fines Venetiæ condita a romanis cõtra iminẽtes barbaros.Tum pernix ligus.nũc deſcribit ligures q ſunt intergalliam & thuſciam quorum caput Genua eſt icolũt mõtes:quõdã vicati habitabãt terrã arantes aſperrimã.fatigantesqꝫ ligonibus:ideo dicit vagenos liguriæ populos eſſe ſparſos per ſaxa:quondam ligures non multum equo militabãt:ſed pedites in tumultuarijs præſertim pugnis optimi erant:ideo poeta ligures pernices appellat.i.veloces in curſu &



Ingratas laudes:nec nubem frontis amabat.
Nec famam leuo quærebat limite vitæ.
Addiderat ter mille viros in marte ſagittæ
Expertos fidus ſicula regnator ab ethna.
Non totidẽ ilua viros ſed lectos cigere ferrũ
Armarat patrio quo nutrit bella metallo.
Ignoſcet quãuis auido committere pugnam
Varroni:quicũqꝫ ſimul tot tela videret.
Tantis agminibus rheteo littore quondam:
Feruere cum magnæ troiã iuaſere micenæ.
Mille rates vidit leandrius helleſpontus.
Vt ventum ad cannas vrbis veſtigia priſcæ
Defigunt diro ſigna infœlicia vallo.
Nec tanta miſeris iamqꝫ impendente ruina
Ceſſarunt ſuperi vicinas prodere clades.
Per ſubitum attonitis pila exarſere maniplis.
Et celſæ toto ceciderunt aggere pinnæ:
Nutãtiqꝫ ruẽs proſtrauit vertice ſiluas
Garganus:fundoqꝫ imo mugiuit anhelans
Aufidus:& magno late diſtantia ponto
Terruerunt pauidos accẽſa ceraunia nautas.
Quæſiuit calaber ſubducta luce repente
Immẽſis tenebris & terram & littora ſipus.
Obſeditqꝫ frequẽs caſtrorum limina bubo.
Nec dẽſæ trepidis abſunt ſe inuoluere nubes
Ceſſarũtqꝫ aquilis:non vnus crine coruſco
Regnorũ euerſor rubuit lætale cometes.
Caſtra quoqꝫ & vallũ rabidæ ſub nocte ſilẽti
Irrupere feræ.raptiqꝫ ante ora pauentum
Adiunctos vigilis ſparſerũt mẽbra ꝑ agros.
Ludificãte etiam terroris imagine ſomnos
Gallorum viſi buſtis rupere nitores.
Terqꝫ quaterqꝫ ſolo penitꝰ tremuer̃ reuulſæ
Tarpeiæ rupes:atqꝫ atro ſanguine flumen
Manauit iouis i templis:lachrymeqꝫ vetuſta

Illuxiſſe diem quo caſtris viderit ire
Varronem q̃ quo videat remeare ſine armis.
His dictis ſedere minę: & conuerſa repente
Pectora: nunc fati miſeret: nũc gaudia pœno
Conſulibus repetant cęſis erepta duobus.
Ergo omne effundit lõgo iã ſe agmie vulgus
Gratantum magnaq; actum ſe credere mẽte
Teſtãtur quod ſiſus auis. ſceptriſq; ſuperbis
Laomedontiadum non deſperauerit vrbi.
Nec minus infœlix culpæ: grãdiq; pudore
Turbatus cõſul titubãtem ad mœnia greſſũ
Portabat lachrymãs. deiectũ attollerẽ vultũ.
Ac patriã aſpicerẽ: & luctus reucoare pigebat.
Quod vero reduci tũ ſe populuſq; patreſq;
Offerrent. nõ gratari ſed poſcere natos
Quiſq; ſuos: frẽſq; ſimul. miſerę q; parentes
Ire videbantur laceranda ad conſulis ora.
Sic igitur muto lictore inuectus in vrbem
Damnatum ſuperis aſpernabatur honorem.
At patres fabiuſq; ſimul mœrore remoto
Præcipitant curas raptim delecta iuuenta
Seruitia armantur: nec claudit caſtra ſaluti
Poſtpoſitus pudor infixum æneia regna



ſuli Vatroni ex tanta clade cuius ipſe maxime cauſa fuiſſet redeunti & obuiam itum frequenter ab oĩbus ordinibus ſit: & gratiæ actæ q̃ de repu. non deſperaſſet: qui ſi carthaginẽſium ductor fuiſſet nihil recuſandum ſupplicij foret. adde etiam q̃ romani dictaturã Varroni obtulerũt: plena exẽplorum inquit Cicero in tertio de officijs: Eſt noſtra reſpu. tũ ſæpe tũ maxime bello punico ſecundo q̃ cannenſi calamitate accepta maiores animos habuit q̃ vnq̃ rebus ſecundis: nulla timoris ſignificatio: nulla mẽtio pacis. Magna mẽte animi magnitudine. Auis. maioribus romanis & romanorum animo inuicto qui malis minime ſuccũbebant. Sceptris ſuperbis. potenti & claro impero romanoꝝ. Vrbi romæ quę habuit originem a laomedonteis ideſt troianis. Reduci. liberato a periculis Non gratari. i. videbantur non ire gratulatum Varroni ſed repetitum illos qui ſua culpa ceciderant. gratulari & gratari eſt verbo teſtari læticiam qua afficimur de alicuius ſalute aut fœlicitate. Conſulis. varronis. Muto. non prę ſe ferente aliquod ſignũ læticiæ & ipſe aſpernabat̃ honorem a ſuperis damnatum. At patres. clade nunciata romanis dictator ex auctoritate ſenatus Iunius dictus eſt & T. ſempronius magiſter equitũ. delectu edicto iuniores ab annis xvii. & quoſdam prætextatos ſcribũt. quatuor ex his legiões & mile equites effecti. Iteȝ ad ſocios latinumq; nomẽ ad milites ex formula accipiẽdos mittunt. formam noui delectus ĩopia liberorum capitum atq; neceſſitas dedit octo milia iuuenum validoruȝ ex ſeruitijs: prius ſciſcitantes ſingulos vellẽt ne militare empta publice armauerũt. Seruitia. ſerui quos elegerũt fortes & robuſtos. Pudor. non puduit romanos armare ſeruos pro ſalute patriæ: quoniam nõ militabant niſi liberi & nobiles quorum ars militia erat. Infixum. ſcilicet erat romanis reuocãte in priſtinam dignitatem quacũq; dextra romanum imperium. in leges parcarum. in priſtinum fœlicitatis curſum vt parcę volebant: quoniam fatum erat romanos imperare. Vel. etiam armare ſeruos. Prætexto velamine. ipſa prætexta qua vſq; ad. xiiii. annum vtebantur: nunc autem prætextatos armauerunt præter antiquum patriæ inſtitutum. Cæde hoſtis. i. pubeſcere cedendo hoſtes. Iſdem obſecrantes. Annibal poſt cladem ad cannas copiam fecit redimendi captiuos: decem elegerunt ipſi captiui qui romam ad ſenatum venere. ſenatus autem captiuos redimere noluit. Penſarent. redimerent delectum ex omni ætate haberi: Inquit. M. Iunius captiuorum legatus apud Liuium. octo milia ſeruorum armari audio. non minor numerus noſter eſt. nec maiori precio redimi poſſumus q̃ hi emuntur. Durarunt. paſſi ſunt & ſuſtinuerũt reddere pœno ideſt Annibali qui tantam romanorum conſtantiam mirabatur: & ob id illius animus fractus eſt. Cuncta adeo ſcelera. affert rationem quare ſenatus captiuos redimendos non cenſuit: quia ſcilicet ſuperauerũt omnia ſcelera & omnem culpam cũ permiſerũt ſe armatos capi: nam potius erat moriendũ fortiter q̃ turpiter viuendum. Damnatis. ipſis qui verterant terga hoſti & ex pugna fugerant fuit impoſitum a ſenatu vt militarent in ſicilia vſq; ad finem belli. Damnatis. quos ſenatus damnauit: quoniam terga vertiſſent hoſtibus pręter decorum romani nominis. Meritare. militare. Donec. ſcilicet Annibal eſſet in italia Talis inquit erat ſtatus reipu. romanæ taleſq; erant mores & tanta ſeueritate res romana regebat̃. ſed euerſa tandem cartagine in tertio bello punico luxuria vrbeȝ inuaſit. vnde exclamat Iuuenalis: Nunc patimur longæ pacis mala ſæuior armis. Luxuria incubuit victumq; vlciſcitur orbem. Optat poeta cartaginem nõ fuiſſe ſublatam e medio ſi romani mutaturi erant mores quibus reſpu. eorum ſteterat. vnde cecinit Ennius. Moribus antiquis res ſtat romana viriſq;. ſtãte quippe cartagine æmula romani imperij armorum ſtudia quibus plurimum valebant nõ omiſiſſent: & id cenſebat Scipio naſica cum Cato in omni ſenatu ſecuritatis nepotũ ãxius delẽdam carthaginẽ clamaret. Poſt te. tuam euerſionem carthago. Cui. romæ. Si ſtabat fatis. ſi placebat fatis romanos mores mutatũ iri poſt carthaginem funditus deletam vtinam maneres inquit poeta: q̃m talẽ in moribus iacturaȝ nõ feciſſemus. Initiũ tertij belli punici fuit altero & ſexcẽteſimo ab vrbe cõdita anno: & intra quintũ annũ q̃ erat ceptum conſũmatum eſt Scipionis æmiliani auſpicijs qui minor aphricanus appellatus eſt.

Parcarum in leges quacũq; reducere dextra.
Procq; arce: & ſceptris & libertatis honore
Vel famulas armare manus. primæua ſuorũ
Corpora prætexto ſpoliãt velamine: & armis
Inſolitis cingunt: puerilis caſſide vultus
Clauditur: atq; hoſtis pubeſcerẽ cede iubetur.
Idem obſecrantes captiuum vulgus vt auro.
Penſarent paruo: nec pauca fuere precantum
Milia miranti durarunt prodere pœno
Cũcta adeo ſcelera & noxã ſuperauerat oẽm
Armatum potuiſſe capi: tunc terga dediſſe
Damnatis ſiculas longe meritare per oras.
Impoſitum donec latio decederet hoſtis.
Hæc tum roma fuit: poſt te cui vertere mores
Si ſtabat fatis. potius carthago maneres.

PETRI Marſi interpretatio in vndecimum volumen Syllij italici.

NVnc age quos clades. Acceptæ cladi ad cannas defectio ſociorum acceſſit quod magno animo tulerunt romani. non enim hæ clades defectioneſq; ſociorum eos mouerunt vt aliqua mentio pacis fieret: Populos qui defecerunt poeta deſcribit campanos in primis qui quadã proauorũ affinitate romanis coniũcti erant. inde conuiuia ipſius Annibalis quem Teuthras ſono citharę & heroum laudationibus delectauit: magonemq; carthaginem a fratre miſſum cuius petitionibus Anno princeps alterius factionis aduerſatus eſt. Nunc age. hortantis eſt: expediam inquit & canam quos populos verteret ad libyam clades cannẽſis. Inſignis magna. Iapyge. appulo. Sarrana. pũica. de ſarra dictũ eſt: aliqui tamen autore Gellio tyrũ ante uiſſe appellatam ſarram volunt. Titubante. nutante & cũ mutatur. Certauere palam. aperte ſine aliqua diſſimulatione iunxerũt ſe pœnis nec vllã romanorum habuere rationem. Rumpenti fœdera. trahit Annibalem in odium vt illos taxet qui ad hominem infidum ac infœdifragum defecerũt. Læſis rebus. aduerſæ fortũæ. Faciles & leues incõſtãtes in aduerſa fortuna q̃ viros explorat. Ferox ſamnis. bellicoſus: de ira ſamnitũ in romanos dictum eſt. In tẽpore. occaſione tẽporis cum ſcilicet romani laborarẽt accepta clade. Odium. quo romanos proſequebant̃ ſero inquit pudebit eos hoc feciſſe. nam deleti fuerũt. Facta defectionem hanc ad pœnos. Ambiguis dubia fortuna. Hirpini. populi lucani oriundi a ſamnitibus. Indocilis. ideſt minime idonea ad quietem. Indigna. dolet poeta hirpinos rupiſſe fidem cum antea fuerint in officio. Cõtagia. qm̃ vno populo deficiẽte alij deficiebant. contagiũ eſt morbus qui tactu contrahitur: ide per trãſlationem malum exemplum cõtagionẽ dicim⁹. Cicero in ſecundo officiorum ait: Nec vero ſolum ipſa cecidit ſed etiam reliquam gręciam euertit cõtagionibus malorum quæ a lacedemonijs ꝑfectæ manarunt latius. Attella & galatia

NVnc age quos clades inſignis iapyge campo
Verterit ad libyam populos: ſarranaq; caſtra
Expediam. ſtat nulla diu mortalibus vſq̃
Fortuna titubante fides. adiungere dextras
Certauere palam rumpenti fœdera pœno.
Heu nimium faciles læſis diffidere rebus.
Sæuior ante alios iras ſeruaſſe repoſcas
Atq; odium renouare ferox in tpe. ſamnis
Mox leuis: & ſero preſſurus facta pudore.
Bruttius ãbiguis fallax: mox appulus armis.
Tum gens hirpini vana indociliſq; quietem
Et rupiſſe indigna fidem: ceu dira per omnis
Manarent populos fœdi contagia morbi
Iamq; attella ſuas: iamq; & galatia ab egit
Fas ſuperãte metu pœnoꝝ i caſtra cohortes:
Inde phalanteo leuitas animoſa tarento

vrbes campaniæ. Fas ſuperante metu. nam fas erat has vrbes eſſe in officio ac ſeruare fidẽ romanis in quacunq; fortuna. ſed metus ſuperabat illud fas: deſperare enim cœperant de iperio: vt ait Liuius: nulla alia remoti ad defectionẽ niſi metu. Leuitas animoſa. quæ leuiter auſa eſt remouere a ſe iugum ideſt imperiũ romanum. Phalantheo. tarentum vt ait Strabo nomen accepit a quodam heroe: phalantus autẽ poſtea ampliauit qui fuit ſextus ab Hercule. Taras neptuni filius lacedemon ex ſaturia minois regis cretenſium filia genuit tarenrum qui delatus in italiam vrbem condidit: & a nomine matris ſaturiam appellauit: & alteram ex ſe tarẽtum vnde ſatureianum caballum appulum & calabrum appellat Hora. i ſermonibus: Nõ ego circum me ſaturieana vectari rura caballo. Laxare. reijcere. Alta croton vrbs in ædito loco ſita in magna græcia condita a myſcello achiuo autore Strabone auxilio archiæ qui ſyracuſas condidit: ciuitas fuit quondam reipu. peritiſſima nec paruam exercẽdis athletis operam dedit: ex hac fuit athletarum celeberrimus milo crotonias. Ad barba iuſſa. mandata barbarorum & ſic carpit crotoniates & eorum leuitatem q cum eſſent quaſi oriũdi ab hercule q oẽs barbaros mores ꝑ virili parte ſuſtulit & monſtra barbaris parere ſuſtinuerint. croton nomen accepit a crotone latrone quem olim Hercules interfecit: & ideo iſtos appellat nepotes theſpiadum ideſt filiorum Herculis Theſpis habuit quinquaginta filias ex quibus .l. filios Hercules ſuſcepit: & dicti ſunt Theſpiadæ ſed nimis affectate loquitur poeta. Locri. populi in magna græcia venerunt: ex græcia in italiam pulſi propter mortem aiacis. Virgilius. Hic & naritij poſuerunt mœnia locri. Vadoſi. habentis vada. Curuata. propter ſinus quos habet. Lætas res. proſperam fortunam Annibalis. Marti tyrio. ipſis pœnis. Sua prælia. ideſt miſit milites ad pœnos: Iam vero eridani. nunc deſcribit gallos ciſalpinos qui ad Annibalem defecerunt. Celtæ ipſi galli qui accolebant padum. Malis. defectioni. Iterum. quia prius rebellauerant. Veteris doloris. concepti cum romani deduxiſſent nouas colo



nias in agrum gallicum. Tota mole. omnibus viribus. Sed fas id celtis. eſto inquit poeta concedatur gallis hæc defectio & bois: ſed capuæ nunquam concedetur quæ romam affinitate quadam contingebat. Referre. tractare ac remoliri. Ne. an eſt fas placuiſſe capuæ furorem deficiendi ad pœnos: quem furorem fas fuit propter veterem iram placuiſſe gallis. Mœnia. ſcilicet campana. Dardana ab ortu. quæ originem habuerunt a troianis: nam vt quibuſdam placet a capi Troiano Capua eſt appellata. Tyranno. Annibali barbaro. Tẽpore. conditione temporis clade ſcilicet romanis illata Luxus & inſanis. deſcribit luxuriam campanorum: inde capuam flexit iter inquit Liuius luxuriantem longa fœlicitate ac indulgentia fortunæ maxime tamen inter corrupta omnia licentia plebis ſine modo libertatem exercentis. Luſtris. locis vbi gulæ indulgetur & ventri. Luſtra inquit Sextus Pompeius ſunt latebræ lucanæ ideſt cubilia ferarum qua ſimilitudine hi qui in locis abditis & ſordidis ventri & deſidiæ operam dant: dicuntur in luſtris vitã agere. vnde Plautus in caſſina. vbi in luſtra iacuiſti. & Horatius in ſermonibus: Si neq; auaritiam neque ſordes ac mala luſtra obijciet vere quiſquam mihi. Ignauia. inertia & vita ocioſa. Vnis. ſolis diuitijs habebatur honor nec erat aliqua ratio virtutis. Probroſus. turpis & cum dedecore. honor enim debet eſſe pmium virtutis: non diuitiarum quæ nullius precij ſunt comparatione virtutis. honoratis in vrbe diuitijs: inquit Plato in. viij. de repu. atq; diuitibus boni atq; virtus in primis negliguntur. exerceturq; continuo quod in honore eſt: iacẽtq; ea quæ apud quoſq; improbantur: hanc ſententiam Cicero in principio tuſculanarum diſputationuꝫ poſuit. In tertio libro ſcribit idẽ plato: Tum demum vrbem eſſe perituram cum eas aut ferrum continget eas cuſtodire. Lacerabat. vexabat: hic luxus & molem reddebat. Hiantẽ. oſcitantem pigrum inertem ignauuꝫ & delitijs deditum atq; voluptati. Reſolutam. ideſt ſine legibus: erat enim illic licentia qua omnes deteriores ſumus & contemnebantur leges & magiſtratus. Truculenta quæ facit homines truces: habebant inſuper campani vitia & opes quæ eſſent inſtrumenta voluptatis & luxus & vitijs adderent maiores vires. Exitio. ad exitium impellebat eos ſuperbia & diuitiæ voluptatum miniſtræ. Modus. menſura copia. Veneno pur pura aſſyria. Manibus. veſtes campanorum erant manicatæ quod apud ãtiquos probro dabatur. vnde Vir. ait: Et tunicæ manicas & habẽt redimicula mithrę: lege Gelliũ. Illita turpata maclata. oi Nõ nulla macla oi ſcelerẽ ac flagitio Sæui. irati: erat ingt ſeditio iter patres & plebẽ. Collidens. concutiens. Diſſona. diſcordia & cõ

Auſonium laxare iugum. patefecit amicas
Alta croton portas. aphriſq; ad barbara iuſſa
Theſpiadũ docuit ſubmittere colla nepotes.
Idem etiam locros habuit furor: ora vadoſi
Littoris: argiuos maior qua gręcia muros
Seruat. & ionio luitur curuata profundo:
Lætus res libyę & fortuna in morte ſequuta
Iurauit pauitans tyrio ſua pręlia marti.
Iam vero eridani tumidiſſimus accola celtæ
Incubuere malis iterum: veteriſq; doloris
Tota ſe ſocios properarunt iungere mole.
Sed fas id celtis. fas impia bella referre
Boiorum fuerit populis. capuę ne furorẽ (tu
Quẽ ſenonũ gẽti placuiſſe & dardana ab ortu
Mœnia barbarico nondum ſociata tyranno?
Quis nam mutato tantũ nunc tẽpore credat
Luxus. & inſanis nutrita ignauia luſtris:
Cõſumptuſq; pudor peccando vniſq; relict⁹
Diuitijs probroſus honor? lacerabat hiantẽ
Deſidia ĩ populum. ac reſolutã legibus vrbẽ.
Inſuper exitio truculenta ſuperbia agebat.
Nec vitijs dederant vires. non largior vlli
Auſoniæ populo. ſic tum fortuna fouebat
Auri argentiq; modus madefacta veneno
Aſſyrio manibus veſtis medioq; dierum
Regales epulę atq; ortu conuiuia ſolis
Deprenſa. & nulla macula non illita vita.
Tum populo ſęui patres plebeſq; ſenatus
Inuidia & lacera collidens diſſona corda
Seditio. ſed enim interea temeraria pubes

traria inuicem. Pubes. campana iuuentus. Pollutior. magis polluta q̃ eſſent iuuenes. Origo lucis. obſcuri & ignobiles natales. Habenas. regimen capuæ perituræ. Cæde. nam adhibebant gladiatores cõuiuijs qui ſe mutuis vulneribus conficiebant. ideo ait ſpectacula dira. Has mentes. cãpanorum: dicit poeta pacullonem campanum fuiſſe cauſam defectionis: quippe in illa temporis difficultate ſuaſit petendum eſſe a romanis vt alter ex conſulibus eſſet campanus. Quo. vt. Acrius vehementius & celerius. Egras. dubias & iam de defectione cogitantes. Nulla ſorte. nullo modo. Temperata ideſt excedebat modum in votis &

petitione:non enim erāt temperata quæ petebantur. Crimine. quia eo ſcelere effectū eſt clarum nomen patullonis. Sūmi iuris. conſulatus. Liuius ait. Romam legatos miſſos a cāpanis in quibuſdam annalibus inuenio poſtulantes vt alter conſulum campanus fieret ſi rem romanam adiuuari vellent : indignatione orta e curia pulſos: miſſumqꝫ lictorem qui ex vrbe eos educeret atqꝫ eo die manere extra fines romanorū iuberet quia nimis compar poſtulationi latinorum erat. Curuli. ſede cōſulari. Equatum decus parem honorem conſulatus. Geminas. diuiſas romano conſule & campano. Vltorem. Annibalem. Electa manus. legati campanorū miſſi romā vt talia peterent. Antiſtat. antecellit oībus eloquentia. Ore. eloquio. Furore. inſania. Liuius ait Virrium īpuliſſe plebem ad defectionem dicētem tempus veniſſe quo campani nō ſolum agrum quondam romanis per iniuriam ademptum recuperare: ſed imperio italiæ potiri poſſint. Profudit. dixit vt oſtenderet virrij loquacitatem. Tumidis. inflatis & ſuperbis. Incēdit. commouit aures romanorum ad iram. Fatigat. carpit virrium talia petentem. Templum. in quo ſenatus habebatur. Hic torquatus auū. latini ſuadente annio petierunt vt alter conſulū eſſet ex latinis: dicebat annius ſi quādo vnq̃ cōſociandi imperij: vſurpandæ libertatis tempus optaſtis: en hoc tempus adeſt: & virtute veſtra & deum benignitate vobis datum: dixitqꝫ in ſenatu romano annius conſulem alterū ex roma: alterum ex latio creari oportet×. Senatus partē æquam ex vtraqꝫ gente eſſe: Tum Manlius torquatus iram non tenuit inquiēs. Si tanta demētia. P. conſcriptis cepiſſet vt ab ſetino homine leges acciperent gladio cinctum in ſenatum vēturum ſe eſſe diceret & quēcunqꝫ latinum in curia exiſtentem ſua manu interempturū. Annius prætor ira commotus cum ſe a veſtibulo templi citato gradu proriperet lapſus per gradus capite grauiter offenſo impactus immo ita ē ſaxo vt ſopiretur: torquatus miſſus a ſenatu ad dimittendos legatos cum iacentem animum viſiſſet exclamauit bene habet: dij pium mouere bellum: lege hiſtoriam apud liuium libro octauo primæ decadis. Hic. tunc. Equauiſſe. quoniam ille torquatus de quo dixi fuit ſeueriſſimus. Duraſtis. paſſi eſtis ingredi romam hos legatos campanos. Nunq̃ ne per aures. exemplo mouet pellendos campanos ne a maiorum grauitate ac ſeueritate degeneraſſe viderentur: locus eſt ab honeſto. Tarpeia. capitolina. Paria. parem honorem in conſulatu. Acri dextra. Liuius dicit annium lapſuꝫ fuiſſe. non impulſū dextra. Qui. annius prætor. Piaret. expur

Delicta augebat pollutior ipſa ſenectus.
Nec quos ville genus deſpectaqꝫ lucis origo
Fœdabat ſperare ſibi depoſcere primi
Deerant imperio ac patrię pereūtis habenas.
Quin etiam exhilarare viris conuiuia cæde
Mos olim: & miſcere epulis ſpectacula dira
Certantum ferro ſæpe & ſuper ipſa cadentū
Pocula: reſperſis non parco ſanguine menſis.
Has aſtu aggreſſus quo verteret acrius ęgras
Ad tyrios mentes: quæ nulla ſorte daturam
Certus erat romā: neqꝫ enī tēperata volebat
Pactulo fuit haut obſcurum crimine nomen
Hortatur ſumni partem depoſcere iuris
Atqꝫ alternatos ſociato conſule faſces:
Et ſi partita renuant ſediſſe curuli
Equatumqꝫ decus geminaſqꝫ videre ſecure:
Vltorē ante oculos atqꝫ ora aſtare repulſæ.
Ergo electa manus greſſu fert dicta citato
Antiſtat cunctis præcellens virrius ore.
Sed genus obſcurum: nulliqꝫ furore ſecūdus.
Impia dementis vulgi & vix tota profudit
Conſulta tumidis incendit vocibus aures.
Concordi fremitu renuētum effūditur aſper
Toto e concilio clamor: tum quiſqꝫ fatigat
Increpitans: vocūqꝫ tremit certamie templū.
Hic torquatis auum fronte æquauiſſe ſeuera
Nobilis heu capua portantes talia dicta
Romuleis duraſtis ait ſuccedere muris:
Ad quos nō auſi carthago atqꝫ annibal arma
Poſt cannas afferre ſuas: nunq̃ ne per aures
It veſtras. in tarpeia cum ſede latini
Orarēt paria: haud verbis: haud voce: ſed acri
Propulſum dextra: qui tum mādata ſuperbo
Ore aſportabat: tanto per limina templi
Turbine præcipitem reuoluti corporis actū
Vt ſęuo afflictus ſaxo ſpectante piaret
Triſtia dicta ioue: & lueret verba ipia lętho.
En ego progenies eius qui ſede tonantis
Expulit orantem & nuda capitolia cōſul
Defendit dextra: rabidū hūc: palmaſqꝫ virorꝫ
Intentantē oculis proauitaqꝫ facta parantem





Vt vidit maiore adeo crudeſcere motu
Excipit his frēdēs fabius: proh cūcta pudēdi
Sedes ecce vacat belli viduata procella
Quē quęſo e vobis huic īpoſuiſſe paratis?
Inqꝫ locum pauli quēnam datis? an tua virri
Prima atqꝫ ante alios ſors concedente ſenatu
Te citat. ac noſtris ęquat iā purpura brutis?
I demens: quo tēdis ait. tibi perfida faſces
Det carthago ſuos. medio feruore loquētis
Impatiens vltra gemitu cohibere furorem
Fulminea torum exclamat marcellus ab ira.
Quę tandē & q̃ lēta tenet patientia mentem
O confuſe nimis gradiui turbine varro:
Vt perferre queas furibūda inſomnia cōſul?
Non ne exturbatos iamdudum limine tēpli
Præcipites agis ad portas: & diſcere cogis
Semiuiros quod ſit noſtro de more creati
Conſulis imperiū? non vnq̃ ſobria pubes
Et peritura breui moneo ocius vrbe faceſſe.
Muros ante tuos: vt par eſt: debita ductor
Armatus reſponſa dabit. conſurgere cuncti
Hic pariter: magnoqꝫ viros clamore p̄mebāt.
Nec non & foribus propere campana iuuēt.
Extulit ipſa gradum: tantęqꝫ dolore repulſę
Cōcitus annibalem voluebat virrius ore.
Fuluius: huic iam ſpōdebant præſagia mētis
Venturum decus: & capuæ pereūtis imago
Iam tū erat ante oculos: nō ſi carthaginis īq̃t
Ductorem veſtris deuictū colla cathenis
Romam victor agas: poſthac intrare quirini
Sacratas dabitur ſedes: tende ocius oro
Quo mens ęgra vocat. referūt hęc inde citati
Mixta minis & torua trucis reſpōſa ſenatus.
Tanta ne omnipotens caligine merſa latere
Fata placet? veniet quondam fœlicior ætas
Cum pia campano gaudebit conſule roma:
Et per bella diu faces perqꝫ arma negatos
Vltro ad magnanimos referat ſecura nepotes
Pœna ſuperborū tamen hęc durabit auorū
Quod nō āte ſuos capua ad ſuffragia mittet
Quā carthago ſuos: poſtq̃ nūc dicta ſenatus

garet: exclamat Torquatus apud Liuiū es iuppiter magne aut fruſtra te patrem deum hominumqꝫ hac ſede ſacrauimus. Progenies eius. ab illo Torquato ducens originem qui latinos expulit. Palmas manus inijcientem in oculos campanorum. Proauita facta. volebat imitari torquatum proauum qui vt canit poeta manu propria Annium e capitolio deterruit. Proh cuncta pudendi. verba Fabij obijcientis impudentiam campanis talia petentibus. o campani inquit omnium ex parte impudētes: vacat nūc ſedes conſulis cæſi in bello : quem nam ex veſtris in locum demortui ſubrogari vultis. commotus erat Fabius: & ideo crebris vtitur interrogationibus. An tua virri : vertit ſermonem ad virrium an inquit es tu primus eligendus conſul? Citat: vocat ad conſulatum. Brutis: conſulibus. nam primus conſul fuit Brutus. Faſces ſuos: ſuffetes vocabantur conſules apd̄ carthaginem. Quæ tandem verba marcelli quibus varronem carpit animo conſtet natum calamitate cannenſi. Inſomnia poſtulata campanorum. Exturbatos: eiectos & extra limen tēpli compulſos. Semiuiros: effœminatos & luxui ſeruientes campanos. Faceſſe: diſcede abi. Conſurgere : conſurgebant romani in campanos. Fuluius ingenioſe verba hæc fuluio tribuit Syllius quoniam paulopoſt cum appio claudio collega capuam obſedit: ideo ait p̄ſagia ſpondebant futurum decus. Non ſi verba fuluij dicentis. o virri non ingredieris poſthac romam etiam ſi Annibalem victum duceres. Sacratas ſedes: romam: Ouidius in faſtis. Dignus roma locus quo deus omnis eat. Tāta caligine: ignoratione futurorum. Fata: diſputationes fatorum. Vltro : ſponte datos faſces id eſt conſulatum. Secura: nihil timens. Nepotes: ipſis campanis poſteris: roma inquit vltro dabit faſces nepotibus iſtorum quibus nunc tanto furore dederunt repulſam: tamen hanc pœnam habebunt campani qꝫ non ante habebunt ius latij & conſulatum q̃ ipſa carthago quę nunc erat inimica. ignoramus aūt hunc primum conſulem campanum Annalium inopia. poſtq̃ expoſuit ſcilicet Virrius ipſis campanis ad quos redierat dicta ac facta romani ſenatus. Annibalem in vrbem vocarunt a Romaniſqꝫ defecere. Fatale ſignum : quod attulit fatum & calamitarem ipſis campanis. Ingentia facta. in comtemptum romanoruꝫ campani geſta Annibalis extollebant. Herculei decoris: laudis quam meruit hercules alpes tranſcendens. Diuis: cælo eiectas. Vada eridani propter pugnam ad Ticinum qui emittit in padū Lydia ſtagna: traſimenuꝫ. Proceres rerum: im-

peratores & conſules qui habebant habenas rerum. Parentis : Amilcaris qui Annibalem nouem annos
natum iurare coegit bellum contra romanos. Vnum : ſolum Annibalem. Exanguis populi.romani ſci⸗
licet iam prope conſumpti quē trahit in contemptum. Prorſus enim tanto. Ironice & ex ſtomacho dicebāt
hoc campani poſt repulſam digniorem eſſe Varronem nomine conſulari qui oſtro effulgens fugit ex acie
vt fœmina: quaſi dicerent nos eſſemus longe digniores & ſic ex rei indignitate mouētur ad defectionem.
Inuictum robur: fortitudinem & magnitudinem. laudat poeta robur animi & officium ipſius decij. de quo
Liuius ea ne fierent neue legatio mitteretur ad pœnum ſumma ope decius Magius vir cui ad ſūmam au⸗
ctoritatem niſhil præter ſanam ciuium mentem
defuit: reſtiterat. Itis ait ciues: oratio decij ad
campanos qua eos accuſat pluribus rationibus
cum violarent fœdera quibus romanis iungebā
tur & Annibalem fœderis violatorem in odius
trahit. Caput: Annibalis damnati a ſuperis quo
niam fœdera rupit. Obliuio recti: locus eſt ab
honeſto adeo ne inquit eſtis obliti iuſticiæ: & of
ficij vt tantam turpitudinem non fugiatis. Ru⸗
tulis: romanis. Res tepidæ: loquitur per tranſla⸗
tionem. nam dum vulnus adhuc eſt tepidum de
bemus adhibere fomenta: ſic recens calamitas
romanorum ſubſidium efflagitabat. Is locus
officio: optima ſentētia quoniā in aduerſis ami
ci cognoſcuntur & officium eſt p̄ſtandum ami
cis aliqua calamitate laborantibus. vnde Ouidi
us ait: Scilicet vt fuluum ſpectatur ī ignibus au
rum: Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.
Dum iuuat & vultu ridet fortuna ſereno: Inde
libatas cuncta ſequuntur opes. hæc eadem ſen
tentia eſt apud Plautū in ſticho. Fouere læta: eē
in officio erga illos qui ſecunda vtuntur fortūa
non eſt opus & decus viri magnanimi quiverſa
tur circa magna & ardua laboribus difficultati⸗
buſqꝫ plena. Animas. romanorum. Nunq̄ an⸗
guſta: laudat fortitudinem romanorum quorū
pectora nunq̄ erant anguſta malis quoniam qc
quid aduerſi accidiſſet erecto animo tolerabāt
& ſuſcipiebant: nec frangebātur aduerſis. Iccir
co inquit Horatius in ſermonibus: Viuite for⸗
tes fortiaqꝫ aduerſis opponite pectora rebus. pe
ctora dicuntur anguſta malis⁊ quæ mala ſuſci⸗
pere ac tolerare non poſſunt: vt ſunt ignaui &
molles: fortes autem malo fruuntur. Capi⸗
unt: delectant romanos ipſæ calamitates quæ
ſūt virtutis occaſio. capio interdū ſignificat dele
cto. Mar. Te fortaſſe magis capiet de virgie por
ca Me materna graui de ſue vulnera capit. Can
nę pugna cannenſis & ad traſimenum & mors
pauli æmilij. tantum abeſt inquit vt ſint con⸗
ſternati Romani cladibus acceptis vt etiam ma
iores animos ſumant. Hi ſunt qui veſtris: com
memorat beneficia Romanorum in campa⸗
nos vt oſtendat eſſe ingratos ſi a Romanis ad
pœnos defecerint Hoſtem: ipſos ſamnites ſu⸗
pra dixit. Vos & cāpana tueri mœnia depulſo
ſamnitū robore dignū Sigeis duxiſtis auis.

Nunc fata expoſuit tū veris falſa per artem
Virrius admiſcens cecinit fatale cruenti
Turbati ſignum belli: furiata iuuentus
Arma annibalēqꝫ volūt: ruit vndiqꝫ vulgus:
Et pœnos incerta vocant ingentia facta.
Sidonij iuuenis celebrant vt vicerit alpes
Herculei ſocius decoris diuiſqꝫ propinquas
Tranſierit curſu rupes: vt cede refecta
Clauſerit eridani victor vada: victor vt idem
Lydia romano turbati ſtagna cruore:
Et trebiæ ripas æterno nomine famæ
Tradiderit: paulumqꝫ idē inter prelia: & idē
Flaminium proceres rerū demiſerit vmbris.
His ſuper exciſam primori marte ſagūthum:
Et iuga pyrenes: & iberum: & ſacra parentis
Iuratumqꝫ viro bellum puerilibus annis.
Accumulat vnum ducibus tot cęde perēptis
Tot fuſis acie ſtare inter prælia nullis
Attactum telis ſuperum: cum munere detur
Huic ſociare viro dextras: & fœdera iungi
Faſtus: & exanguis populi vanūqꝫ tumorem.
Nimirū capua & dominatū perferat vrbis
Ceu famulis faſces æquataqꝫ iura negantis.
Prorſus enim tanto potiorē nomīe habendū
Varronē vt fugiat conſul fulgentior oſtro.
Talia iactantes iam lectam ſorte parabant
Mittere quę tyrios adiūgat fœdere pubem.
Sed non inuictum ponebat pectore robur
Tum ſolū decius capuę decus: iſqꝫ receptus
Im medios cœtus: neqꝫ enī differre dabatur.
Itis ait ciues violanda ad iura parentum:
Damnatumqꝫ caput temerati fœderis aris
Iungitis hoſpitio: quę tanta obliuio recti
Magna: atqꝫ ī magnis rebus populiſqꝫ viriſqꝫ
Aduerſam oſtentare fidem: nūc tempus inire



Prelia pro rutulis: nunc ſigna aciēqꝫ mouere
Dum tepidę res et medicinā vulnera poſcūt.
Is locus officio cum ceſſant proſpera: cumqꝫ
Dura ad opem fortuna vocat: nā lęta fauore
Haud q̄q̄ magni ē aī decus: hic age adeſſe
Noui dijs animas ſimiles & pectora magnis
Nūq̄ anguſta malis: capiūt mihi credite cānæ
Et traſimena vada & pauli meōrabile lęthū.
Hi ſunt qui veſtris infixū mœnibus hoſtem
Deiecere manu: & capuā eripere ſuperbis
Samnitum iuſſis: hi ſunt qui iura dedere
Terrore expulſo: ſidiciaqꝫ bella remorūt:
Quos fugitis ſocios odiis quo ſue additis ille
Dardanus cui ſacra pater cui nomina liquit
A ioue ducta capis magno cognatus iulo:
Ille ego ſemi hoīnes inter naſamonas: & ī ter
Seuum atqꝫ ęquātem rictū garamāta ferarū
Marmarico ponā tentoria mixtus alūno:
Ductorēqꝫ ferā cui nūc pro fœdere. proqꝫ
Iuſticia eſt enſis: ſoleqꝫ e ſanguine laudes?
Non ita non decio permixtū faſqꝫ nefaſqꝫ
Hæc vt velle queat. nullo vos īuida tanto
Armauit natura bono q̄ ianua mortis
Quod patet e vita non equa exire poteſtas.
Hęc vana auerſas decius iactauit ad aures.
Aſt delecta manus iungebat fœdera pœno
Iāqꝫ aderat præmiſſa duci turbante tumultu
Autololes nuērosa cohors: īpe agmīe magno
Feſtinata citus ꝑ cāpos ſigna mouebat.
Et decius nunc hora viri: nūc tēpus adeſte
Dū capua dignū: dū me duce dextera vindex
Molitur facinus: ꝓcūbat barbara pubes / dire
Pro ſe qſqꝫ alacres rapite hoc decuis hoſtis a/
Si parat obſtructas præbete cadauere portas
Et ferro purgate nefas: hic denique ſolus
Eluerit ſanguis maculatas crimine mentes.
Dumqꝫ ea nequicquam non vlla læta ꝓfatur
Audita aſperitate viri. cœptoque feroci
Multa fœta gerens ira præcordia pœnus
Aſtabat muris: propereque accerſere lectos
Immitē caſtris decium iubet horrida virtus

Iura. i. qui reſtituerūt nobis libertatē prope adē
ptā a ſamnitibus Remorunt: propulſarunt bel⸗
la quæ inferebant nobis ſamnites propter ſidi⸗
cinos qui ad opem campanorum confugerāt.
ſamnites omiſſis ſidicinis omnem belli molem
in campanos verterunt quos romani liberarūt
pulſo robore Samnitum. Quos ſocios: impru⸗
dentiæ accuſat campanos deficientes a roma⸗
nis viris clariſſimis & optimis ad pœnos fœdi⸗
fragos & barbaros. Additis: adiungitis vobis
pœnos crudeles & infidos: Dardanius: troia
nus. de capua & eius nomine dictum eſt: Sueto
nius in cæſare idem ſentit quod poeta dicens:
in monumento tabula ænea inuenta eſt in quo
dicebatur capis conditor capuæ ſepultus con⸗
ſcripta litteris verbiſque græcis in hāc ſniam.
Quandocunqꝫ oſſa capys detecta eſſent fore vt
Iulo prognatus manu conſanguineorum neca
retur. A Ioue ducta. quoniam reges troiani
a ioue habuerunt originem. Cognatus iulo:
& ſic oſtendit campanos eſſe cōiunctos ſangui
ne cum romanis quibus dedit originem.
Magno iulo: alludit ad magnitudinem romāi
imperij. Sæuum: crudelem ritu ferarum.
Rictum. os ferinum. Marmarico: libyco.
E ſolo ſanguine. crudelitate non iuſticia cæte⸗
riſque virtutibus Non ita decio: ego inquit nō
ſum talis vt nullum diſcrimen faciam inter fas
& nefas. Hæc. defectionem ad pœnos. Nullo
vos inuida tanto. ſenſus. potius eſt moriendum
q̄ admittendum tantum ſcelus. Inuida natura:
quæ creauit nos mortales. Tanto bono: & ſic in
telligit mortem eſſe bonum quoddam & mun⁹
naturæ: fortes viri ſtoicique potiſſimū habent
mortē ꝓ validiſſimo telo quo aduerſus hoſtes
vtantur vt fecit cato vticēſis. Non æqua: iniqua
& moleſta quæ non placet quoniam patet ia⸗
nua mortis & ptās exire e vita nō ęqua. Aſt de⸗
lecta manus: ideſt legati campanorum miſſi ad
Annibalem vt cum eo fœdus percuterent. Liui
us ait. legati ad Annibalem venerunt pacemqꝫ
cum eo his cōditionibus fecere. Ne quis īpera
tor magiſtratuſue pœnorum vllum ius ī ciuem
campanum haberet ne ve ciuis campanus īui⸗
tus militaret munuſue faceret: vt ſuę leges: ſui
magiſtratus cāpanis eſſent: vt. ccc. ex romanis
captiuos pœnus daret cāpanis quos ipi elegiſ
ſent cū quibus ęqtum cāpanorū qui ī Sicilia ſti
pendia facerēt ꝑmutatio fieret. Autololes: po⸗
puli aphricæ de quib⁹ dictū eſt. Ipſe: Annibal
ſequebať cohorte autololū: & decius iterū hor
tatus eſt ad egregiū facinus cāpanos: ſed nihil
profecit. Vindex: quæ vlciſcetur clades illatas
romanis: Liui. ait. Vt vero præſidium mitti ab
Annibale audiuit primo ne reciperetur voci

feratus ē:deinde vt receptū aut reijceretur: aut ſi malum facin⁹ ꝙ a vetuſtiſſimis ſocijs cōſanguineiſq; defeciſſēt purgare vellēt:forti ac memorabili facinore vt īterfecto punico pręſidio reſtituerēt ſe rōanis. Eluerit : purgabit mentes noſtras maculatas crimie iam admiſſo. Profatur:palā loquiť palam īquit Liui⁹ vociferatus eſt deci⁹. Fœta:plena. Pœnus: Annibal. Acceſſere deciū iubet:hæc cū eſſent relata Annibali qui vocarēt decium ad ſe in caſtra primū miſit vt ait Liuius:deinde cū eis ferociter negaſſet ſe iturū nec Annibali ius eſſe diceret in ciuē campanū concitat⁹ ira pœnus cōprehēdi; hominēq; vinctūq; ad ſe trahi iuſſit:miſſitq; nūciū ad Marium bloſiū ꝑtorem cāpanum poſtera die ſe capuę futurū. Aliter cāit poeta. Inceſſebat : taxabat aſperis verbis . Deci⁹ in ſenatu cām dicere iuſſus ē q cū manēte ferocia ai negaret lege fœderis id cogi poſſe tū iiectę cathenę: ducique ī caſtra ē iuſſus:q cōcionabūdus iceſſit ad circūfuſā vndiq; multitudinē vociferans:hētis libertatē quā petiſtis cāpani foro medio luce clara vidētibus vobis.nulli cāpanorū ſecūdus victus ad mortē rapior:Poſt paulū vociferatio Annibalis in deciū.poſt mortē īqt pauli ęmilij clariſſimi ducis & flaminij cędē ē michi pugnādū cū decio vecordi quē deridet. Cōpōimur: opponimur & pugnādū ē nobis. Mecū certaſſe volēti. q.d.vult mecū certare vt a me īterficiať :& gloriā ob id ſibi cōpet. Libet:placet decio mouēti noua bella expiri me cui patuere alpes q̄ ad cęlum erigūtur. Deo:herculi. Iratū procellas:maximas iras. Nō clauſi penates: Annibal inqt liuius ingreſſus vrbem ſenatum extemplo poſtulat:precantibuſque inde primoribus ciuitatis ne quid eo die gereret:diemque vt ipſe aduentu ſuo feſtum lætus ac libens celebraret q̄q̄ pręceps ingenio in iram erat:tamen neqd in principio negaret viſendovrbem magnam diei partem conſumpſit. decius Annibali vrbem ingredienti obuiam prodire noluit : ſeque tenuit in foro cum filio clientibuſque paucis ocioſe inambulauit Globus:milites miſſi ab Annibale. Solus ne ruentem:verba Anmibalis ad decium. Illatus ueluti: Hannibalem ſpuentem idecium comparat leoni mandenti iuuencum. Illatus cum ſeſe intulit armentis . Anhelantem: timentem mugientem . Sanguine humano alludit ad ritum punicum : illic enim numina ſanguine humano placabantur:romę vt inquit Plinius Herculi qui erat in pantheo pœni quot annis humana victima ſacrificabant. En dextra:capit Hannibalis perfidiam et crudelitatem non dum inquit patet tibi curia campana & panditur carcer: Apud Liuium ſic loqui-

Armatumq; fide pectus rectiq; cupido
Et maior capua mens imperterrita mole
Inuicta ſtabat toruoque minantia vultu
Iuſſa ducis verbiſque etiā īceſſebat amaris.
Quē libyæ rector tot ſigna tot arma ferentis
Spernētē īcrepitās magno clamore ꝓfatur:
Poſt paulū poſt flaminiū cōpōimur heu heu
Vecordi decio mecum certaſſe volenti.
In decus & famam læthi rapite:ite citati
Signa duces:pateatq; mihi cāpana vetante
Vrbs decio explorar libet noua bella mouēti
Cui patuere alpes ſaxa impellentia cœlum
Atque vni calcata deo.ſuffuderat ora
Sāguis:& a toruo ſurgebāt lumine flammæ.
Tum rictu ſpumas & anhelis faucibus acta
Verſabant penitus dirum ſuſpiria murmur:
Sic vrbem inuectus tanto comitante ſenatu
Et vulgo ad ſpectata ducis ſimul ora ruente
Effundit cūctam rabiem irarumq; ꝓcellas
Necnō & decio propiora pericula mentem
Flāmarāt:tempuſq; adeo cernebat adeſſe
Quo laudes ducis inuicti ſuperaret inermis
Non illum fuga nō clauſi occulere penates.
Sed liber ueluti nullus penetraſſet in vrbem
Annibal intrepido ſeruauerat ocia vultu:
Cum iuuenē ſęuis hortendū cōcitus armis
Inuadit globus & pedibus ſublime ſedentis
Ductoris ſiſtit:tonat inde ferocibus alte
Inceſſens victor dictis:ſolus ne ruentem
Fulcire ac reuocare paras a funere romam
Odemens:en qui diuum mihi munera tanta
Eripiat decio prorſus ſeruabat inerti
Vincendus decio imbelli cui fœmina nulla
Orta in agenoreis noſtrę carthaginis oris
Ceſſerit . huic agedū:nā cur īdigna feramus
Magnanimo miles mæritas innecte cathenas
Dixerat: hęc nondū finem conuicia norant
Illatus velut armentis ſuper ardua colla
Cum ſeſe īpoſuit victorq; immane ſub ira
Infremuit leo:& īmerſis grauis vnguib⁹ hęſit
Mandit anhelantē pendens ceruice iuuencū



tur.quid violentius.capua capta ficret ire obuiam annibali.exornate vrbem diemq; aduentus eius conſecrate vt hūc triumphum de ciue veſtro ſpectetis:hæc eo vociferātę cū moueri videretur vulgus obuelatuq; caput ē ociuſq; rapi extra portam iuſſus eſt. Obnubitur:velatur nigra veſte caput decij. Ferox:decius animi atrocis:& inuicti trahebatur vi ante oculos campanorum. Exin victor: Annibal compos voti ſui vinctoq; decio luſtrat vrbem ac templa. Serenos:placidos benignos: Quis ſator:conditor capuę. Acies frenata.equeſtris.ſeruat decorum bellicoſiſſimi ducis qui non quærebat quot eſſent ī vrbe tēpla:ſed quo t acies armatæ.& quot ad bellum fouendum talenta. Capitolia:erat.n.capuę aliud capitolium. Stellates campos:cāpi ſtellates erant in agro campano fertiliſſimi: campum ſtellatem maioribus conſecratum autore Tranquillo agrumq; campanum ad ſubſidia reipu.vectigalem relictū cęſar diuiſit extra ſortem.xxv.milibus ciuium qbus terni plures ve liberi eſſent. Cererem benignam:cāpos fertiles & magnam vim frumenti. Iamque diē ad metas:deſcribit occaſum ſolis. Heſperus:ſtella quę ſubſequitur ſolem occidentem: heſperum luciferum eſſe anaximander primus inueſtigauit. Inſtituunt æpulas. deſcribit conuiuium qđ campani pararūt Annibali. De more:conſueto luxu. Feſtā: ornatā & lętam aduētu Annibalis.

At decius dum vincla ligant necte ocius īqt
Nā ſic annibalem decet intrauiſſe cathenas
Fœderis infauſti precium:ſic victima prorſus
Digna cadit decius:nec enim te ſanguine lętū
Humano ſit fas cęſis placaſſe iuuencis.
En dextra:en fœdus:nōdum tibi curia nec dū
Templorū intranti poſtes iam panditur acri
Imperio carcer:perge ac primordia tanta
Accumula ꝑibus factis mihi fama ſub vmbris
Te feret oppreſſum capuę cecidiſſe ruinis.
Nec plura effari conceſſum:obnubitur atra
Veſte caput:trahiturq; ferox añ ora ſuorum.
Exin victor ouans ſedato pectore tandem
Spectandis vrbis tectis:templiſque ſerenos
Lętus circum fert oculos & ſingula diſcit
Qui muris ſator:& pubes ſit quāta ſub armis
Quotq; auri pateant bello argentiq; talenta
Nūc qualis frenata acies nūc deīde pedeſtris
Copia quanta viris monſtrant capitolia celſa
Stellateſque docent cāpos:cererēq; benignā.
Iāque diē ad metas defeſſis phœbus olympo
Impellebat equis: fuſcabat & heſꝑus vmbra
Paulatim infuſa properātem ad littora curꝛ.
Inſtituunt de more epulas feſtāq; per vrbem
Regifice extructis celebrāt cōuiuia menſis.
Ipſe deum cultu & ſacro dignatus honore
Pręcipuis multoq; procul ſplēdētibus oſtro
Accipitur ſublime toris:non vna miniſtri
Turba gregis:poſuiſſe dapes his addita cura
His adolere focos:his ordine pocula ferre
Nec nō & certis ſtruitur penus:aſpera menſa
Pondera celati fulgent antiquitus auri.
Eripiunt flāmæ noctē:ſtrepituq; mouentum
Murmurat alta domus:ſtupet īcōſuetus opi
Sidonius mēſę miles:faciemq; ſuperbi (mæ

Regifice: regio luxu: Virgil . Regales inter menſas. diuerſatus eſt Annibal : inquit Liuius apud Munos celeres ſcenium pacuuiumque īclytos nobilitate ac diuitijs. Dignatus:quem dignum iudicauerunt. Oſtro purpura. Virg. ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro. Toris:lectis diſcubitorijs. Sublime : in ſublimi loco. ſic æneas accipitur a didone. ideo Virg. ait. Inde toto pater æneas ſic orſus ab alto . Adolere:incendere adolere inquit Nonius proprie ē verbum ſacra reddentium quod ſignificat votis. vel ſupplicationibus numen auctius facere. Papinius in thebaide deſcribens conuiuium adraſti ſic canit. Canis etiam altaribus ignes Sopitum cinerem & tepidi libamina ſacri Seruabant adolere focos:epulaſque recentes Inſtaurare iubet . Penus:inquit ſceuola eſt quicquid reconditur ad annuum vſum:& dicuntur penora eo ꝙ non in promptu ſint:ſed intus & penitus habeantur . penus apud antiquos autore gellio varijs generibus dictum : & varie declinatum eſt . nam & hoc penus & hæc penus : & huius peni & peniris:& penitiris:& penoris veteres dictitarunt . Aſpera pondera : vaſa argentea:& aurea cælata. Antiquitus: id eſt vaſa archetipa. Stupet. admiratur propter diſſuetudinem. Opimæ: luxurioſæ & magnifico apparatu ſtructæ. Haurit:accipit videt luxum campanum. Ipſe: Annibal. Damnat: accuſat cum fuiſſet in victu ad eam diem parciſſimus. Faciles:quæ faciles eſſe debent ex rebus non comparatis ad luxum . parabile eni eſt & facile quod natura deſiderat .
Tanto agmine : tanro luxu & apparatu cum

ſeruorum ſtrepitu. Epicurus dicebat naturales
diuitias faciles eſſe atq₃ parabiles: q paruo eſ=
ſet natura contenta. Laxarunt: exhylararunt ſe
ueram & voluptatibus prius rebellem Anniba
lis mentē. horatius ait in ſermōibus. Explicuit
vino contractæ ſeria frontis. Perſonat euboica:
hoc fingit ad imitationem Vir. & ex veteri in=
ſtituto. quoniam tunc poetæ canebant in cōui
uijs laudes heroū. Cymes. i. cumarum. dr̄. n. cy=
me cymes & cume cumarū oppidū cāpanię pa
tria theutrantis. Teſtudine: cythara. Euboica:
cumea. nam ex chalcide oppido euboiæ vene=
runt q in italia cumas cōdiderūt. vnde Vir. ait.
Chalcidicaq₃ leuis tādē ſupaſtitit. Iamq₃ iouē:
theutras vult oſtendere capyn capuæ condito
rem habuiſſe originem a ioue. Athlas. vij. filias
habuit quæ in cælo plyades dicuntur. harū ele
ctra ex ioue genuit iaſium & dardanum. Iaſius
celebs manſit. dardanus duxit chryſen pallātis
filiam. Vnde nati ideus & dymas: q regnaue=
runt in arcadia. Dardan⁹ nauigauit in aſiam &
ibi poſuit ſedem. Ideus cum parte copiarū ſe=
dit in montibus qui ab eo idei dicuntur cybeli
extructo templo initiandi modum inſtituit: &
orgia. Dardan⁹ accepto agro a teucro rege lo=
ci teucriam vrbē ſui nominis cōdidit. phano=
demus ait ex attica profectum dardanum qui
mortua chryſe duxit batheam filiam teucri: ex
qua genuit erichthoniūqfuit fortunatiſſim⁹. ex
erichthonio & calliroe filia ſcamādri nat⁹ ē tros
ex troe & callanide heumedis filia aſſarac⁹: ex
quo & clitodore Laomedontis filia natus eſt
capys: cuius & nymphæ naidis anchiſes filius
fuit. anchiſæ ac veneris æneas. Furta. concubi=
tus. Atlantidos: filiæ athlantis. Oui. i faſtis. Dar
danon electra quis neſcit atlantide natum. Sci
licet electrā cōcubuiſſe ioui. Magna ſtirpe: di
uina a ioue. Ilus: filius aſſaraci condidit ilium.
Muris: capuæ: Honori nominis: ad honorē ca
pys cōditoris. Auguſto: ſacrificio Carcheſia: po
cula. Libat: ſacrificat. Irrorat menſis. ſacrificat
ſuper menſas. de hoc ritu dictum eſt ſupra. Ar
deſcit: calet vino hauſto poſt libationem in ho
norem capys. Interea tyrio: dum Annibal epu
lis operam daret perolla filius eum confodere
deſtinauit: ſed pater non permiſit lege patris&
filij verba apud Liuium. Iuuenis: perolla. Vna
mens: vnus inquit Liuius nec dominorum inui
tatione: nec ipſius interdum Annibalis perolla
vinci potuit. Venenis: vino quod appellat vene
num. Plinius ait li. xiiij. Androcides ſapientia
clarus ad alexandrum magnum ſcripſit intem
perantiam eius cohibens vinū potaturus. Rex
memēto te bibere ſāguiem terrę ſicuti venenū
ē homini cicuta ita & vinū. Necis ſidōię: mortis

Ignotam luxus oculis mirantibus haurit.
Veſcitur ipſe ſilens: & tātos damnat honores
Ipſe epulis facileſque coli tanto agmīe mēſas
Donec pulſa fames: & bacchi munera duram
Laxarunt mentem: cum fronti reddita demū
Lætitia: & poſitę grauiores pectore curæ.
Perſonat euboica teuthras teſtudine cymes
Incola: & obtuſas immiti murmure ſæuę
Inter bella tubę permulcet cantibus aures:
Iamq₃ iouem & lętos p furta canebat amores
Electręque toros atlantidos. vnde creatus
Proles digna deū tum dardanus: iſq₃ tonanti
Vt det erichthoniū magna de ſtirpe nepotem
Hinc tros: hinc ilus generis tunc ordine lōgo
Aſſaracus: nulloque minor famaue manuue
Tum capis vt primus dederit ſua noīa muris.
Concelebrant plauſu pariter ſidonia pubes
Cāpanęq₃ manus ante oēs ductor honori
Nominis auguſto libat carcheſia ritu
Cętera quē ſequitur bacchiq₃ ex more liquorē
Irrorat menſis turba ardeſcitque lyeo.
Interea tyrio reſoluta in gaudia cœtu
Conuerſo: neque enim iuuenis nō digne ſileri
Tranſmittā tua cepta libens: famāq₃ negabo
Quanq̄ īperfectis magnæ tamē idolis auſis.
Mens vna inuiolata mero nulliſque venenis
Potando exarmata: decus pugnęque neciſq₃
Sidonię tacito voluebat pectore molem
Quoq₃ eſſet miranda magis tū ſacra libido
Pactulo genitus patrias damnauerat artes.
Is varijs oneratum epulis: atque atria tardo
Linquentem greſſu comitatus pone parentē:
Poſtq̄ poſſe datum meditata apire: nouoſq₃
Pandere conatus: & liber parte relicta
Tectorum a tergo patuit locus: accipe digna
Et capua: & nobis inquit conſulta togaque
Armatum amota nudat latus: hoc ego bellū
Cōficere enſe paro: atq₃ auulſum ferre tonāti
Rectoris libyci victor caput. hic erit ille
Cui polluta dolis iam fœdera ſanciet enſis
Si perferre nequit ſpectacula tanta ſenectus



Et tremit inceptis laſſo maioribus ęuo:
Et tu ſecuris concede penatibus: & me
Linque meæ mēti: ſummū tu credis & æquas
Annibalem ſuperis: o quantū nomine maior
Iam pœno tibi natus erit: vibrabat ab ore
Ignis atrox: animuſq₃ viri iam bella gerebat
Cum ſenior tanti pondus conaminis ægra
Iam dudū vix aure ferens tremebūdus ibidē
Sternitur: & pedibus crebro pauida oſcl'afigēs
Per ſiquid ſupereſt vitæ: per iura parentis
Perque tuam noſtra potiorem nate ſalutem
Abſiſte inceptis oro: ne ſanguine cernam
Polluta hoſpitia: ac tabo repleta cruento
Pocula: & euerſas pugnę certamine menſas.
Tu ne illū quē non acies: nec mœnia & vrbes
Ferre valēt: cū frons propior: lumēq₃ coruſco
Igne micat? tu ne illa viri quæ vertice fundi
Fulmina pertuleris: ſi viſo intorſerit enſe
Diram qua vertit per campos agmina vocē?
Fallit te menſas inter quod credis inermem.
Tot bellis quæſita viro: tot cędibus armat
Maieſtas æterna ducem: ſi admoueris ora
Cānas & trebiā āte oculos traſimenaq₃ buſta
Et pauli ſtare ingentem miraberis vmbram.
Quid tanto in caſu comitūq; iuxtaque iacentū
Torpebunt dextræ? parce oro: & deſine velle
Cui nequeas victor ſupeſſe: an triſta vincla
Et decius non erudiunt componere mentē?
Talia commemorans famę maioris amore
Flagrātem vt vidit iuuenem: ſurdūq₃ timori
Nil vltra poſco: refer in conuiuia greſſum
Approperemus ait: non iā tibi pectora pubis
Sidonię fodienda manu tutantia regem.
Hoc iugulo dextrā explora: nāq₃ hoc tibi fer
Si pœnū iuaſiſſe paras: p viſcera ferꝝ (rū
Noſtra eſt ducendū: tardam ne ſpne ſenectā.
Opponā mēbra: atq₃ enſem extorq̄re negatū
Morte mea eripiā. lachrymę tunc ore pfuſæ:
Et magna ſuperum cura ſeruatus in arma
Scipiadę pœnus: nec tantum fata dederunt
Externa peragi dextra: pulcherrimus iræ

Annibalis ſidonij. Sacra libido: laudabilis volū
tas perollę. Patrias artes qm̄ pacuuius ſiue pa=
ctulus ſuaſerat defectionem ad pœnos. Po=
ne: poſt patrem inquit Liuius ex cōuiuio egreſ
ſum ſequutus filius vbi in ſecretum hort⁹ erat.
conſilium inquit perolla affero pater: quo non
veniam ſolum peccati impetraturi a romanis
ſed in multo maiore honore & gratia ſimus cā
pani q̄ fuimus vnquam. A tergo: in poſticis
ædium. Meæ menti: ſine me perficere id qđ
meditor. Erit maior: quoniam ſuperabo An
nibalem. Per ſiquid ſupereſt vitæ: verba pa=
cuuij ad filium: apud Liuium ait. Per ego
te fili quæcumque iura liberos parentibus iun
gunt precor quæſoque ne ante oculos patris fa
cere & pati omnia infanda velis. Potiorem:
cariorem. Viſo enſe: tuo ſcilicet inquit Pacu
uius. Fallit te menſas. confutatio eſt Su=
pereſſe: ſuperuiuere etiam ſi Annibalem vice=
ris: quoniam illius comites te conficient. apud
Liuium ait. vnus aggreſſurus es Annibalem:
quid illa turba tot libertorū ſeruorumq₃. quid
in vnum intenti omnium oculi: quid tot dextrę
torpeſcent vultum ipſius Annibalis: quem ar=
mati exercitus tremunt: quem horret populus
romanus tu ſuſtinebis? tali auxilia deſunt.
Scipiadæ: Scipioni qui de Annibale triumpha
uit. Externa dextra: campana. fata noluerunt
Annibalem cadere manu externa. Serenant
fronte: id eſt celant triſtitiam: & dolorem ſimu
lata lætitia. Et iuuenis mago. dum hæc in
italia agerentur mago ad carthaginem miſſus
eſt nuncius victoriæ: cum anulis qui dimidium
ſuper tres modios impleuerunt. Exuuiæ: a=
nuli & cætera ſpolia. Libamina ſuperis: pro
his inquit Liuius tot tantiſque victorijs rerum
ſacrum dijs immortalibus agi haberiq₃ manda
uit. Libycis oris: nam ex templo impoſitus
fuit in nauem & carthaginem deſtinatus: na=
uim cyrenas impulit tempeſtas quæ tum ī di=
tione regum ægyptiorum erat. vbi cum decius
ad ſtatuam ptolemæi confugiſſet deportatus
a cuſtodibus ad ptolemæum cum eum docuiſ
ſet contra ius fœderis vinctum ſe ab Annibale
eſſe: vinculis liberatur: & ibi remanſit cum re=
dire poſſet permittente ptolemæo vindice ſuę
libertatis. Reduci: reuerſo Annibali in patri=
am. Lentas iras: vt eum puniret cum maxi=
ma voluptate animi. ſupra dixit lentæ manda=
uerat iræ. Vrbem batti: cyrenas de quibus di
ctum eſt. Pellea ſceptra: ptolemæus rex egy
pti & alexandriæ denominatæ ab alexandro
pelleo id eſt macedone: pella eni fuit vrbs ma=
cedoniæ. vn̄ alexander pelle⁹. Iuue. Vn⁹ pelleo
iuueni nō ſufficit orbis. Minis vehentum: eorū

qui decimũ vehebãt naui carthaginẽ. Nec venerem iterea;imitatio ẽ Virgilij apud quẽ Venus cupidinis opera didonẽ amoris ſagitta cõſauciauit:nũc mẽtes pœnorum emollire parat. Exitio:amore. Importũa:rigida bellicoſa. Natis:cupidinibus. Flãmas:occultũ amorẽ. Virgi. Occultũ iſpires ignẽ fallaſq; veneno. Eat iproba iuno:verba veneris ad filios i contẽptũ iunonis:q̄ nõ poterat cladibꝰ romãorũ ſatiari. Acta:elata rebꝰ illi ad voluptatẽ fluẽtibus. Profligãda:debellãda quã nõ potuit ſternere romanus ẽſis. Gradiuꝰ: q pugnauit ad cãnas ꝓ romanis.

Amomo:vnguento aduecto ex ſyria. Amomum eſt frutex:naſcitur in ſyria & armenia. odorem habet optimum ſomnoſque ſuauificat. Madenti:ebrio Numine:amore. Liquefacta:quadam ſuauitate cãtata. Pieria: Phœbea.

volſcorum ſupra habuim⁹ a quo habuit originẽ.

M.T.Ci.Iuſſo.iubeo ſiue iuſſero iuſitatũ ē ver
bũ iuſſo:ſed imitatᷣ Vir.apud quē ęneas ait.Cę
tera qua iuſſo mecũ manus inferat ardēs.Inſo=
nuere tubę.ſucceſſit ad muros acies punica in
quit Liuius patefacta repēte porta marcellꝰ ſi=
gna canere clamorēqꝫtolli ac pedites primũ de
inde eqtes quāto maxīe poſſent impetu in ho=
ſtem erũpere iubet ſatis terroris tumultuſqꝫ in
aciē mediā ītulerũt.Lues cõcita.ipi milites mo
ti ad irā erũpebāt afferētes luē & dãnũ hoſtibꝰ.
Ruũt.cũ duabus circa portis.ingt Liuius.P.Va
lerius flaccus.& C.aurelius legati ī cornua ho=
ſtiũ erupere addidere clamorē lixę caloneſqꝫ&
alia turba cuſtodiæ īpedimentũ appoſita . duo
milia&.cc.hoſtiũ cęſa.qdam autores ſũt nõ plꝰ
vno romanos amiſiſſe:ānibal ſpe potiũdę nolę
adēpta cũ accerras receſſiſſet marcellꝰ ex tēplo
clauſis portis cuſtodibuſqꝫ diſpoſitis neqꝫ egre
deretur q̄ſtionē in foro de his q clā ī colloquijs
hoſtiũ fuerāt habuit ſupra.lxx.dãnatos ꝓditio
nis ſecuri pcuſſit bonaqꝫ eorũ publicauit:& ſũ=
ma reꝝ ſenatui tradita cũ oī exercitu ꝓfectꝰ ſu
pra ſueſſulā caſtris poſitis cõſedit.Improbis vt
fractis.marcellũ magno īpetu erũpētē ī pœnos
cõparat fluuio trāſcendēti ripas & mari vento
īpacto in ſcopulos.Molibꝰ.aggere & ripis. Im
probus.noxiꝰ & inũdatiõe agros deuaſtās . De
iectionē.i.nõ poterat annibal deijcere romãos
ac reprimere q inſtabant vrgēte marcello.Dux
dardanus.marcellus romanus.Attonito. currē
ti.perge age.verba marcelli hortātis ſuos.Dex
ter ꝓpitius.Sta.verba marcelli ꝓuocātis anni=
balē fugiētē ad ſingulare certamen.Iuueni bar
ceo.ānibali q hēbat originē a barca: adde ēt qꝫ
eiꝰ pr̄ amilcar barca cognomiabatᷣ.Honor:erat
qppe honor cõgredi cũ marcello & p̄ciũ piculi
magnũ erat victoria .ſ. de marcello q retulerat
ſpolia opima ioui feretrio:& erat vir fortiſſimꝰ
& mīti nois.Sup̄ma fata.mortē.Siſtere.retinerᷣ
Perculſos.aio cõſternatos & vertētes terga.Si=
niſtris.ifœlicibꝰ nobis:qm̄ nimia capuę bona
& luxus vires noſtras pdiderũt.Eſt decori. qm̄
fugiendo amittitis gloriā partā.Nil fidũ. rex aſ
ſyrioꝝ adhortās ſuos ad pugnā vt ē apđ xeno=
phõtē li.iij.dixit.Stultꝰ ē ſiqs vitę appetēs ſe fu
gę cõmiſerit cũ nõ ſit ignarꝰ victoria pari ſalu=
tē:ac mortē fugiētes magiſq̄ manētes oppeterᷣ.
Meruiſtis.ſ.opa vr̄a& rebꝰ fortiter geſtis:vt oīs
italia in nos irrueret & ita romãos attriuiſtis vt
nullā ſpē pacis habeatis:& locꝰ eſt ab vtili ergo
fortiter pugnãdũ ē qa fugiētibꝰnullũ ē tutũ pfu
giũ.Pacis.ſ.faciēdę cũ romanis.Iuuenis pedia=
nus.alludit ad pedianũ aſconiũ q patauinꝰ fuit
& originē ducebat a polydamāte troião. is ha=
bitus ē orõnũ Ciceronis veriſſimus interpres.
& Virgiliani opis acerrimꝰ defenſor . Anteno=

Nec terrente libys viſu armorũque virũque
Deiectum ſperare valet.dux dardanus inſtat
Attonito progreſſus equo tergiſque ruētum
Incũbens haſta.ſocios nunc voce fatigat (ē
Perge age fer greſſus:dexter deus horaqꝫ nra
Hac iter ī muros capuæ.nunc rurſus in hoſtē
Conuerſus ſta.quo raperis? non terga tuorũ
Te ductor libyę increpito.ſtat cãpus & arma
Et mars in manibus dimitto a cede cohortes
Spectemur ſoli:marcellus prælia poſco.
Sic rector latius:iuueniqꝫ inuadere pugnā
Barceo ſuadebat honor:preciumque pericli.
Sed non hæc placido cernebat pectore iuno.
Ceptoque auertit ſuprema in fata ruentem
Siſtere perculſos ille & reuocare laborat.
Tales ne e gremio capuæ tectiſqꝫ ſiniſtris
Egredimur? ſtate o miſeri quis gloria ſumma
Dedecori eſt:nil vos hodie mihi credite terga
Vertentes fidum expectat.meruiſtis vt omīs
Ingruat auſonia:& ſęuo mauorte paraſtis
Nequa ſpes fuſos pacis vitæqꝫ maneret.
Vincebat clamore tubas:vociſque vigore
Quãuis obſtructas ſęuus penetrabat in aures
Polydamanteis iuuenis pedianus in armis
Bella agitabat atrox:troianaqꝫ ſemia & ortus
Atque antenorea ſeſe de ſtirpe ferebat.
Haud leuior generis fama:ſacroqꝫ timauo
Gloria & euganeis dilectum nomen in oris.
Huic pater eridanus venetæqꝫ ex ordie gētes
Atqꝫ apono gaudēs populus ſeu bella cieret
Seu muſas placidus doctęqꝫ ſilentia vitę
Mallet:& aonios plectro mulcere labores.
Non vllũ dixere parem:nec notior alter.
Qui poſtq̄ effuſis vrgens veſtigia frenis
Pœnorũ iuxta galeā atque inſigne perempti
Agnouit ſpoliũ pauli:puer illa gerebat
Non paruo lętus ductoris munere cinyps.
Dilectus pœno cinyps.quo gratior ora
Non fuit:ac nulla nituit plus fronte decoris.
Quale micat ſempqꝫ nouũ ē qđ tyburis aura
Paſcit ebur:vel qui miro candoris honore



Lucet in aure lapis rubris aduectus ab indis.
Quē poſtq̄ egregiũ criſtis & caſſide nota
Fulgentē extremo pedianus in agmīe viidit
Cũ ſubita ante oculos pauli emerſiſſet imago
Sedibus infernis.amiſſaqꝫ poſceret arma:
Inuadit frendens tu ne ignauiſſime ſacri
Portabis capitis:quę nõ ſine crimīe veſtri:
Inuidiaqꝫ deũ geſtaret tegmia ductor?
En paulus.vocat ide viri ad ſpectacula manes.
Et fugiētis agit coſtis penetrabile telum.
Tum delapſus equo galeā atqꝫ inſignia magni
Conſulis abrumpit dextra:ſpoliatque videtē.
Soluitur omne decus lœto:niueoſqꝫ per artus
It ſtigius color:& formę populatur honores.
Ambroſię cecidere comę.violataqꝫ ceruix
Marmoreum in iugulũ collo labente recũbit.
Haud ſecus oceano rediens cytherēius ignis
Cum ſeſe veneri iactat ſplendore refecto
Si ſubita inuadat nubes hebetatur & atris
Decreſcens tenebris languentia lumīa cõdit.
Ipſe etiā capta pedianus caſſide nudos
Attonitus ſtupet ad vultus.iraſqꝫ coercet.
Tum galeā magno ſociũ clamore reportans
Immitem quatiebat equum ſpumantia ſeuo
Frena cruentātem morſu:cui turbidus armis
Obuia marcellus rapido tulit ora tumultu.
Agnoſcenſque decus:macte o virtutis auitę
Macte antenoride nunc inquit rapta petamus
Quod ſupeſt libyci ductoris tegmīa: & ardēs
Terrificis ſęuam fundit ſtridoribus haſtam.
Nec forſan voti vanus foret:obuia ni vis
Geſtaris oppoſito tenuiſſet corpore telum:
Qui dum vicinis ductorem protegit armis
Tranſabijt nõ hunc ſitiēs grauis haſta cruorē.
Ingenteſqꝫ minas mutata morte peregit
Auehitur raptim ductor diſcriminę lœti
Turbatus:curſũqꝫ ferens ad caſtra capeſſit
Iamqꝫ fugę īmodicus tendit certamīe greſſũ
Pręcipitem verſis pœnorum exercitus armis.
Aſſequitur telis hoſtis:longaſqꝫ viritim
Exaciant iras cladum:cœloqꝫ cruentos

rea. quoniā antenor cõdidit patauiũ . Haud le=
uior.q.d. gloria ipiuſpediani reſpõdebat famę
maioꝝ ſuoꝝ q clari fuerũt. Timauus naſcitᷣ in
noricoꝝ alpibus ſecat deinde agleienſes agros
quē vſurpãt poetæ pro prenteſia fluuio pãtaui
no.Sacro. ꝓpter troianos qui ptimauũ ingreſſi
ſunt eā orā italiæ ſacraqꝫ itulerunt . euganei di=
cũtur genere p̄ſtãtes de gbus dictu ē.aponus fõs
ī agro patauino.Martialis.Cēſetᷣ aponi liuio ſuo
tellus:& Lucanus.colle ſedens aponus. Silentia
ipa ſtudia & ocia litteraꝝ:quoniā valebat inge=
nio ac dextra alludens vt dixi ad pedianũ aſco=
niũ viꝝ litteratiſſimũ.Aonios labores.cãtus pie
rios & verſus.Ductoris.annibalis qui cynipi ga=
leā æmilij pauli donauerat.Quale micat. huius
pulchritudinē ac venuſtatē cõpat ebori ac mar=
garitis.Tyburis aura.quoniā fiehat cãdidiꝰ ebur
aura tyburtina.Martialis.Tybur ī herculeũ mi=
grauit nigra liquoris.Oīa dũ fieri cãdida credit
ibi.Miro honore cãdoris.quoniā margaritarum
omnis dos eſt ī candore vt ſcribit plinius . Sunt
aũt partus cõchaꝝ.vt idē dicit pro qualitate ro=
ris accepti.vnio& margarita idem:quoniā vt ait
Plinius ī vna concha nulli duo reperiuntur indi
ſcreti nomen vnionum romanæ impoſuere deli
tiæ.impoſitum autē fuit hoc nomē magnis.mar
garitis romę bello iugurtino:vt Helius ſtilo ſcri
ptũ reliquit.In aure quoniam mulieres quondā
īauribus ſuſpendebant ad luxũ &, magnificētiæ
oſtētationem:& procerioribus īquit Pli.ſua gra
tia elēchos appellãt faſtigiata lõgitudine hos bi
nos ac ternos auribus ſuſpendere fœminaꝝ glā
ē.vñ dicit Hor.in ſer.filium eſopi diluiſſe aceto
inſignē bacā detractā ex aure metellę:& de cleo
patra hoc idē ſcribit Pli. Rubris vndis:a mari ru
bro præcipue inquit Pli.laudãtur margaritę cir
ca arabiā in perſico ſinu maris rubri.Caſſide no
ta:quoniam fuerat pauli æmilij.Extremo ī mar
gine:ī vltimo ordine vbi cinyps puer erat tyro:
hoc nomē ſũptum eſt a cinyphi flumi . aphricæ.
Veſter ductor.i.nõ mõ tu īdignus es galea pau=
li :ſed etiā ānibal niſi cũ magno crimīe ac iuidia
deorũ.En paulꝰ ironice & ex ſtomacho.ecce in=
quit qui videtᷣ dignꝰ ſpolijs.pauli.Manes. aīam
pauli.Fugiētis:cyniphis.Stygius:niger quia mo
riebatur.Ambroſię.diuinę:ſic Virgi.de venere.
Ambroſięqꝫ comę diuinũ vertice odorē ſpiraue
re.Ambroſia ſumitᷣ a poetis ꝓ poculo diuino. ē
etiā frutex dēſum ac ramoſũ.Haud ſecꝰ:morien
tē pueꝝ & decꝰ formę lętho amittentē cõparat
lucifero cuius fulgor nubiũ oppoſitiõe hebetatᷣ
Cythereiꝰ ignis : lucifer qui dicitᷣ ſtella veneris.
Cui:pediano.Macte o virtutis auitę:verba mar
celli ī laudē pediani. Antenoride : patauine & q
habes originē ab antenore. Feraꝫ:elephantum

Sub cuſpide ictu.quoniam viderunt annibalẽ fugientem.Ingens eo die . inquit Liuius res ac neſcio an maxima illo bello geſta ſit:non vinci .n.ab annibale vinci ſolitis difficilius fuit q̃ po ſtea vincere.Decori martis.i.dicebant marcel lum eſſe ſimilẽ marti.Q uanto hanc. querimo nia:& indignatio annibalis de turpi fuga.Elu erim.purgaueris hoc dedecus. Statuis.iudicas me dignũ tã turpi morte poſtvictorias mihi ha ctenꝰ cõpatas.Voſq;. vertit ſermonẽ ad milites effœminatos campano luxu.Non degener ip ſe iquit annibal ego non degeneraui a meis ge ſtis & non verti ſigna victricia romãis:nec illis dedi terga ſed vobis quos pręliũ fugerevidebã præter decorum.Priſci martis. victoriæ & ani mi quem prius ĩ marte habuiſti o miles. Euen tus graues.clades:nam in cęteris pręlijs romãi ſuccubuerãt.Primo munere victoria quę vide batur eẽ munus dei. Tollit. erigit aĩos & bene ſperare incipit.Ante oĩs.illi dederunt pœnas q ſe abſconderant ne ad bellum mitterẽtur. Dul cedine vitę.tangit hiſtoriam de captiuis in pu gna cãnenſi a quibus ſcribit Liuius miſſos fuiſ ſe legatos romãvt redimerentur:quod cum re nuiſſent patres vnus ex his domũ abijt ꝙ falla ci reditu in caſtra iureiurando ſe exoluiſſet:qđ vbi innotuit relatũq; eſt ſenatui oẽs cenſuerunt cõphẽdẽdũ & cuſtodibꝰ publice datis deducẽ dum ad annibalem.alia fama eſt inquit decem remanſiſſe ꝙ per cauſam recognoſcendi nomi na captiuorum ad annibalẽ ex itinere regreſſi religione exoluiſſent ſeſe de his dedendis ma gna contentione actum in ſenatu eſſe victoſq; paucis ſententijs &c.meminit etiã Cicero huiꝰ rei in.iij.de officijs.Iurata.quoniã iurauerãt ſe redituros.Gentem.ſ.romanam:qm̃ illos ad pœ num remiſerũt qui iuſiurandũ violauerãt fue re etiã puniti milites q cogitauerãt patriã deſe rere ſuaſu metelli.Decꝰ capitis.i. oĩa ornamen ta muliebria vt ãnulos armillas & cętera id ge nus.Haud tãta feciſſeviros.ſẽſus ẽ:viri nõ ęgre ferebãt ſe ĩ tali tẽporis cõditiõe ſuperari a mu lieribꝰ q̃ ꝓ cõi ſalute ꝓpria cõferebãt ornamẽ ta ad vſum belli:& iõ ait bellaq; miniſtrãt. Sor te laudis.nã maiorẽ laudẽ ſortitę videbanť mu lieres q̃ hoĩes.Lętanť.ſ.romãi ceſſiſſe facto mu lierũ ituro ĩ ſæcula.In mediũ.in cõe & ad belli vſum quẽadmodũ fecerãt mulieres.Vitę meli oris.lautioris nil relinq̃bãt domi quo lautiꝰ vi uerẽt:cõis qppe ſalꝰ priuata voluptate & lau tia erat illis ãtigor q etiã vitã ꝓpriã effundere cupiebãt.Sine nomĩe .i. ignobiles & vulgares. Addũt ſpem miſeris. Liuiꝰ ait.Qu.Fabiꝰ p̃tor legatus a delphis Romã redijt: reſpõſumq; ex ſcripto recitauit:diuiꝶq;:q̃ ĩ eo erãt:qbꝰ quotq;

Certatim oſtentant & diis vltoribus enſes.
Ille dies primo docuit quod cedere nemo
Auderet ſuperis martis certamĩe ſiſti
Poſſe ducẽ libyæ.raptant curruſq; viroſq;
Maſſylaq; feram:& viuis auulſa reportant
Tegmia bellãtũ atq;abeũt ſub cuſpide terga
Cõtenti vidiſſe ducis.tũ martis adęquant
Marcellũ decori:graditur comitãte triũpho
Maior q̃ ferret cum victor opima tonanti.
Inde fures poſtq̃ vallo vix depulit hoſtem
Ductor ageoreus:quãdo hãc q̃toq; cruore
Hoſtili labẽ eluerim:mea terga videre
Cõtigit auſoniæ:me ne iquit ſumme deorũ
Poſt trebiã ſtatuis iam triſti funere dignũ:
Voſq; iuicta diu nũc heu ſine marte iuuẽtus
Debellata bonis capuę:nõ degener ipſe
Geſtorum auſoniis verti victricia ſigna.
Vobis terga dedi:vidi cum ad bella vocarẽ:
Nõ ſecus atq; italo fugere a ductore pauẽtes
Quid reliquũ priſci martis tibi:q̃ dare terga
Me reuocãte potes: fũdebat talia pœnus:
Et latiæ ſeſe nolana ad mœnia turmæ
Portantes ſpolia in ſigni clamore ferebant.
At cõſueta graues per longũ audire ſuorũ
Euẽtus roma:& nũq̃ recreare ſecundis.
Allato tandem fauſtæ certamine pugnę
Erigitur:primoq; deum ſe munere tollit.
Ante oẽs pigra in martẽ fugieſq; laborum
Dum bellũ tonat:& ſeſe furata iuuentus
Dat pœnas latebrę:tũ qui dulcedine vitæ:
Inuenere dolos:itaq; fœdera pœno
Corruperenotant:& purgant crimie gentem
Punitur patriã meditandũ linquere terrã
Cõſiliũ infœlix.ſceleratq; culpa metelli.
Talia corda virũ:ſedeni nõ fœmia ceſſit
Mente æquare viros.& laudis poſcere partẽ
Oĩs præ ſeſe portans capitiſq; manuſq;
Antiquũ decus:ac direpta monilia collo
Certatim matrona ruit:belloq; miniſtrant:
Haud tanta ceſſiſſe viros in tempore tali
Laudis ſorte piget:factoq; ĩ ſęcula ituro



Letantur tribuiſſe locũ.tum celſa ſenatus
Subſequitur turba ĩ mediũ certamie magno.
Priuatę cumulãtur opes:nudare penates
Ac nihil arcanos vitę melioris & vſus
Sepoſuiſſe iuuat.coit & ſine noĩe vulgus
Corpore ſic toto ac mẽbris roma oĩbus vſa
Exangues rurſus tollebat ad ęthera vultus.
Addũt ſpẽ miſeris dulcẽ parnaſia cyrrha
Portantes reſponſa viri.nam lęta ferebant
Exaudiſſe adytis ſacra cum vocetonaret
Antrũ:& mugiret phœbo iã itrata ſacerdos
Soluite gẽs veneris grauiores corde timores
Aduerſa:& quicq̃d duri ſub marte manebat
Exauſtũ ẽ vobis.reſtant leuiora laborum.
Et ſine pernicie terror .diis vota: preceſq;
Ferte modo:& tepidos aris libate cruores
Neu date terga malis.aderit gradiuus:& ipſe
Delius auertet propiora pericula vates.
Troianos notus ſemper minuiſſe labores.
Sed vero :ſed enim ante oẽs altaria fument
Centum feſta iouí centũ cadat hoſtia cultris.
Ille trucem belli nubem : ſeuaſque procellas
In libyam violenter aget.ſpectabitis ipſi
Egida turbato quatientẽ in prælia mundo.
Aſt ea parnaſi poſtquã clamata ſub antris
Allatum.vulgique deus peruenit ad aures:
In capitolinas certatim ſcanditur arces.
Sternũturq; ioui:& delubrũ ſãguie honorãt.
Tum peana canũt . reſpõſaq; fida precantur.
Interea aſſuetis ſenior torquatus in armis
Sardinas patrio quatiebat milite terras.
Nanque ortũ iliaca iactans ab origine nomẽ
In bella hãpſagoras tyrios renouata vocarat.
Proles pulchra viro:nec tali digna parente.
Oſcus erat:cuius fretus fulgente iuuenta
Ipſe aſper paci crudos ſine viribus annos
Barbarici ſtudio ritus refouebat in armis.
Iſque vbi torquatum rapti properata ferẽtẽ
Signa videt:pugneq; auidas accedere d̃xtras
Fraude loci nota latebroſa per auia ſaltus
Euolat:& profuſa fugę cõpendia carpens

modis ſupplicaretur. Tũ ſi ita facitis romanive ſtrę res meliores:fortioreſq; erũt:magiſq; ex ſẽ tentia reſpu.veſtra ꝓcedet:victor:aq; duelli po puli romãi erit.apollini donũ mittitote:deq; p̃ da manubijs:ac ſpolijs honores habetote. hæc vbi ex gręco carmine interp̃tata recitauit:ſena tus decreuit:vt hæ res diuinę: ſupplicationeſq; prio quoq; tẽpore fierent. Antrũ. Strabo loq̃ns de templo apollinis delphici ait. Autores certi memorant diuinũ ipſũ domiciliũ ꝓfundam & curuã eſſe ſpeluncam: nõ admodũ lato ore pa tentẽ. vñ aura refertur ſacro efflante numine. Intrata phœbo.i.hauſto diuinandi ſpiritu . Sol uite gens veneris.oraculũ datũ romãis ab apol line delphico.Exhauſtum.finitũ. Libate.i. ma ctate oues ad aras apollinis.Sternũtur.fiunt le ctiſternia in tẽplo Iouis capitolini: & apolinis. Peana.laudesapollinis.Interea aſſuetis.tranſit nunc poeta ad bellũ ſardoum cũ nũciatũ eſſet punico ſenatui in hiſpania rẽ male geſtã:oĩſq; ferme hiſpanos ad romanos defeciſſe:erant: q Magonẽ cũ claſſe cõpata:&copijſomiſſa italia ĩ hiſpaniã auerterẽt:cũ ſardinię recuperãdę re pẽtina ſpes iniecta eſt.paruũ ibi exercitũ roma nũ eſſe.nã diſcedebat Cornelius prætor:& feſ ſi animi ſardoꝝ erãt diuturnitate ĩperij.nã gra ui tributo:& iniqua frumenti collatione oppri mebantur.clãdeſtina legatio ad pœnos per pri cipes ſardinię miſſa fuerat maxime eam rẽ mo liẽte hãpſagora:qui tũ auctoritate atq; opibꝰlõ ge primꝰ erat : his nũcijs ꝓpe vno tp̃e turbati: erectiq;Magonẽ cũ claſſe ſua:copijſq; in hiſpa niã mittunt.in ſardinia Aſdrubalẽ cognomẽto caluũ eligũt ducem.&tantũ ferme copiarũ quã tum Magoni decernunt . Cũ romã eſſet allatũ ſardos ad defectionẽ ſpectare miſſus eſt eo Ti tus Manlius Torquatus qui bis cõſul:cenſorq; fuerat:ſubegeratq; in conſulatu ſardos:ideo di cit poeta aſſuetis armis.Interea.dũ talia ĩ italia geruntur.Patrio milite.romão & italo.Nãq; ortũ iliaca.narrat poeta quẽadmodũ hampſagoras miſſa legatiõe vocauerat carthaginẽſes. Iliaca. qm̃ quidã iliẽſes ſardinię partẽ habitarẽt. cele berrimi inq̃t pli.ĩ ea populoꝝ ilienſes.Reuoca ta.renouata:qm̃ prius fuerat bellũ:amiſerãt.n. carthaginẽſes ſardiniã &Siciliã.Proles pulchra viro.ipi hãpſagorę filiꝰ erat nomĩe oſcꝰ . Cuiꝰ. oſci.ſ.iuunili ętate ac robore fretꝰ pater.Aſper paci.inimicꝰ paci.Studio barbarici ritꝰ.vt bar bari faciũt.Stra.ait cũ peſtilẽtibꝰ in locis exer citũ aſſidue nutrire minie cõducat.reliquũ aũt eſt illis ĩperatoribꝰ:vt exercitus ductẽt artibus quibuſdã:& qdẽ barbaroꝝ morẽ obſeruantes. nam hi poſt latrociniũ dies complurimos præ dæ nundinas celebrant tum incurſant : mul

toſq; mortales in manus retrahunt. Compendia.breue iter. Inſula fluctiſono: deſcribit ſardiniā. Profundo.mari ſardoo. Enormes.viles: & interdū peſtilētes. Sub imagine plātæ.nā ſardinia eſt ad ſimilitudinē humani veſtigij: & ideo ichnuſa dicta ē: ichnos.n.grecę latine ſignificat veſtigiū. vnde ſardiniā ſandaliotim appellauit Timeus ab effigie ſoleæ. Myrſilus aūt ichnuſā. ſardinia a ſardo filio herculis.q e libya veniens iſulā occupauit: & nomē dedit. Inde.ex hoc:q̄a habet formā veſtigij. Libyci herculis.quoniam ſex fuerūt hercules: vt ſcribit Ci.i li.de na. deo. Secūdus fuit ægypti⁹ nilo natus: quē aiūt phrygias lr̄as cōſcripſiſſe: de hoc itelligit poeta. Teucri.troiani: q i ſardinia dicti ſunt ilieſes. Claſſe paterna.memorię ꝑditū ē inqt Stra. Iolaū pleroſq; adducētē herculis filios huc applicuiſſe: & cum iſulæ accolis barbaris cohabitaſſe: q na tiōe tuſci erāt.ide ioleſes vocati ſunt. Theſpiadū.filioꝝ herculis: de qb⁹ dictū ē.illic teſpiadū docuit ſubmitter̄ colla nepotes. Fama eſt: nūc dicit ariſteū veniſſe i ſardiniā filiū cyrenes nymphæ & apollinis. Actęō fuit filius Ariſtei ex autonoe filia cadmi: q cū vidiſſet dianā nudā cōuerſus ē ab ea i ceruū: & a proprijs laceratus ē canibus.vt canit Oui. Spectatæ.viſæ a ſe i fonte.Oui. Inſcius actęon vidit ſine fraude dianā. Nouitate mali.quoniā actęonē verſum i formā cerui canes lacerarīt. Sardoos receſſ⁹: ſeceſſiſſe i ſardiniā. Pura ſerpētū.nō ſūt ſerpētes i ſardinia Triſtis cęlo.ꝑs ſardinię nō modica aſꝑa ē: minimeq; trāqlla i q̄t Stra. Magna quoq; ꝑs agrū hēt rebus oib⁹ fœlicē ꝑcipue tritico.locoꝝ quoq; virtuti malignitas q̄dā obſtat. Inſula.n.ęſtiuo tp̄e morboſa ē in locis maxīe fœcūdis. Vitiata. corrupta ꝓpter paludes: quaꝝ exhalatio iſulā īficit. Torrida.ſicca i ea pte q̄ vergit ad italiam. Pallida.ꝓp nimios æſt⁹ ſole cācrū aſcēdēte.& flāte auſtro: q ē calid⁹ & hūid⁹. Cętera.ſ. ꝑs ē cereri docilis. Hoc habitu. qualitate ac natura ſoli. Hoſtis.hāpſagoras: & fili⁹ oſcus. Sidonia tæla. ſubſidiū punicū. Iberos.hiſpāos: q cū veniſſent aīos hāpſagorę auxerīt.& iā apto marte pugnare cupiebat: cū pri⁹ ꝑ iuia & ſalt⁹ latuiſſet. Longū.videbat̄ hāpſagorę lōgū illd̄ tp̄s: quo tendebat i hoſtē tātus erat ardor pugnę. Coire.ſimul ire.i hoſtē coim⁹. Exptos.quos i alijs ꝑlijs fuerāt expti: cū torquat⁹ iſulā ſubegiſſet i cōſulatu Inde.poſtq̄ vētū ē ad ēſes. Sed vos calliope. repetit votū Sylli⁹ narraturus laudē Ennij: q ꝑ id tp̄s i ſardinia ſub Torquato militabat cēturio. Facta viri. Ennij.meſſapus fuit rex apulię & calabriæ: a quo meſſapia. Latiæ vitis.erat centurio Ennius. centuriones vitem pro inſigni geſtabant. Hiſpida.inculta. Rudię. oppidum ca-

Occulta tegitur valle: & frōdētibus vmbris.
Inſula fluctiſono circūuallata profundo
Caſtigatur aquis: cōpreſſaq; gurgite terris
Enormes cohibet nudę ſub margine plantę.
Inde ichnuſa prius grais memorata colonis.
Mox libyci ſardus generoſo ſanguine fidens
Herculis ex ſeſe mutauit nomina terræ.
Affluxere etiam: & ſedes poſuere coactas
Diſperſi pelago poſt eruta pergama teucri.
Nec paruū decus aduecto cū claſſe paterna
Agmīe teſpiadum terris iole dediſti.
Fama eſt cū laceris actęon flebile membris
Suppliciū lueret ſpectatę in fonte dianę
Attonitū nouitate mali fugiſſe parentem
Per freta ariſteum: & ſardoos iſſe receſſus.
Cyrenē mōſtraſſe ferunt noua littora matrē.
Serpentum tellus pura ac viduata venenis.
Sed triſtis cœlo: & multa vitiata palude.
Qua videt italiam: ſaxoſo torrida dorſo
Exercet ſcopulis late freta: pallidaq; intus
Arua coquit nimiū cācro fumātibus auſtris:
Cætera propenſæ cereris nutrita fauore.
Hoc habitu terræ nemoroſa per inuia] crebro
Torquatum eludens hoſtis ſidonia pugnæ
Tęla expectabat: ſocioſq; laboris iberos:
Qui poſtq̄ appulſis animos auxere carinis:
Haud mora prorūpit latebris: aduerſaq; late
Agmina ihorreſcūt: longūq; coire videtur.
Et cōferre gradum media iteualla patentis.
Corripiunt campi properatis eminus haſtis.
Donec ad expertos enſes fidiſſima tæla
Peruentum. dura inde lues. cedūtq;: cadūtq;
Alterniq; animas ſęua i mucrone relinquūt.
Nō eqdē inumeras cędes: totoq; horrida ſcā
Sperarim tanto digne pro nomine rerum
Pandere: nec dictis bellantum ęquare calorē.
Sed vos calliope noſtro donate labori
Nota parum magni longo tradantur in æuo
Facta viri: & meritū vati ſacremus honorem.
Ennius antiqua maſſappi ab origine regis
Miſcebat primas acies: latiæque ſuperbum



labriæ patria Ennij: vt etiam Strabo. Scribit: Cato cēſorius didicit literras græcas ab Ennio: qui ſcripſit annales: quos per cōpita vrbis. Qui. Vargunteius pronunciare ſolebat: huius Ennij meminit Lucre. libro primo. Ennius vt noſter cecinit: qui primus amœnam Detulit ex helicone perēni flore coronam. Vates vt thracius. Orpheus tempore quo nauigauit cum argonautis. Cyzicus rex in propontide: a quo cyzicus nomen accepit. inſula duobus pontibus quondam iuncta continenti. hoſpitio excepit argonautas: vt canit. V. Flaccus: in quos profectionem parentes: cum nondum ſoluiſſent e portu cyziceni furore impulſi: cum arbitrarentur adeſſe hoſtes: qui ꝓpinqui erant ipetū feceīt: quo ꝓlio cyzicus rex cecidit dolentibus poſtq̄ res cognita eſt argonautis ferunt orpheum ea nocte pugnaſſe fortiter. Argo ipſos argonautas. Pectine.ipſa lyra & plectro. Sperans fore æternum.id eſt magna laude dignum: ſi enniū interficeret. Sacer hic.laus ennij ex ore Apollinis. Bella itala.q̄ annalibus celebrauit ſuis: quos deſideramus.pli.in.vij.ait. Sed & noſtrorum gloriam percenſeamus prior Aphricanus. Qui. Ennij ſtatuam ſepulchro ſuo imponi iuſſit: clarūq; illud nomen: immo vero ſpolium ex tertia orbis parte raptum in cinere ſupremo cū poetæ titulo legi. Nec cedet honore. maieſtate.ſcilicet carminis: vt in illo ſæculo: quo poeſis nitorem latinę linguę non habebat: fuerunt quippe poſt Ennium limatiores: politioreſq;. & magis ex arte: qua enni⁹ caruit poeticam excoluerunt: vt ennium tanq̄ quercum annoſaꝫ: vt inqt Fabi. religionis tantum cauſa miremur & antiquitatis. Ennius primus apud latinos carmen exametrum fecit. Aſcreo ſeni.heſiodo. Aſcra vicus ad heliconem patria heſiodi: quam ipſe patri illic commoranti his verbis exprobrauit: Aſcra rus miſerū pene hic helicona colebat.hiberno diꝛ triſte ęſtu. Optabile nūq̄ helicō mōs eſt boetiæ phocidi vicinus: apollini ac muſis ſacer. Latis modis. ſonoro carmine ac heroo pede: cantuq; pierio: & ſagitta tranſfixit caput Oſci: quo mortuo ſardi terga verterunt. Barbaricum. nomen pro aduerbio. id eſt barbare

Vitis adornabat dextra decus. hiſpida tellus
Miſerunt calabri rudię genuere vetuſtæ.
Nunc rudię ſolo memorabile nomē alumno.
Is prima in pugna vates: vt thracius olim
Infeſtam bello quateret cum cizicus argo
Spicula depoſito rhodopeia pectore torſit.
Spectandum ſeſe non parua ſtrage virorum
Fecerat. & dextræ gliſcebat cedibus ardor.
Aduolat ęternum ſperās fore pelleret oſcus
Si tantam labem: ac perlibrat viribus haſtam
Riſit nube ſedens vani conamina cœpti:
Et tælum procul inuentos dimiſit apollo.
Ac ſuper his nimium iuuēis!: nimiūq; ſuperbi
Sperata hauſiſti ſacer hic: ac magna ſororum
Aonidum cura: & dignus apolline vates
Hic canet illuſtri primus bella itala verſu.
Attolletque duces cœlo. reſonare docebit
Hic latis helicona modis: nec cedet honore
Aſcreo fama ve ſeni. ſic phœbus: & oſco
Vltrix per geminū tranſcurrit tēpus arundo

ac immane gemens mortem ſibi conſciuit. Anhelum.æſtuans dolore. Vrget.ſequitur. At libyę ductor. nunc redit ad Annibalem & Marcellum. Acerras. acerræ ſunt in campania quas clanius alluit. vnde Virgiliu⁹ Et vacuis clanius non æquus acerris. conatus eſt Annibal acerranos ad deditionem allicere. Poſtq̄ vero obſtinatos vidit oppugnationem parauit. Acerrani plus animi q̄ virium habentes deſperata tutela vrbis per intermiſſa munimenta: neglectaſq; cuſtodias ſilentio noctis dilapſi per vias: inuiaq; vt terror. ducebat in vrbes campaniæ: quas in fide & officio eſſe ſciebant confugerunt. Annibal acerras incendit: atq; diripuit. Non æqui martis: quoniam parum virium habebant acerrani contra tot Annibalis copias.

Incuſſit ſeſe nuceriæ id eſt quodam impetu nuceriam inuaſit: cuius præda militi data eſt: vrbſq; direpta atq; incenſa. Caſilina. caſilinum oppidum campaniæ: quod annibal obſedit: quo præneſtini milites & cohors peruſina confugerant audita cannenſi ſtrage. Peruſini erant. cccc. & .lx. qui ad tantam cōpulſi ſunt inopiam annonæ: vt lora detractaſq; ſcutis pelles: vbi feruida molliſſent aqua mandere conarētur: nec muribus alioue animali abſtinerent: & omne herbarum radicūq; genus aggeribus infimis muri eruerint: & cū hoſtes obaraſſent quicquid herbidi terreni extra murum erat raporum ſemen iniecerunt: vt Annibal: ego ne vſq; dū ea naſcantur ad caſilinū ſeſſurus ſum exclamaret: q nullā antea pactionem auribus admiſerat tū demū ſecū agi paſſus ē de redemptione liberorum capitum. Obluctatus. ipſe Annibal cū diu obluctatus eſſet his qui defendebāt. obluctor tibi dicimus.i. pugno ſiue conor cōtra te. V. Genibuſq; aduerſę obluctor harenę. Iniqs. imparibus: quoniā pauci erāt itus cōparatiōe hoſtiū. admouerat Anni. vrbi vineas: cuniculoſq; fieri iuſſit: ſed q caſilinū defēdebāt trāſuerſis cuniculis hoſtiū cuniculos iterrupere. Aegre. cū diffi-

cultate. Aſtu. aſtutia:qm̄ auro eos dimiſit. vagos cāpos:diffuſos & āplos. Petilia. vrbs cōdita a philoctete. Virgi. Parua philoctete ſubnixa petilia muro. Liui. ait petilia in brutis aliquot poſt mēſibus q̄ cœpta oppugnari erat ab himilcone p̄fecto annibalis expugnata ē:multorūq; ſanguine ac vulnerib⁹ea pœnis victoria fuit:nec vlla magis vis obſeſſos q̄ fames expugnauit:abſumptis.n.alimētis:carnibuſq; oīs generis quadrupedū:ſcutorūq; poſtremo corijs:herbiſq; & radicibus & corticibus teneris veſcebātur:iō ait poeta. Infœlix fidei:quoniā ꝓpter fidē id paſſi ſunt petiliani:vt ſagūthini. Herculeā. pharetrā. ꝓpter philoctetē conditorē:q habuit ſagittas herculis tinctas ſanguinæ hydræ. Supba. nobilis & clara. Verterat & mentē. nunc de tarētinis agit:q ad annibalē defecert. Philomenus & nicō tarentini ꝓditores fuerūt: & cū portæ ānibal appropinquaret: editus ex cōpoſito ignis ab ānibale ē. ide ē redditū a Nicōe ſignū. extīctæ deinde vtrinq; flāmæ ſunt. Annibal ſilētio agmen ducebat ad portā. Nicon ex iprouiſo ſopitos vigiles in cubilibus ſuis obtrūcat:portāq; aperit. Annibal cū peditum agmine īgredit̄. Equites ſubſiſtere iubet: vt quo res poſtularet occurrere libero cāpo poſſent. Arce coruſca. alta. Manus. multitudo. arx tarentina i modū peninſulæ maiori parte circūluit̄ præaltis rupibus ab īpa vrbe muro & foſſa ingēti ſeparat̄. Salinator vrbis præfectus primo exercitus tumultu ī portā effugit. inde acceptus ſcapha in arcē confugit. & romani oēs q cædibus ſupfuerāt in arcē ſe receperunt. Poſtea Fabius Maximus Tarētum recuperauit:cui cū ſalinator diceret:vt autor ē Ci. in Catōe maiore mea opera. Qu. Fa. Tarentū recepiſti: certe inqt ridens. nam niſi tu amiſiſſes nunq̄ recuperaſſem. Hic mirāda mouēs. naues tarentinorum i ſinu exiguo intercluſæ erāt. clauſtra quippe romani tenebāt:qui ī arcē cōfugerāt:nec ide euadere poterāt:quas annibal plauſtris trāſuexit:cōtracta.n. extēplo vndiq; plauſtra:iunctaq; inter ſeſe:& machinæ ad ſubducēdas naues admotæ:munitūq; iter:quo faciliora plauſtra:minorq; moles in tranſitu eſſet inuenta inde. ac hoīes cōtracti & opus impigre cœptū:paucoſq; poſt dies claſſis īſtructa:atq; parata circūuehit̄ arcē & ante īpm portum ancoras iacit. Mirāda. res mirā. Faucibus. clauſtris īpius portus: vbi erat arx. Receſſu patulo. amplo receptaculo & ſinu Pontum ſecretum. aquā diuiſam. Errare. exire in mare vltra fauces:quibus arx imminebat. Portat⁹. plauſtrum ſiue vehiculū tulit naues p oppoſitū montē. Subſtramina. dicunt̄ oīa: quæ alicui rei ſubſternuntur. Lubrica ſubſtramina. rotæ & lapſus. Vir. Pedibuſq; rotarū ſubijciūt lapſus. Nūcius interea. dum hæc tarenti agerētur. Nunciatū eſt ānibali: qui terebat maria nauibus vectis:nō more. i. præter conſuetudinem:obſeſſam eſſe Capuam a romanis. Dum procul œbalios. hæc fuerunt verba nuncij. Oebalios. Tarentinos:qui habuerūt origines ab œbalijs. i. lacedæmonijs. Oebali dicti ſunt lacedæmonij ab œbalo puero: & Tarentus: colonia lacedæmoniorum fuit. Haud ſecus. annibalis ferociam & celeritatē cōparat tygridi cōmotæ raptis catulis. tygris eſt velocitatis tremendæ lege Plinū: & Ariſtotelē. Emicet. ſaltet & currat. Ganges: fluuius indiæ. Centenius. hic octomilia hoīum accepit a ſenatu & ī lucaniā ꝓfectus eſt: & ab annibale oppreſſus. Prauus audendi. audax ſine prudentia. Facilis pe

Vertuntur iuuenis caſu perculſa per agros
Agmina:& effuſę pariter dant terga cateruę.
Dum pater audita nati nece turbidus iræ
Barbaricū:atq; imane gemēs:trāſfigit āhelū
Pectus:& ad manes vrget veſtigia nati.
At libyę ductor marcello fractus:& acri
Contuſus pugna:campos damnarat:& arma
Verterat ad miſeras nō equi martis acerras.
Inde vbi permiſit flammis:atq; ēſibus vrbē
Nucerię nihilo leuior nec parcior ira
Incuſſit ſeſe:atq; ęquauit mœnia terrē.
Poſticaſilina ſibi multū obluctatus iniquis
Defendentū armis ęgere reſeruauerat aſtu
Limina:& obſeſſis vitam penſauerat auro.
Iamq; in dauniuagos pfundēs agmia cāpos
Flectebat rabiem:quo præda vel ira vocaſſet
Fumabat verſis incenſa petilia tectis.
Infœlix fidei:miſerq; ſecunda ſagūtho:
At quondā herculeā ſeruare ſupba pharetrā
Verterat & mentem tyria ad conata tarētus.
Portiſq; intrarāt pœni:ſed eni arce coruſca
Fiſa loco manus auſonię:ſtipata ſedebat.
Hic miranda mouēs claſſē:quę cōdita portu
Aſtabat:nanq; anguſtis e faucibus æquor
Erumpit ſcopulos inter:patuloq; receſſu
Effundit campis ſecretū gurgite pontum.
Incluſas igitur:qbus haud enare dabātur
Arce ſuper poſita clauſtris maris extulit aſtu.
Perq; auerſa tulit portatus arua carinas.
Lubrica roboreis aderāt ſubſtramia plauſtris:



Atq; reçens cęſi tergo prolapſa iuuenci
Aequoreā rota ducit per gramina puppim.
Et iam per colles:dumoſq; ad littus:adacta
Innabat pelago veniēs ſine remige claſſis.
Nuncius interea vectis non more carinis
Terrentem freta curarum feruoribus īplet.
Dū ꝓcul œbalios amet expugnare nepotes
Et primus roſtris ſulcet naualibus arua:
Obſeſſos capuæ muros:clauſtra ipſa reuelli
Portarum. ac totum miſeris īcurrere bellū.
Linquit cœpta ferox pennaſq; addēte pudore
Atq; ira ſimul:īmani per proxima motu
Euolat:& minitans auida ad certamia fertur.
Haud ſecus amiſſo tygris ſi concita fœtu
Emicet:attonitę paucis luſtratur in horis
Caucaſus:& ſaltu tranſmittitur alite ganges.
Donec fulmineo partus veſtigia curſu
Colligit & rabiem prenſo conſumit in hoſte
Obuius huic ſparſo cētenius agmine raptim
Funditur:audendi prauus faciliſq; periclis.
Sed paruum decus annibali: nā vitis honore
Perfunctus latiæ ſubito ſtimularet agreſtis
Semermēq; manū ſternēdā obiecerat hoſti.
Bis ſeptem demiſſa neci nec ſubſtitit agmē.
Milia bis ſeptem quæ nō ſolertior enſe:
Sed genus inſignis iuſtis ducebat in armis
Fuluius:aſt ęque per corpora fuſa iacentum
Raptū iter eſt:victorq; morā nō paſſus ſeūtis
Exequiæ tantū famā nomenq; volentem
Horrificę mentis tenuerunt funere lęto.
Nāq; per inſidias infādū & ab hoſpite cęſus
Colloquiū & ꝓmiſſa peti:dū perfida gētis
Lucanę graccus cęco circundatus aſtu
Occiderat. laudēq; libys rapiebat humandi.
Sed nō vt ſcitū celerare ad mœnia pœnum:
Aſtabat res vlla loco:iam conſul vterq;
Pręcipites aderant:nola vis omnis & arpis.
Aeui floridior fabius rapida arma ferebant.
Hinc nero & hic volucres ſyluan⁹ nocte dieq;
Impellebat agens ꝓperata ad bella cohortes
Vndiq; cōueniunt pariterq; opponet̄ cūctos

ri periclis. qui ſeſe facile p̄iculis expōebat. M. centenius cui penula cognomen fuit: & centurio militauerat inter primipili centuriones inſignis & magnitudine corporis: & animi perfūctus militia per. P. Cornelium prætorem in ſenatum introductus petijt: vt ſibi exercitus daretur. pollicituſq; eſt ſi hoc impetraſſet de annibale victoriam. Agreſtis. cum data eſſet centenio pro quiq; milibus octo milia militū pars dimidia ciues: pars ſocij & ipſe aliquantum voluntariorum intereundus ex agris aſciuit ac ꝓpe duplicato exercitu in lucanos peruenit: vbi Annibal nequicquam claudium ſequutus ſubſtiterat. Honore vitis. quoniam fuerat cēturio. Nec ſubſtitit agmen. i. Annibal victor cum ſuo agmine non ſubſtitit: ſed celerrime ad alios opprimendos aduolauit. Milia bis ſeptem. hæc fuit clades altera quam in curſu annibal rapti peregit. Gneus Fuluius prætor male aduerſus annibalem pugnauit in quo pręlio. vt ait. Liui⁹ xx. milia hominum ceciderunt ipſe cum equitibus ducentis aufugit. Non ſolertior enſe. nō clarior & prudentior centenio in re militari. nā male acies īſtruxit: etenim cum annibal prima luce in aciem copias eduxiſſet fuluius nō tam ſua ſpe q̄ īpetu militū fortuito tractus pugnā nō detrectauit. itaq; eadem temeritate qua ꝓceſſum in aciem eſt inſtruitur ipſa acies ad libidinem militum forte procurrentium conſiſtentiumq; quo loco ipſorum tuliſſet animus. deinde per libidinem: aut metum deſerentium locum dux ſtultitia: & temeritate cētenio par. animo nequaquam comparandus. Vbi & rē inclinatam ac trepidantes ſuos vidit equo arrepto effugit. In armis iuſtis. quoniam erat prætor. Inſignis genus. habens claros natales: & maiorum ſtemmata. Aeq;. ſimiliter vt ferat centenio fuſo. Exequię tantum. T. Sempronius graccus ab hoſpite ſuo lucano deceptus a magone interfectus eſt: hoſpes autem erat Flauius Lucanus. Liuius ait. Flauius mutata repente voluntate locum gratiæ apud pœnum quęrens neq; tranſire ipſe: neq; trahere ad defectionem Lucanos ſatis habuit niſi imperatoris & eiuſdem hoſpitis proditi capite: ac ſanguine fœdus cū hoſte ſanxiſſet: funeris gracci varia ē fama autore liuio. alij in caſtris romanis ſepultū a ſuis tradūt: alij ab annibale: & ea vulgatior fama ē: quam poeta ſequitur. In veſtibulo punicorum caſtrorum rogus extructus fuit. & armatus exercitus accurrit: cum tripudijs hiſpanorū motuq; armorum & corporū ſuę cuiq; genti aſſuetis ipſo annibale omni rerum verborumq; honore exequias celebrante. Horrificæ mentis. i. quærebat laudem humanitatis: & pietatis ex

ga mortuos q̄uis haberet mentem horrificam & quaſi ab omni humanitate alienā. Læto funere:quoniam cum tripudijs:&motibus militū Annibal funus gracci celebrauit. Hoſpite. Flauio lucano. Cęſus ductus ad locum inſidiarum vbi cęſus fuit .nam flauius nō interficit graccū ſolus. imo graccus in hoſpitē irruit cognita fraude:cui parci ſine multorū ſanguine non potuit: lege Liuium. Cæco aſtu. iſidijs:naꝫ mago pedites:eqteſq; armatos in latebras occuluit monitus a flauio. Libys. annibal. Ad mœnia. capuā. Vterq; conſul. conſules erant Fuluius Flaccus: &Appius claudius a quibus capua obſeſſa eſt. Prætores aūt Gneus·Fuluius Flaccus: & claudius Nero. M. Iulius ſyllanus. P. Cornelius. Vis omnis. omnes milites qui nolle erant ad conſulemvenerunt. Aeui floridior Fabius:filius fabij maxime dictatoris qui filio conſuli legatus fuit. Arpis: ex apulia vbi conſul pugnauerat. Huicnero:claudiū Neronem prætorem a ſueſſula ex claudianis caſtris exciuerunt:nam claudio neroni prætori ſueſſula obuenit. M. Iunius ſyllanus prætor prouinciam habebat inter conſules:vt quo vſusvocaret pręſto eſſet. Ductores conſules & prætores. Vni iuueni: Annibali tantæ molis erat eo tempore Annibal. Arduus:id eſt Annibal locum arduum occupauit:tifata. ſ. collem prope capuam. Obſtantum:romanorū. Auia conſilia:varia &diuerſa. Arctatis:obſeſſis Quo mens ægravocas:dubitabat annibal quidnam faceret:& ipſiꝰ mens dubia &mœſta erat: inopſq; conſilij. Pericula. debeo ne iterum ſubire pericula in hac locorum difficultate vt feci ad nolam cum dedecore? Non æquus. impar quoniam romani iuuantur loci oportunitate. Non ita me experti:ab eo quod fecit tempore Fabij ſumit animos annibal qui ab illo clauſus euaſit. vt dictuꝫ eſt. Magiſter:minutius qui fuit magiſter equitum fabio dictatori. Turbarū expertor : qui meas perturbationes eſt expertus turba hic ſignificat pertubationem:vt apud Terentium. Tum ille turbæ fient: inde pertubare: expertor eſt deductum ab experior: vt amator ab amo:& ſequitor a ſequor:ſed inuſitatum eſt & poeta interdum nimis affectate loqtur. Colles:. ad caſilinum ſcilicet & campum ſtellatęm Victor: compos voti. In agmen: concionem & vnam multitudinemvt mentem aperiret ſuam. Perge age. verba annibalis hortātisſuos ad iter quo romam petituri erant:præmium laborum & cuius cauſa tranſcenderant alpes. Iliacis:romanis modo romā videamus : & capiamus de ruina capuę curandum non eſt:ſic Martialis. Nunc & damna iuuant. ſunt ipſa pericula tanti Stantia non poterant tecta probare deos :non

Vni ductores iuueni placet:arduus ipſe
Tifata inuadit propior:qua mœnibus inſtat
Collis :& e tumulis ſubiectam deſpicit vrbē.
Verum vbi tot ſeſe circunfundentibus armis
Vallatas ſocium portas:vnamq; negari
Intrauiſſe ſibi:capuæq; erumpere cernit
Anxius aduentus : nunc ferro frangere cœtū
Obſlutum meditatur:&huic nūc auia cœpto
Conſilia:atq; aſtu querit tot milia portis
Abſtrahere arctatis:cūctoſq; reſoluer̄ muros.
Sic igitur ſecum curaſq; ita corde fatigat.
Quo mens ægra vocas:rurſuſne p̄icula ſumā
Non ęquus regione loci? capuaq; vidente
Terga dabo? an reſidens vicini vertice mōtis
Excindi ante oculos patiar ſocialia tecta?
Non ita me experti fabius fabioq; magiſter
Turbarum expertor cū clauſos milite colles
Euaſi victor:ſparſoſq; per arua iuuencos
Iactare accenſis ſtimulaui cornibus ignes:
Haud dū omnes abiere doli: defender̄ nobis
Sic capuā ereptū eſt:dabitur circūdare romā:
Hæc poſtq̄ placita:& tenuit ſententia mentē
Non expectato titan dum gurgite lucem
Spirantes proferret equos impellit in agmen
Voce manuq; viros:&cœpta immania pādit.
Perge age:vince omnem miles virtute laborē
Et quantū humani poſſūt ſe tēdere paſſus.
Arduus accelera. romam petis. hoc iter alpes
Hoc cannę ſtatuere tibi:eia incute muris
Vmbonem iliacis:capuęq; repende ruinas:
Quam tanti fuerit cadere:vt palatia cernas:
Et demigrantem tarpeia ſede tonantem (ret
Inſtructi glomerāt greſſus:roma auribus hæ
Roma oculis:credūtq; ducis ſolertibus actis
Aptius id cœptum:q̄ ſi dixiſſet ab ipſo
Fatali æneadis campo. vulturna citata
Trāſmittunt aluo vada poſtremi relinquūt
Tardandis italis corruptas igne carinas.
Tum ſidicina legunt p̄nicibus arua maniplis.
Threiciamq; calen:veſtras a nomine nati
Orithya domos:hinc aliſanus iaccho



Haud inaratus ager:nymphiſq; habitata caſini
Rura euaſtantur:mox & vicinus aquinas
Et quę fumantem texere giganta fregellę
Agmine carpuntur volucri:fert concitus inde
Per iuga celſa gradum:duris qua rupibus hęret
Bellator fruſino &ſurgit ſuſpenſa tumenti
Dorſo:frugiferis cerealis anagnia glebis.
Iamq; adeo eſt campo ingreſſus & arua labici
Linquens telegoni pulſatos ariete muros.
Haud dignam inter tāta morā :nec amœna retētāt
Algida:nec iuxta iunonis tecta gabinę.
Præceps ad ripas immani turbine fertur:
Sulphureis gelidus qua ſerpit leniter vndis
Ad genitorem anio labens ſine murmure tybrim.
Hic vt ſigna ferox dimenſaq; caſtra locauit:
Et ripas ttemefecit eques:perterrita pulſis
Ilia prima vadis ſacro ſe coniugis antro
Condidit:& cunctæ fugerunt gurgite nymphę.
At matres latiæ ceu mœnia nulla ſuperſint:
Attonitę paſſim furibundis greſſibus errant.
Ante oculos aſtant lacerę trepidantibus vmbræ
Quæq; grauē ad trebiam quæq; ad ticicina fluenta
Oppetiere necem paulus graccuſq; cruenti
Flaminiuſq; ſimul miſeris ante oravagantur.
Clauſit turba vias:ſtat celſus & aſper ab ira.
Ingentemq; metum toruo domat ore ſenatus.
Interdum tamen erumpunt ſub caſſide fuſę
Per tacitū lachrymæ. quid nam fortuna minetur.
Quid ve parent ſuperi. pubes diſperſa per altas
Stat turres:atq; huc ventū ſub corde volutat.
Vt iam roma ſatis credat defendere muros.
Pœnus vt ad ſomnos vix totam curſibus actæ
Indulſit pubi noctem vigil ille:nec vllam
Ad requiem facilis:credenſq; abſcedere vitæ
Quod ſopor eripiat tempus. radiantibus armis
Induitur. nomadumq; iubet prorumpere turmas.
Inde leuis frenis circum pauitantia fertur
Quadrupedante ſono perculſę mœnia romę.
Nunc aditus luſtrat:clauſas nunc cuſpide pulſat
Infeſta portas:fruiturq; timore pauentum.
Nunc lętus celſis aſtans in collibus intrat

enim poſſumus ad magna præmia ſine laboribus & incommodis peruenire : & quocunq; periculo res diu optata bene emitur:cadat igitur iquit capua dum roma potiamur . Aptius id cœptum:commodius eſſe inſtitutum hoc iter ad vrbē nunc q̄ ſtatim poſt pugnam cannenſem. Solertibus actis :rebus ab ānibale geſtis magno cōſilio:& ſecundo euentu. Fatali. p̄nicioſo romanis. Vulturna vada:vulturnus fluuius non longe a capua qui caſilinum alluit :quem annibal ratibus in in ipſo fluuio comprehēſis traiecit. Corruptas igne. Liuius ait fuluium romam properātē vulturnus tenuerat amnis nauibus ab annibale incenſis Sidicini populi campaniæ de quibus dictum eſt. Legunt:prætereunt velocibus maniplis. calen threijcam: conditam a zeto : & calai filijs boreæ:& orithiæ qui poſt reditū argonautarum venerunt in italiam : & boreas flat ex thracia:ideo threijciam calē appellat. Aliſe oppidum campaniæ cuius ager vitibus cōſitus eſt : ideo dicit ipſum baccho haud inaratum:Caſinū oppidum campaniæ ſub caſinū biduo ſtatiua habuit annibal et paſſiꝫ populationes factę:vt iqt Liuius. Fregellę oppidū nō p̄cul ab aquino:quod fingit poeta denominatū fuiſſe a fregello gigante illic ab hercule interfecto ac ſepulto. Cerealis. frugifera anagnia eſt i ædito loco ſita labicū oppidū fuit via præneſtina via labicana incipiebat ad portā ſancti laurentij. & picti ſcuta labici. Thelegōi muros tuſculū cōdituꝫ a thelegono filio vlyxis. Pulſatos ariete. quoniam annibal tuſculum conceſſit vt vrbe potiretur quod cū non ſucceſſiſſet gabios deſcendit. Algida amœna ſylua p̄pe aricinā algidū eſt ſylua amœna inter tuſculuꝫ & ariciam. Mar. & quod cum iacet ſubvrbe frigus. Gabinæ iunonis. quoniam iuno a gabijs colebatur. Sulphureisvndis. quoniam in agro tyburtino aqua eſt ſulphurea. Ad genitoreꝫ. tyberim. ſupra dixit. Qua propter acceptis amœnis ditior vndis in pōtum flauo deſcendit gurgite tybris. Ilia perterrita pulſisvadis. ilia rhea mater romuli nupſit amœni. vt poetę fabulantur ſed non ſine cauſa fictum eſt. naꝫ demerſa fuit i amœnē ilia iuſſu amulij:vt ſcripſit ęnnius. autore porphyrio horatiōe interprete. At matres latiæ. Liuius ait ploratus mulierum nō ex priuatis ſolū do

mibus exaudiebantur ſed vndiq; matronæ in publicum effuſæ circa deum delubra diſcurrunt crinibus paſſis aras verrētes nixæ genibus. ſupinas manus ad cœlum ad deos tendentes orantesq; vt vrbem romanam e manibus hoſtiuꝫ eriperēt matreſq; romanas: ac liberos inuiolatos ſeruarent. Stat celſus. erecto animo & magno in tantis periculis. Toruo ore feroci aſpectu ſupabat timorem. Stat per turres. Iuue. ac ſtantes collina turre mariti. Senatus inquit Liuius magiſtratibus præſto eſt: ſiquid conſulere vellent. Pubi actæ curſibus. militibus defatigatis celeri curſu a capua romam. Abſcindere vitę putabat annibal illud tempus amitti: qđ ſomno tribuitur. Nomadum turmas. Liuius ait quo propi⁹ hoſtis accedebat maior cędes fiebat fugientum p̄cedentibus numidis. pluresq; omniū generum atq; ætatum capiebantur. Circunfertur. annibal ſtatiuis poſitis ad anienem cum duobus milibus equitum a porta collina vſq; ad templum hęrculis progreſſus eſt atq; vnde maxime poterat ſitum vrbis contēplatur. Portas. nam pulſauit portam collinam & haſtam: vt ait plinius in vrbem: primus hoſtium intorſit. Cauſas locorū. vnde. ſ. nomina accepiſſent ſingula vrbis loca: & in primis colles. Fuluius. cum nūciaretur. Qu. fuluium flaccum proconſulem romam aduentare poſt annibalē ne minueret imperiū ſi in vrbē veniſſet decreuit ſenat⁹ vt. Qu. fuluio par īperiū cōſulibus eēt cū tumult⁹ romæ eſſet fuluius porta capena romā ingreſſus media vrbe ꝑ carinas in exqlias cōtendit: inde digreſſus iter exquilinā collinā portā caſtra poſuit, cōſules ſenatuſq; in caſtra venerunt. Haud relicta obſidiōe. nam remanſerūt duces: ac militum magna vis ad obſidionem capuæ elegit fuluius. xv. milia peditum & mile eqtes. Turmas ouantes: ſuos milites gaudentes tali ſpectaculo reduxit in caſtra. Effundit rupto. poſtero die tranſgreſſus anienem Annibal in aciem copias omnis eduxit pugnatur⁹. nec flaccus conſuleſue pugnam detractauere. inquit Liuius. inſtructis vtrinq; exercitibus in eius pugnæ caſum in qua vrbs roma præmium victori eſſet. Per plurima noſtra. hortatur Annibal ſuos ad pugnam & præmium: cuius cauſa tot labores difficultateſq; ſuperauerant. Milibus ſenonum. quos non gloria belli non cura im-

Vrbem oculis: diſcitq; locos: cauſaſq; locorū
Ac legeret viſu cuncta & penetraret in omnis
Spectando partes: ni magno turbine adeſſet
Fuluius: haud tota capuæ obſidione relicta
Tum demum caſtris turmas infœlix ouātes
Spectata ductor ſatiatus pectora roma.
Atq; vbi nox depulſat polo primaq; rubeſcit
Lāpade neptūnus reuocatq; aurora labores:
Effundit rupto perſultans agmina vallo:
Et quantū clamare valet: per plurima noſtra
O ſocii decora: & ſacras in ſanguine dextras
Vobis ite pares: & tantum audete ſub armis
Quantum roma timet: reliquā hāc excindite
Nil quod vicatis toto reſtabit in orbe. (molē.
Neu populi vos martigenæ tardarit origo.
Intratam ſenonum capietis milibus vrbem:
Aſſuetamq; capi. fortaſſe curulibus altis
Iam vos exemplo proauorum ac nobile lætū
Expectant de more ſenes: mortiq; parātur.
Talibus hic pœnus: ſed cōtra œnotria pubes
Non vllas voces ducis aut præcepta requirit.
Sat matres ſtimulant: natiq; & cara ſupinas
Tendentū palmas lachrymātiaq; ora parētū
Oſtentant paruos: vagituq; incita pulſant
Corda virū: armatis infigunt oſcula dextris.
Ire volunt: & pro muris opponere denſi
Pectora: reſpectantq; ſuos: fletūq; reſorbent.
Vt vero impulſo patefactæ cardine portæ:
Et ſimul erupit iunctis exercitus armis:
Fūditur imixtus gemitu precibuſq; per altos
Ad celum muros clangor: ſparſæq; ſolutis
Crinibus exultāt matres: atq; vbera nudāt.
Fuluius anteuolans agmen. quis neſciat inq̄t
Nō ſpōte ad noſtros pœnū veniſſe penates?
A portis fugit capuę: ſubnectere plura
Conantem triſtis cœli cum murmure vaſto
Turbauit fragor: & ſubita de nube procellæ:
Iuppiter ęthyopum remeans tellure minātē
Romuleo pœnum vt vidit ſuccedere vallo:
Cœlicolis raptim excitis defendere tecta
Dardana: & in ſeptē diſcurrere iuſſerat arces.



Ipſe tarpeio ſublimis vertice cuncta
Et ventos ſimul & nubes & grandinis iras
Fulminaq; & tonitrus & nimbos conciet atros.
Concuſſu tremuere poli: cœlumq; tenebris
Clauditur: & terras cæco nox condit amictu.
Inſtat tempeſtas oculis: hoſtiq; propinquo
Roma latet. iactæ in turmas per nubila flammæ
Stridorem ſeruant: membris inſibilat ignis
Hinc notus: hinc boreas: hinc fuſcis africus alis
Bella mouent: quantis animos & pectora poſſint
Irati ſatiare iouis: fluit agmen aquarum
Turbine confuſum piceo & nigrante procella.
Atq; omnis circa campos ſpumantibus vndis
Inuoluit: celſus ſummo de culmine montis
Regnator ſuperum ſublata fulmina dextra
Librauit: clypeoq; ducis non cedere certi
Incuſſit: ſumma liquefacta eſt cuſpis in haſta.
Et fluxit ceu correptus fornacibus enſis
Ambuſtis ſed enim ductor ſidonius armis
Siſtebat ſocios. & cęcum e nubibus ignem
Murmuraq; a ventis miſceri vana docebat.
Tandem poſt clades ſocium cœliq; ruinam
Non hoſte in nimbis viſo: non hoſte referri
Signa iubet caſtris: mœſtaſq; reſuſcitat iras.
Ventis debebis nimirum hyemiſq; procellis
Vnum roma diem: ſed non te craſtina nobis
Lux vnq̄ eripiet: deſcendat iuppiter ipſe
In terras licet infrendens. dum talia fatur
Ecce ſerenato clarum iubar emicat axe.
Purgatuſq; nitet diſcuſſis nubibus æther.
Aeneadę ſenſere deum: teliſq; repoſtis
Summiſſas tendunt alta ad capitolia dextras
Et feſta cingunt montis penetralia lauro.
Tum vultus modo non paruo ſudore madentes:
Nunc lætos iouis aſpectant: da ſumme deorum
Da pater vt ſacro libys inter pręlia telo
Cōcidat: haud alia potis eſt occumbere dextra.
Sic adeo orantes preſſere ſilentia: poſtq̄
Abſtulerat terras nigrantibus heſperus vmbris.
Quem ſimul attollens rutilantem lampada titan
Obruit: & vitæ redijt mortalibus vſus:

perij propagandi: ſed carice ac dulcia vina in italiam duxerunt Fortaſſe curulibus. hiſtoriam tāgit. gallis properantibus ad vrbem ſenes relicti ſunt in domib⁹ cum iuuenes in arcem confugiſſent. qui eorum. inquit Liuius curules geſſerant magiſtratus vt in fortunę priſtinę honorumq;: aut virtutis inſignibus caderent in medio ædium curulibus ſellis ſederunt: quos tandem ad vnum galli trucidarunt. Oenotria pubes. iuuentus romana non expectabat ducum exhortatiōes. Arces. ſeptem colles vrbis de quib⁹ dictum eſt. Senſere deum. Iouem fauentem Romanis penetralia montis. templum iouis capitolini. Sacro telo. fulmine tuo cum non poſſit mortali manu ſiſti. Obruit. priuat ſplendore ipſe ſol exoriens. Lampada. ſuum ſplēdorem cum oritur poſtero die Annibal iterum ſe ad pugnam expediuit. Vſus vitæ: dies quo mortales ſe exercent ad vſum vitæ. Oenotria. romana. Hebeſcere. fieri nigrum. Dies ſplendor diei. Regna cœleſtia cognouit bella Iouis tanq̄ expertus. nam fulmine gigantes deiecit Iuppiter. Notus. auſter qui coegit Annibalem caſtra repetere: poſtero die eodeꝫ loco inquit Liuius acies inſtructas eadem tempeſtas diremit vbi recepiſſent ſeſe in caſtra ſerenitas cum tranquillitate oriebatur: in religionem ea res apud pœnos verſa eſt.

Tyrrhena ſtagna .traſi-menus. Clypeoq́ꝫ tremendum increpat. concutiebat clypeum vocans ſuos ad pugnam & collidebat arma ad ſtrepitum faciendum:vt imitaretur iouem tonantem.
Vt vero accepit.dum annibal ad mœnia vrbis armat⁹ ſederet milites ſub vexillis ſupplementum his qui erāt in hiſpania profectos audiuit. Oras betis. hiſpaniam. Vincula.quoniam ponte traiecit padum. Lacus. traſimenum. Flagitat ignem.quoniam Annibal volebat imitari Iouem ſonitu armorum : & poſcebat iam ignes:vt fulmina imitaretur vt de ſalmoneo canit Virgilius. Vecors. imprudens qui id audes quod mortalibus non conceditur. Regi parthaſio. euandro qui fuit arcas:& arcadia parrhaſia dicitur:& palatium dictū eſt a phalanto vrbe arcadiæ vt alias opiniões omittam⁹.

Pœnus adeſt.nec ſeſe caſtris œnotria pubes
Continet.haud dum enſes ſtricti mediūq́ꝫ iacebat
Tantum ad bella loci:quantum tranſmittere iactæ
Sufficerent haſtæ:cum fulgor hebeſcere cœli
Per ſubitum cœpit:denſæq́ꝫ ſubire tenebræ:
Atq́ꝫ dies fugere:atq́ꝫ armari ad pręlia rurſus
Iuppiter:incumbunt venti.craſſuſq́ꝫ rotante
Auſtro nimborum feruet globus.intonat ipſe
Quo tremat & rhodope tauruſq́ꝫ & pīdus & atlas
Audiuere lacus herebi:merſuſq́ꝫ profundis
Agnouit tenebris cœleſtia bella typheus
Inuadit notus.ac piceam cum grandine multa
Intorquens nubem cuntantem & vana minantem
Circūagit.caſtriſq́ꝫ ducem ſuccedere cogit
Verum vbi depoſitis ſepſit ſeſe aggere telis
Lęta ſerenati facies aperitur olympi.
Nullaq́ꝫ tam mitem credas habuiſſe tonantem
Fulmina:nec placido commota tonitrua cœlo
Dura: & affirmans non vltra ſpondet in ipſos
Venturam crebroq́ꝫ diem:modo patria virtus
In dextras redeat:nec romam excindere pœni
Credant eſſe nephas. vbi nam tunc fulmina tandē
Inuicti iacuiſſe iouis cum ſterneret enſis
Aetolos campos:vbi cum tyrrhena natarent
Stagna cruore virum? pugnat pro mœnibus inq̄t
Si rector ſuperum tot iactis fulmine telis
Inter tot motus cur me contra arma ferentem
Afflixiſſe piget ventis hyemiq́ꝫ fugaces
Terga damus.remeet queſo:mens illa :vigorq́ꝫ
Qua nobis cum pacta patrū cū fœdera adeſſent
Integrare acies placitum. ſic pectora flammat
Donec equum titan ſpumantia frena reſoluit:
Nec nox compoſuit curas ſomnus ve frementem
Auſus adire virum:& redeunt cum luce furores.
Rurſus in arma vocat trepidos:clypeoq́ꝫ tremēdū
Increpat :atq́ꝫ armis imitatur murmura cœli
Vt vero accepit tantum cōſidere diuis
Auſonios patres ſummiſſaq́ꝫ betis ad oras
Auxilia:& noctu progreſſum mœnibus agmen
Sic agitate fremens obſeſſos ocia:iamq́ꝫ
Securam annibalis romam.violentior inſtat.



Iamq́ꝫ ꝓpiquabat muro:cum iuppiter ægrā
Iunonē alloquitur curis mulcetq́ꝫ monēdo
Nulla ne ſidonio iuueni coniunxq́ꝫ ſororq́ꝫ
Cara mihi:non vlla vnq̄ ſine fine feroci
Addes frena viro? fuerit delere ſagunthum.
Fxæquare alpes:imponere vincula ſacro
Eridano:fœdare lacus:etiam ne parabit
Noſtras ille domos noſtras ꝓrūpeř in arces?
Siſte virum.nāq́ꝫ vt cernis iā flagitat ignes.
Et parat accenſis imitari fulmina flammis.
His dictis grates agit:ac turbata per auras
Deuolat:& prenſa iuuenis ſaturnia dextra.
Quo ruis o vecors? maioraq́ꝫ bella capeſſis
Mortali q̄ ferre datur? iuno inquit:& atram
Dimouit nubem:veroq́ꝫ apparuit ore.
Non tibi cum phrygio res laurētiue colono.
En age.nāq́ꝫ oculis amota nube parumper
Cernere cūcta dabo:ſurgit q̄ celſus ad auras
Aſpice montis apex vocitata palatia regi
Parrhaſio plena tenet & reſonante pharetra
Intenditq́ꝫ arcū:& pugna meditatur apollo:
At qui vicinis tollit ſe collibus altæ
Mollis auentinus.viden vt latonia virgo
Accenſas quatiat phlægetōtis gurgite tædas
Exertos auidæ pugnę nudata lacertos.
Parte alia cerne vt ſęuus gradiuus in armis
Implerit dictum proprio de nomīe campū.
Hic ianus mouet arma māu:mouet īde qrin⁹
Quiſq́ꝫ ſuo de colle deus.ſedeni aſpice quātū
Aegida cōmoueat nimbos flammaſq́ꝫ vomētē
Iuppiter:& quātis paſcat ferus ignibus iras.
Huc vultus flecte: atq́ꝫ aude ſpectare tonātē
Quas hyemes quantos cōcuſſo vertice cernis
Sub nutu tonitrus oculis qui fulgeret ignis.
Cede deis tandē:& titania deſine bella.
Sic effata virum indocilem paciſq́ꝫ modiq́ꝫ
Mirantem ſuperum vultus & flāmea mēbra
Abſtrahit.ac pacem terris cœloq́ꝫ reponit.
Reſpectans abijt:& caſtris auulſa moueri
Signa iubet ductor:remeaturūq́ꝫ minatur.
Redditur extemplo flagrātior æthere lāpas:

Latonia virgo.diana cui⁹ templum erat in auentino. Hinc.ex ianiculo. Inde.ex colle quirinali. Titania.gigantea.i. noli pugnare cum ſuperis more gigātum.Modi.moderationis: & menſuræ. Terris & cœlo. hominibus & ſuperis : nam romani pacem adepti ſunt profectione annibalis. & ſuperi etiā qui vrbem defendebant. Hammon.ideſt ipſi naſamones milites. Luſtratis.viſis circumluſtrare hic ſignificat circum ire : ſic Virgilius Et dum luſtrabimus agros.

¶Petri marſij interpretatio in xiij.volumen Syllij italici.

Segne iter emenſo. Annibal depoſita ſpe vrbis potiundæ ad templuz feroniæ illa tempeſtte diuitijs inclytuz profectus eſt:capenates id templum accolebãt diuitias eo aliaq̧ dona pro facultate portãtes: hoc templum Annibal ſpoliauit:inde in brutios magnis itineribus ſe recepit. Romani capua potiti ſunt.duo fulmia belli ſcipiones.P.&gneus in hiſpania ceciderunt: quorum caſu Scipio.P.ſcipionis filius:vt par erat:& filij pietatem decebat: concuſſus ad inferos deſcendit vt patris patruiq̧ vmbram aſpiceret: tandem ad ſuperas rediens oras portum ſocioſq̧ reuiſit. Segne iter.quoniam Annibal reſpiciebat ad vrbem.

Et tremula infuſo reſplendent cærula phœbo.
At procul e muris videre vt ſigna reuelli
Aeneadę:verſumq̧ ducem tacita ora viciſſim
Oſtentant:nutuq̧ docent quod credere magno
Non audent hęrente metu:nec abire volentis
Sed fraudem inſidiaſq̧ putant:& punica corda
Ac tacitæ natis infigunt oſcula matres:
Donec procedens oculis ſeſe abſtulit agmen
Suſpectoſq̧ dolos dempto terrore reſoluit.
Tum vero paſſim ſacra in capitolia pergunt.
Inq̧ vicem amplexi permixta voce triumphum
Tarpeij clamant iouis:ac delubra decorant.
Iamq̧ omnes pandunt portas:ruit vndiq̧ lectum
Non ſperata petens dudum ſibi gaudia vulgus.
Hi ſpectant quo fixa loco tentoria regis
Aſtiterint:hi qua celſus de ſede vacatas
Affatus fuerit turmas : vbi belliger aſtur
Atq̧ vbi atrox garamas ſęuuſq̧ tetenderit hãmon
Corpora nunc viua ſparguntur gurgitis vnda.
Nunc anienicolis ſtatuunt altaria nymphis.
Tum feſta repetunt luſtratis mœnibus vrbem

Liber decimuſtertius.

Segne iter emenſovix dum tarpeia videri
Culmina deſierant:toruos cum verſus ad vrbem
Ductor agenoreus vultus remeare parabat.
Caſtra locans nulla ledens vbi gramina ripa.
Tutia deducit tenuem ſine nomine riuum.
Et tacite tuſcis inglorius affluit vndis.
Hic modo primores ſocium:modo iuſſa deorum.
Nunc ſeſe increpitat.dic o cui lydia cęde
Creuerunt ſtagna.& concuſſa eſt daunia tellus
Armorum tonitru:quas exanimatus in oras
Signa refers? qui mucro tuum:quæ lancea tandem
Intrauit pectus? ſi nunc exiſteret alma
Carthago ante oculos turrita celſa figura:
Quas abitus miles cauſas illeſe dediſſes?
Himbres o patria& mixtos cum ſanguine nimbos:
Et tonitrus fugio:procul hanc expellite gentis



Fœmineam tyrię labem:niſi luce ſerena
Nec ſcire ac liqda mauortẽ agitare ſub ęthra:
Terror adhuc ierat ſupũ:ac redolẽtia ĩ armis
Fulmia:& ante oculos irati pugna tonantis.
Parendi tamen:&cuicũq̧ incumbere iuſſo
Durabat vigor :ac ſenſim diffuſus ad aures:
Signa reportãdi creſcebat in agmine feruor.
Sic vbi perrũpit ſtagnantẽ calculus vndam
Exiguos format per prima volumina gyros.
Mox tremulũ vibrans motu gliſcẽte liquorẽ
Multiplicat;crebros ſinuati gurgitis orbes:
Donec poſtremo laxatis circulus oris
Contigat geminas patulo curuamine ripas.
At cõtra agrippę haud paruũ dec⁹.iclita nãq̧
Semia ab ęnei ductoris ſtirpe trahebat
Oetolidas interfuit:haud ignobile nomen:
Lætus opũ:ſed clauda fides.ſeſeq̧ calenti
Addiderat pœno latię diffiſus habenæ.
Is voluens veterũ memorata antiqua parẽtũ
Longo miles ait quateret cũ teucria bello
Pergama:&ad muros ſtaret ſie ſãguie mauors
Sollicitis calchas:nã ſic fortiſſimus heros.
Poſcenti ſocero ſępe inter pocula dauno
Narrabat memori diomedes condita mente.
Sed calchas danais:niſi clauſũ e ſedibus arcis
Armiſonę curent ſimulachrũ auellere diuæ
Nonnũquã affirmant theramneis ilio armis
Ceſſurũ:aut ledę rediturum nomen amiclas
Quippe deis viſũ:ne cui prũpere detur
Effigies ea quas vnq̃ poſſederit vrbes
Tum meus adiuncto monſtratã euaſit ĩ arcẽ
Tydides itacho: & dextra mollitus in ipſo
Cuſtodes aditu templi cœleſte reportat
Palladiũ ac noſtris aperit mala ꝑgama fatis.
Nã poſtq̃ œnotris fundauit finibus vrbem.
Aeger dilecti phrygium placare colendo
Numen:& iliacos parat exorare penates:
Ingens iam templum celſa ſurgebat in arce.
Laomedontęę ſedes ingrata mineruæ.
Cum medios inter ſomnos:altamq̧ quietẽ:
Nec celata deam:& minitans tritonia virgo:

Tutia. eſt riuulus via apia qui diſtat ab vrbe ſex milibus paſſuum. Tuſcis vndis.tyberinis. Iuſſa deorum.ipſius iunonis quæ monuit annibalem vt nõ ſperaret. id qđ non eſſet fas homini. Primores ſocium.ipſos duces.

Lydia ſtagna.traſimenus. Creuerunt.ſanguine cæſorum ſcʒ. Turrita figura.quoniam ẽ in ędito loco ſita &in ſummitate habet byrſiã.

Abitus.diſceſſus. Illeſæ.intactę vulneribus.

Labem.dedecus fœmineum. Liquida æthra.puro ac ſereno aere. Cuicumq̧ iuſſo. i. parere annibali optabant in omnibus:quæ ille iuſſiſſet:quamuis ad huc timerent fulmina Iouis

Sic vbi perrumpit.feruorem militum paulatim diffuſum per oĩa caſtra:comparat circulo qui fit iacto lapide ĩ aquã:& dilatat ſeſe quouſq̧ ad extremũ perueniat marginem. Calculus.lapillus. Gyros.circulos. Vibrans.commouens aquam. Sinuati.aquæ voluentis ſeſe in ſinum.Laxatis oris.diffuſis extremitatib⁹ nã dilatant ſeſe circuli vſq̧ ad ipſum marginẽ.

A ſtirpe æneí ductoris.Diomedis filij Aeneí ſupra dixit. Aeneæ miſeræ domus œtolaq̧ tydæ.Oetolidas.appulos:quibus imperauit Diomedes œtolus.hic Agrippa docuit ãnibalem romã nõ poſſe capi ꝑpter palladiũ.Pœno Annibali.q tũc proſpa fortuna vtebatur deſperans de romano imperio. & narrat militibus hiſtoriam de Palladio. Heros. Diomedes Socero.Dauno.Inter pocula.in ipſa menſa. E ſedibus arcis. varia eſt opinio de palladio.

Calliſtratus & Satyrus dicũt autore Dionyſio palladium accepiſſe dardanũ a chryſe filia pallãtis:quã duxit vxorem.& ex ſamothracia ſecũ in phrygiã aſportauit:iſq̧ oraculo accepit vrbẽ illam in æternum duraturã: in qua palladium ſeruaretur. poſtea ilienſes ilium traduxerunt: & in arce locauerunt.capto ilio ferunt æneam ex adytis ſuſtuliſſe.aliqui ſcribũt noctu a Diomede ac Vlyxe furto ablatum. Arretinus ait palladium datum fuiſſe Dardano a ioue. ac locatũ ĩ loco inacceſſibili:ſed fabricata alia ĩ ei⁹ ſimilitudinẽ: & ꝑpoſita in aperto: & hoc græcos eripuiſſe. Illud accepiſſe æneã.quod Romæ virgines veſtales cuſtodiebant: & ignem troianum. Diuæ.dianæ deæ belli. Teramneis. lacedæmonijs:quorũ tũc reges erãt Agamemnon: & Menelaus. Nomen ledæ.helenam filiam Ledæ. Amyclas. vrbem laconiæ: ex qua rapta fuit Helena a paride.Papinius. Soluerat œbalio claſſem de littore paſtor.Dardanus incautas blande popular⁹ amyclas.Meus tydides. Diomedes :a quo eſt mea origo inquit agrippa . Molitus.cum interfeciſſet.Vir.Cæſis ſummæ cuſtodibus arcis.

Non hæc tydide tantæ pro laudis honore
Digna paras non garganus:nec daunia tellus
Debentur nobis:quære in laurentibus aruis:
Qui nunc prima locant melioris mœnia troię:
Huc intra captumque refer penetrale parentum.
Quis trepidus monitis ſaturnia regna capeſſit.
Iam phryx condebat lauinia pergama victor:
Armaque laurenti figebat troia luco:
Verum vbi tyrrheni peruentum ad fluminis vndas:
Caſtraque tydides poſuit fulgentia ripa
Priamidę intremuere metu tũ pignora pacis
Prætendens dextra ramum canentis oliuæ
Sic orſus.dauni gener inter murmura teucrum
Pone anchiſiadę memores :iraſque:metuſque.
Quicquid ad idęos xanthum:ſimoentaque nobis
Sanguine ſudatum:ſceęque ad limina portę.
Haud noſtrum eſt:egere dei:duręque ſorores.
Nunc age quod ſupereſt cur non melioribus ęui
Ducimus auſpicijs? dextras iungamus inertes.
Fœderis en hęc teſtis erit:veniamque precatus
Troianam oſtentat trepidis de puppe mineruam.
Hæc auſos celtas irrumpere mœnia romæ
Corripuit læto:neque tot de milibus vnum
Ingentis populi patrias dimiſit ad oras.
His fractus du[illegible]tor conuelli ſigna maniplis:
Optato lętis abitu iubet.itur in agros
Diues vbi ante omnis colitur feronia luco.
Et ſacer humectat fluuialia rura capenas.
Fama eſt intactas longæui ab origine fauni
Creuiſſe in medium congeſtis vndique donis.
Immenſum per tempus opes:luſtriſque relictum
Innumeris aurum ſolo ſeruante pauore.
Hęc auidas mentes:& barbara corda rapina
Polluit: atque armat contemptu pectora diuum.
Auia tunc longinqua placent:quæ ſulcat aratro
Ad freta porrectis trinacria bruttius aruis.
Dum libys:haud lætus rhegina ad littora tendit
Victor ſummoto patrijs a finibus hoſte,
Fuluius infauſtam campana ad mœnia clauſis
Portabat famam:miſerique extrema mouebat.
Dum prenſans paſſim cuicunqꝫ eſt nomen in armis

Noſtris fatis. diſpoſitioni fatoꝝ: quæ græci expectabant: noſtris autem dicit quoniam ipſe agrippa : ꝓpter Diomedem græcum ſe profitebatur. Nam poſtq̄ narrat agrippa vt diomedes palladiũ æneæ reſtituerit. Vrbem.agiripam. Aeger delecti.mœſtus ꝙ palladium rapuerit. Phrygium numen. palladium troianis datum. & ipſam palladem.

Ingrata.quoniam illic noluit pallas locari palladium. Troiæ.quaꝫ Aeneas cœpit ædificare in agro laurenti. Penetrale. palladium quod in penetrali ſeruabatur. Saturnia regna.latium vbi latuit Saturnus.

Phryx victor. æneas ſuperatis rutulis ac mezentio. Fluminis tyrrheni.tyberis. Pignora pacis.ramum oliuæ:quæ erat ſignum pacis. Canentis.albicantis. Pone anchiſiadæ.verbum Diomedis ad æneam. Sceæ portæ . hæc erat vna ex portis troianis. Vir.Sceas ſęuiſſima portas prima tenet. Haud noſtrum.ſ.fuit quaſi dicat.pugnauimus ad Troiaꝫ volentibus dijs : nunc autem tempꝰ eſt pacis:& ſic reijcit illđ bellum ad deos & ſorores duras . id eſt parcas inexorabiles.Aegre. impulerũt nos fata. Auſpicijs.pace q̄ eſt bello melior : quoniam ad pacem & concordiam nati ſumus. Celtas.gallos ſenones:quos tandem deleuit Camillus. His.verbis agrippe commotus annibal diſceſſit. Feronia. tẽplum feronię erat vltra pontinas paludes prope Tarracinaꝫ:circa quod capenates habitabant . Horatius in ſermonibus deſcribens iter ſuum a Roma brunduſium dicit . Ora manuſqꝫ tua lauimus feronia lympha. Sacer.cuſtos & accola ipſius templi

Fauni.antiquiſſimi regis in latio.

Pauore.reuerentia numinis.

Auia longinqua.regiões ab vrbe remotæ. Porrectis.ſe extendentibꝰ vſque ad fretum ſiculum:vbi eſt rhegium.inde littora rhegina.



Dedecus hoc defende manu.cur perfida & vrbi
Altera carthago noſtræ poſt fœdera rupta
Et miſſum ad portas pœnum poſt iura petita
Conſulis alterni ſtat adhuc:& turribus altis
Annibalem ac libycas expectat lenta cohortes:
Miſcebat dictis facta:& nunc robore celſas
Educi turres:quis vinceret ardua muri
Cogebat? nunc coniunctas adſtringere nodis
Inſtabat:ferroque trabes:quo frangeret altos
Portarum poſtes:quateretque morantia clauſtra.
Hic latera intextus ſtellatis axibus agger.
Hic grauida armato ſurgebat vinea dorſo.
Ac poſtq̄ properata ſatis:quę commonet vſus:
Dat ſignum:atque alacer ſcalis tranſcendere muros
Imperat:ac ſęuis vrbem terroribus implet:
Cum ſubito dextrum effulſit conatibus omen.
Cerua fuit raro terris ſpectata colore:
Quæ candore niuem:candore anteiret olores:
Hanc agreſte capis donum cum mœnia ſulco
Signaret:grato paruæ mollitus amore
Nutrierat.ſenſuſque hominis donarat alendo.
Inde exuta feram:dociliſque accedere menſis.
Atque vltro blanda attactu gaudebat herili.
Aurato matres aſſuetæ pectinę mitem
Comere:& humenti fluuio reuocare colorem.
Numen erat iam cerua loci:famulamque dianæ
Credebat: ac thura deum de more dabantur.
Hęc ęui:vitęque tenax:fœlixque ſenectam
Mille indefeſſos viridem duxiſſe per annos.
Sæclorum numero troianis condita tecta
Aequabat:ſed iam longo mors venerat ęuo.
Nam ſubito incurſu ſæuorum agitata luporum:
Qui noctis tenebris vrbem miſerabile bello
Prodigium intrarant:primos ad luminis ortus.
Extulerat ſeſe portis:pauidaque petebat
Conſternata fuga poſitos ad mœnia campos.
Exceptam lęto iuuenum certamine ductor
Mactat diua tibi:tibi enim hæc gratiſſima ſacra
Fuluius:atque adſis orat latonia cœptis
Inde alacer:fidenſque dea circundata clauſis
Arma mouet:quaque obliquo curuantur in ore

Fuluius. Capua inquit Liuius & ſi nichil ſegnius oppreſſa per eos dies fuerat:tamen aduentum Flacci ſenſit: & admiratio orta eſt ; non ſimul regreſſum Annibalem.inde per colloquia ſe derelictos intellexerunt.Fuluius omnis qui in caſtris romanis erant alicuiusnominis in bello pręſabat : & ad capuæ euerſionem prouocabat. Iura conſulis. nam petierant vt alter conſulum eſſet cãpanus. Lenta.ocioſa : & nihil timens. Educi. erigi quæ vrbis muros æquarent. Ferro. clauis ferreis parabat arietem Fuluius ad deijciendas portas.

Stellatis. affixis: vt ſtellæ. Agger.vallum.vinea erat inſtrumentum militare ex tabulis connexum: cuius dorſum erat adeo munitum:vt noceri nõ poſſet illis : qui intus pugnaſſent. Dextrum omen. fœlix oſtentum. Tenax æui.quoniam cerua diu vixit . Vita inquit Plinius in conceſſio longa eſt. Troianis.a capi troiano qui cõdidit Capuam. Poſitos ad mœnia . vicinos muris.

Ductor. fuluius mactauit ceruam Dianæ.

Taurea. iubelius taurea Campanus ſingulari certamine cum Claudio aſello romano pugnauit: ſʒ tauream fugientem Claudius per mediam vrbem ē inſectatus: perque alteram portam intactus euaſit. Ductor. Annibal præponebat tauream cæteris. Autololes & mauri erant cum Annibale. Aeneade. Claudio aſello romano. Daret auſpicium. faceret fuluius poteſtatem pugnandi: & pugnam auſpicaretur. Vetitum enim ante fuerat: ne aliquis iniuſſu ducis pugnaret ſub pœna capitis. Soluit imperio. quoniaʒ poterat pugnare cum ductor, auſpicium dediſſet. Nudis. nullo amento adiutis. Rutulo. Claudio romano.

Ferrata calce. admotis calcaribus. Nec pronum cuiquam. non erat facile alicui poſſe alios ſuperare quoniam vnuſquiſque volebat eſſe primꝰ: & iræ equarunt dextras: quibus ferebantur in campanos.

Dictęa harundo. ſagitta cretenſis.

Mœnia flexa ſinu ſpiſſa vallata corona
Alligat:& tælis in mortem indaginis ambit:
Dum pauitant ſpumantis equi fera corda fatigans
Euehitur porta ſublimis taurea criſtis
Bellator:cui ſidonius ſuperare lacerto
Ductor:& autololas dedit:& maurufia tæla:
Is trepido alitum tinnitu ſtare neganti
Imperitans violenter equo poſtq̄ auribus hoſtis
Vicinum ſeſe videt:ac clamore propinquo
Claudius:huic inquit præſtabat claudius arte
Bellandi:& merita mille inter pręlia fama:
Huic inquit ſolum:ſiqua eſt fiducia dextrę
Det ſeſe campo:atque ineat certamina mecum.
Vna mora æneadę:poſtq̄ vox attigit aures.
Dum daret auſpicium:viquein certamina ductor.
Pręuetitum nanque capiti committere martem
Sponte viris:erumpit ouans vt fuluius arma
Imperio ſoluit:paulumque inuectus in ęquor
Erigit vndantem glomerato puluere nubem.
Indignatus opem amenti:ſocioque iuuare
Expulſum modo iaculum:atque acceſſere vires
Taurea vibrabat nudis conatibus haſtam.
Inde ruens ira tælum contorquet in auras.
At non idem animus rutulo ſpectatur:& omni
Corpore perluſtrat:qua ſit certiſſima ferro
In vulnus via nunc vibrat:nunc comprimit haſtam:
Mentiturque minas:mediam nunc tranſigit ictu
Parmam:ſed grato fraudata eſt ſanguine cuſpis.
Tum ſtrictum propere vagina detegit enſem:
Et iam ferrata rapiebat calce volantem.
Taurea cornipedem fugiens minitantia fata.
Nęc rutulus leuior cedentis perdere terga.
Nam profugo rapidus fuſis inſtabat habenis.
Vtque metus victum ſic ira & gloria portis
Victorem immiſit:meritique cupido cruoris.
Ac dum vix oculis:vix credunt mentibus hoſtem
Confiſum nullo comitante irrumpere tectis
Per mediam propere trepidantum interritus vrbē
Egit equum:aduerſaque euaſit ad agmina porta.
Hinc ardore pari:niſuque incurrere muris
Igneſcunt animi:penetrataque tecta ſubire.



Tæla ſimul:flammæq; micant:tunc ſaxeus hymber
Ingruit.& ſummis aſcendunt turribus haſtæ.
Nec pronum audendi virtutem excellere cuiq̄.
Aequarunt irę dextras:dictea per auras
Tranat:& in medium perlabitur vrbis arundo.
Lętatur non hortandi:non plura monendi
Fuluius eſſe locum:rapiunt ſibi quiſque laborem.
Quos vbi tam erectos animi videt:& ſupereſſe
Fortunam ſibi quenque ducem ruit impete vaſto
Ad portam:magnęque optat diſcrimina famę.
Tres clauſtra ęquæuo ſeruabant corpore fratres.
Quis delecta manus centeni cuique ferebant
Excubias:vnaque locum ſtatione tenebant.
Forma ex his numitor:curſu plantaque volucri
Præſtabat laurens:membrorum mole laburnus.
Sed non vna viris tęla:hic mirabilis arcu.
Ille haſtam quatere:ac medicatæ cuſpidis ictu
Pręlia moliri:& nudo non credere ferro.
Tertius aptabat flammis ac ſulfure tędas.
Qualis atlantiaco memoratur littore quondam
Monſtrum geryones immane tibi corporis irę:
Cui tres in pugna dextrę varia arma gerebant.
Vna ignes ſæuos.aſt altera pone ſagittas
Fundebat.validam torquebat tertia cornum.
Atque vno diuerſa dabat tria vulnera niſu.
Hos vbi non æquis variantes pręlia conſul.
Conſpexit tælis:& portę limina circum
Stragem:& perfuſos ſubeuntum ſanguine poſtes:
Concitat intortam furiatis viribus haſtam.
Lętum triſte ferens auras ſecat itala taxus.
Et qua nudarat dum fundit ſpicula ab alto
Arcum protendens numitor latus:ilia tranſit.
At non obſepto contentus limine martem
Exercere leuis bello:ſed turbidus auſi
Virrius incauto feruore eruperat amens
Recluſa in campum porta:miſeramque furori
Vincentum obtulerat pubem:ruit obuia in arma
Scipio:& oblatum metit inſatiabilis agmen:
Tifata vmbrifero generatum monte calenum
Nutrierant audere trucem:nec corpore magno
Mens erat inferior:ſubſidere ſępe leonem:

Tres clauſtra æqueuo. nūc cahit de numitore laurente: ac Laburno fratribꝰ cuſtodientibus portam cāpanam: hi erant tergemini & quiſque habebat ſub ſe centum homines. Mēbrorū mole. magnitudine corporis apta ad pugnam ſtatariam. Medicatæ. carminibus & veneno imbutæ. Qualis atlantiaco. hos tergeminos comparat gerioni: quem Hercules interemit: vt dictum ē. Cornum. haſtam ex corno arbore. Conſul. fuluius: ꝗ erat illic cum conſulari poteſtate. Tifata. monticulus iuxta Capuam: vt dictum eſt in quo hic Calenus fuerat educatus: qui exiens cum Virrio ſine lorica cum interfeciſſet Veliternum & marium ſociū Scipionis ab ipſo in vltionem amici interfectus eſt. Audere. ad audendum terribilem. Subſidere. ſternere. Nudus caput. ſine galea. Anhelos. romanos defatigatos curſu. Palantes. effuſe fugientes. Perculerat. vulnerauerat.

Scopulus.id eſt ſaxum. Quanta eſt vis agili.haſtā Scipionis velociter perforentem pectus Caleni:cōparat liburnicis nauibus: quæ ſunt velociſſimæ:tale genus nauium inuentum fuit a liburnis populis:qui ſunt mixti ilyricis. Tonſæ.remi. Ictu. impulſu remorum.Non pariter ceſſere. quoniā romani ſine pauore dormiebāt: campani autem timore concutiebātur Muſſat.dubitat. Muſſare proprie eſt velle loqui & non audere. Qui cordi.apud Liuium ait: Itaq; quibus veſtrum ante fato cedere q̄ hæc tot tāq; acerba videant in animo ē his apud me hodie epulæ inſtructæ paratæque ſunt ſaciatis vino ciboque poculum quod mihi datum fuerit circunferetur ea potio corpus a cruciatu animuꝫ a contumeliis:oculos: aures a videndis audiendiſque omnibus acerbis indignis quæ manent victos vindicabit: & ſic virrium ſequuti ſunt.vij.&.xx.ſenatores & cum eo epulati & alienatis mentibus vino venenum ſumpſerunt. Necis morſu.dolore mortis amoto propter vinum.

Placidis.placide ac ſine dolore necantibus.

Nudus inire caput pugnas certare iuuenco:
Atque obliqua trucis deducere cornua tauri
Aſſuerat:crudoque oblique ſe attollere fato.
Is dum pręcipites expellit virrius vrbe
Seu ſpreto:ſeu ne fieret mora:nudus in ęquor
Thorace exierat:leuiorque pręmebat anhelos
Pondere loricę:& palantes victor agebat
Iamque veliternum media tranſegerat aluo:
Iam ſolitum æquali ludo committere equęſtris
Scipiadæ pugnas marium tellure reuulſo
Perculerat ſaxo.miſer implorabat amicum
Cum gemitu expirans:ſcopuluſq; premebat hiantē
Sed validas ſæuo vires duplicante dolore
Effundit lachrymas pariter: cornumque ſonantem
Scipio ſolamen properans optabile in armis
Hoſtem proſtrato morientem oſtendere amico
Tranauit liquidas volucris ceu ſcinderet auras:
Haſta viri pectus:rupitque immania membra.
Quanta eſt vis agili per cęrula ſumma liburnę:
Quæ pariter quotiens reuocatę ad pectora tonſę
Percuſſere fretum ventis fugit ocior:& ſe
Quam longa eſt vno remorum pręterit ictu.
Aſcanium voleſus proiectis ocius armis:
Quo leuior peteret muros per aperta volantem
Aſſequitur planta deiectum protinus enſe
Ante pedes domini iacuit caput.ipſe ſecutus
Corruit vlterior procurſus impete truncus.
Nec ſpes obſeſſis vltra.reſerata tueri
Mœnia conuertunt greſſus:recipique petentes
Infandum excludunt ſocios:tum cardine verſo
Obnixi torquent obices munimina ſerę.
Acrius hoc inſtant itali:clauſoſque fatigant
Et ni cæca ſinu terras nox conderet atro:
Perfractę rabido patuiſſent milite portæ.
Sed non in requiem pariter ceſſere tenebræ.
Hinc ſopor impauidus:qualem victoria nouit.
Ac capua:aut mœſtis vlulantum flebile matrum
Queſtibus:aut gemitu trepidātum exterrita patꝝ
Tormentis finem:metamque laboribus orat.
Muſſat perfidię ductor:caputque ſenatus
Virrius,a pœno nullam docet eſſe ſalutem:



Vociferans pulſis viuendi e pectore curis.
Speraui ſceptra auſonię:pepigiq; ſub armis:
Si dexter pœnis deus:& fortuna fuiſſet:
Vt capuam iliaci migrarent regna quirini.
Qui quaterent muros:tarpeiaq; mœnia miſi.
Hoc michi poſcendi vigor affuit:alter vt æquos
Portaret faſces noſtro de nomine conſul.
Hactenus eſt vixiſſe ſatis. dum copia noctis
Qui cordi comes:æterna eſt acherontis ad vndam
Libertas:petat ille meas menſaſq; dapeſq;.
Et victus mentem fuſo per membra lyeo
Sopitoq; necis morſu medicamina cladis
Hauriat:& placidis exarmet fata venenis.
Hęc ait:& turba repetit comitante penates.
Aedibus in mediis conſurgens ilice multa
Extruitur rogus hoſpitium commune peremptis.
Nec vulgum ceſſat furiare dolorq; pauorq;
Nunc menti feræ decius redit:& bona virtus
Exilio punita truci:deſpectat ab alto
Sacra fides agitatq; virum fallacia corda
Vox occulta ſubit paſſim diffuſa per aures.
Fœdera mortales ne ſæuo rumpite ferro:
Sed caſtam ſeruate fidem:fulgentibus oſtro
Hæc potior regnis:dubio qui frangere rerum.
Gaudebit pacta:ac tenues ſpes liquet amici
Non illi domus aut coniunx aut vita manebit.
Vnq̄ expers luctus lachrimęq;:aget ęquore ſeper
Ac tellure premens.aget ægrum nocte dieq;.
Deſpecta ac violata fides:adit omnia iamq;
Conſilia ac menſas contingit & abdita nube.
Accumbitq; totis epulaturq; improba erinnys
Ipſa etiam ſtygio ſpumantis pocula tabo
Porrigit:& large pœnas lætumq; miniſtrat.
Virrius interea dum dat penetrare medullas
Exitio:aſcenditq; pyram:atq; amplexibus hæret.
Iungere tum fata & ſubiici iubet ocius ignes:
Stingebant tenebræ metas:victorq; ruebat.
Iamq; ſuperſtantem muro ſocioſq; milonem
Voce attollentem pubes campana videbat.
Pandunt attoniti portas:trepidoq; capeſſunt
Caſtra inimica gradu.quis lęto auertere pœnas

Sacra fides.fingit poeta fidei numen corda perfida campanorum agitaſſe.

Fœdera mortales.vox fidei ad mortales. Potior. melior & antiquior regnis ac diuitiis. Erynnis. furia ibat ad menſas eorum qui ebrij volebant mori.

Stygio tabo. veneno accepto ex ſtyge palude. Iungere fata.impletæ vino: vt ait Liuius:cibiſque venæ minus efficacem in maturanda morte vim veneni fecerunt:itaq; noctez totam pleriq; eorum & diei inſequētis p rtem cum animam egiſſent: omnes tamen priuſq̄ aperirentur hoſtibus portę expirarunt.Stringebāt metas.iam ſurgebat aurora. Pandunt portas. maior ꝑs ſenatus autore Liuio multis ſępe bellis expertam populi ro. clementiam haud diffidentes ſibi quoque placabilem fore legatos ad dedēdam romanis Capuam decreuerunt: miſerūtq; poſtero die. porta iouis quæ aduerſus caſtra romana erat iuſſu pro conſulis aperta eſt. ea intromiſſa legio vna & duæ aliæ cum. Qu. fuluio legato.Nulli lachrymabile:indignuꝫ aliqua cō miſeratione propter defectionem ad pœnos. Indociles. qui neſciebant aſſueti delitiis æquo animo ferre vtranque fortunam.hęc virtus tunc romanorum erat: deſcribit igitur muliebrem animum campanorum.

Deꝰ.fingit poeta iouem miſiſſe pana qui eſt deus paſtorum cuius habitum & effigiem deſcribit.

Tecti troia.campana condita a troianis. Cor⸗
nu.vngula pedis.Tegeatide capra.arcadica:te
gea vrbs arcadię vbi pan colebatur.Verbera lę
ta. nam luperci verberabant manus matrona⸗
rum volentium concipere ac parere pelle hirci
ſiue zona ex tali pelle.vnde Iuuenalis: Nec ꝓ⸗
deſt agili palmas præbere luperco.Pinus.coro
na pinea quā gerit pan.Stant.erectæ ſunt.Prę⸗
ciſa.præerupta & ſcrupuloſa Rabiē.qua roma⸗
ni ferebantur ad incendium Capuæ . Menala.
montem arcadiæ vbi colebatur.Egeritur præ⸗
da.C.fuluiuslegatus cum omnium primum tę
la quæ capuæ erant ad ſe conferenda curaſſet
cuſtodijs autore Liuio ad omnis portas diſpo⸗
ſitis ne quis exire aut emitti poſſet præſidium
punicum comprehendit: ſenatum campanum
ire in caſtra iuſſit:quo cum veniſſent: his omni
bus ex templo cathenæ iniectæ:iuſſique ad q̄⸗
ſtores deferri:quod auri argētique haberēt.au
ri pondo.lx.argenti tria milia pōdo.cc. ſenato⸗
res.v.&.xx.cales in cuſtodiā duo de.xxx. thea
nū miſſi quorum de ſententia maxime deſtituꝫ
a romanis conſtabat . Superbi victus. vitæ lau
tioris & luxurioſæ.Alia tellure.id eſt menſæ ci
treæ aduectæ ex athlante monte mauritaniæ.
Eoa gemma.aduecta ex oriente: quoniam in⸗
dia:vt ſcribit Pli. maxime gemmifera eſt gem⸗
mis antiqui vtebantur in poculis ad luxum:vn
de Iuuenalis:cum pocula ſumis gemmata & p̄
clara illic laudatur iaſpis.nam virro vt multi gē
mas ad pocula tranſfert. Nec modus. non erat
menſura.Celata.ſculpta. Tantum epulis.ſoluꝫ
comparata ad gulæ menſarūq; vſum. Deprom
pta.accepta.Lōginquum.diuturnū : tanta erat
vis pecuniæ.Ere belligero.turba ænea. Sugge
ſtu.toro & loco edito.Non futilis.id eſt prudēs
& ornatus.virtutē pro meritis donauit fuluius.
milonem murali corona.quoniam primus aſcē
derat mœnia:& alludit poeta ad illum milonē
qui in ſylua aricina clodium ī̄terfecit & fuit ex
lauino:ſupra dixit milonem ſtantem ſuper mu
rum pubes campana videbat.Soſpita iuno.qm̄
lauini erat templum iunonis ſoſpitæ.Tempo⸗
ra turrita. quoniam vt ſcribit Gellius : muralis
corona qua donabatur ab imperatore is q pri⸗
mus murum ſubijſſet aut ī oppidum hoſtium
per vim aſcendiſſet quaſi muri pinnis decora⸗
ta erat & ideo caput tali corona cinctum Sylli⁹
appellat turritum. Tum ſontes procerum. ful⸗
uius autore Liuio theanum profectus quo cā⸗
panos premiſerat prima luce portam intrauit
atpue in forum perrexit cōcurſuq; ad primū e
quitum ingreſſum facto magiſtratum ſidicinū
citari iuſſit īperauitque vt produceret cāpa⸗
nos quos in cuſtodia haberet:producti omnes

Defuerant animi: patet vrbs confeſſa furorē:
Et referat tyrio maculatas hoſpite ſedes.
Matronę puerique ruunt: mœſtumq; ſenatus
Cōciliū nulliq; hoīum lachrymabile vulgus.
Stabant innixi pilis exercitus omnes.
Spectabantque viros: & lęta & triſtia ferre
Indociles: nunc propexis in pectora barbis
Verrere humū. nūc fœdātes in puluere crinē
Canētē: & turpi lachryma precibuſq; pudēdis
Fœmineum tenues vlulatum fūdere ī auras.
Atque ea dum miles miratur: inertia facta:
Expectatque ferox ſternendi mœnia ſignum:
Ecce repens tacito percurrit pectora ſenſu
Relligio: & ſęuas componit numine mentes:
Ne flammam tedaſq; velint: ne tēpla ſub vno
In cinerem tranſiſſe rogo ſubit intima corda
Perlabens ſenſim mitis deus ille ſuperbę
Fundamenta capyn poſuiſſe antiquitus vrbi.
Non cuiq̄ viſus paſſim monet ille refuſis
In ſpaciū immenſum cāpis habitāda relinqui
Vtile tecta docet: paulatim atrocibus ire
Langueſcunt animis: & vis mollita ſeneſcit.
Pan ioue miſſus erat ſeruari tecta volente
Troia. pendenti ſimilis pan ſemper: & vno
Vix vlla inſcribens terrę veſtigia cornu.
Dextera laſciui cęſa tegeatide capra
Verbera lęta mouens feſta per cōpita cauda.
Cingit acuta comas & opaca tempora pinnus
Ac parua erumpunt rubicūda cornua frōte.
Stant aures: ſūmoq; cadit barba hiſpida mēto
Paſtorale deo baculum: pelliſque ſiniſtrum
Velat grata latus tenerę de corpore damæ.
Nulla in prę̄ruptū tā ꝓna & ihoſpita cautes:
In qua non librans corpus ſimiliſque volanti
Cornipedem tulerit præciſa per auia plātā.
Interdum inflexus medio naſcentia tergo
Reſpicit arridens hirtæ ludibria caudę.
Obtendenſq; manum ſolē inferueſcere frōti
Arcet: & vmbrato perluſtrat paſcua viſu.
Hic poſtq̄ mandata dei perfecta malamque
Sedauit rabiem: & permulſit corda furētum:



Arcadię volucris ſaltus & amata reuiſit
Menala: vbi argutis longe de vertice ſacro
Dulce ſonat calamis: ducit ſtabula oia cantu.
At legio auſonidū flammas ductore iubente
Arceri portis: ſtanteſq; relinquere muros.
Mite decus mentis: condūt enſeſq; faceſq;
Multa deū tēplis domibuſq; nitētibus auro
Egeritur prę̄da: & victus alimenta ſuperbi.
Quiſq; bonis pariere virū de corpore veſtes
Fœmineæ menſęq; alia tellure petitę
Poculaq; eoa luxum irritantia gemma.
Nec modus argento. celataq; pondera facti
Tātum epulis auri: tū paſſi corpora longo
Ordine captiua & domibus de prōpta talēta
Paſcere longinquū nō deficientia bellum.
Immēſiſq; greges. famulę ad cōmunia turbe.
Fuluius vt finem ſpoliandis ędibus ęre
Belligero reuocante dedit: ſublimis ab alto
Suggeſtu magnis fautor nō futilis auſis.
Lauino generate inquit quem ſoſpita iuno
Dat nobis milo: gradiui cape victor honorem
Tempora murali cunctis turrita corona.
Tū ſontes procerū meritoſq; piacula prima
Accit: & interea punit commiſſa ſecuri.
Hic atrox virtus. nec enī occuluiſſe precatur
Spectatum vel in hoſte decus: clamore feroci
Taurea tūc inquit ferro ſpoliabis inultus
Te maiorem aīam? & iuſſo lictore reciſa
Ignauos cadet ante pedes fortiſſima ceruix?
Haud vnq̄ hoc nobis dederit deus. iñ minaci
Obtutu toruū contra & furiale renidens
Bellatorem alacer per pectora tranſigit enſē:
Cui ductor patriam moriēs comitare cadētē:
Qui nobis animus: quę dextra: quid ve viritī
Decernet mauors tibi ſi rebare pudendum
Iuſſa pati: licuit pugnandi occūbere lætum.
Dū capua īfauſtā luit haud ſine ſāguie culpā
Interea gemios terra crudelis ibera
Fortuna abſtulerat permiſcēs triſtia lętis
Scipiadas: magnūq; decus magnūq; dolorē.
Forte dicarchea iuuenis conſedit in vrbe

virgis cæſi ac ſecuri percuſſi ſunt : & ſic de
alijs quos tales premiſerat ſupplicium ſum
ptum eſt. Sontes. nocentes & autores defe⸗
ctionis ad pœnos. Hic atrox virtus. deſcri⸗
bit fortitudinē ipſius taureæ de quo Li. cō⸗
ſurgentem iam fuluium taurea campanus
per mediam vadens vrbem turbam nomi⸗
ne iclamauit: & cum mirabundus quidnā
vellet inquireret reſidens flaccus: me quo⸗
q; inquit iube occidi vt gloriari poſſis mul⸗
to fortiorem q̄ ipſe es virum abſte occiſum
eſſe. Atrox. horrida & fortis: nā ſpernebat
mortē & fuluium. Vel etiam in hoſte. Spe⸗
ctatum. clarum. Renidens. reſpendens ocu
lis ira ſcintillantibus gladio inquit Li. quem
veſte texerat per aduerſum pectus tranſfi⸗
xus ante pedes imperatoris procubuit mo
ribundus: Decernet mauors . diiudicabit in
quit fuluius bellum & pugna qui nobis ſit
animus quæ manus: & qd viritim valeam⁹.
ideſt ad ſingulare certamen. Interea gemi⸗
nos. dum hæc in italia agerentur in hiſpa⸗
nia duo fratres clariſſimi duces. P. & Gne⁹
Scipiones ceciderunt vt in principio dictū
eſt. Iuuenis. Scipio filius. P. Scipionis.
Dicarchea. puteolana. Poſt belli extre
ma. poſt finem belli campani ſiue Capua
recepta & de ſontibus pœna ſumpta: Huc
puteolos vbi tum forte erat Scipio repetēs
Romam. Non vllus pudor honorum.
non habeat rationem honorum nec vide⸗
batur decorum ſeruare: quoniam vir for⸗
tis non debet frangi aduerſis. Siniſtris.
infœlicibus. Furit. furore quodam luct⁹
ob pietatem corripitur. Excire. euocare
ab inferis. Vicina paluſ. acheruſia quæ eſt
prope puteolos & cumas dicta ab acheron
te fluuio inferno: cuius aquis videtur refun
di: ideo humorem acheruſium appellat ip⸗
ſius paludis. Squalentem introitum a⸗
uerni. quoniam ad auernum lacum eſt pa⸗
lus acheruſia alto cœno referta vt inquit
Strabo . Squalentem. incultum & cœnoſū
auernus clauditur arduis ſuperciliis vno
oſtio aditur quod reſtagnat palus acheru⸗
ſia. Mens Scipionis volebat prænoſcere
futura & ſuos euentus & huius deniq; bel⸗
li quod italiam quaſſabat. Ad gryneam
autonoen. ſacerdotem phœbi: gryneum eſt
nemus phrygiæ vbi appollo colebatur. iñ
grynea vates. tripodes erāt ſacri phœbo &
tripodem foramini delphico ſuper impo⸗
ſitum phœbi ſacerdos aſcendens vaticina⸗
batur: factitauere iquit Ply. ex ære cortinas
tripodum nomine delphicas: quoniam do

nis maxime appollinis delphici dicabantur. Egri. mœſti. Conſulta. ſententias & voluntatem. Patrum. p. & gn. Scipionum. Repoſtis. ſubterraneis & a nobis remotis. Sub lucem. in aurora. Suos populos. vmbras defunctorum. Cętera. ſcilicet quæ futura ſunt. nam Scipio futuros annos cognoſcere auebat. Maiori vate. ſybilla. Eliciam. euocabo vmbrã ſibyllæ a campis heliſijs. Phœbei. apollinei & vaticinantis. Fauces. ingreſſũ & oſtium Caſtus. purificatus. Diti. plutoni. Promiſſæ vatis. ſibyllæ quam autonoe promiſerat euocare ab inferis.

Occulto cœpto. ſocijs ignarantibus.

Acerbam. diram & grauem propter fœrorem. Laxo ore. patulo meatu. cocytus eſt fluuius inferorum qui luctum ſignificat. Suſpirans. emittens. Arcanum murmur. magicum carmen quo manes euocabat. Operto regi. Plutoni: mactatur taurus plutoni & iuuenca proſerpinæ. Fundunt mella. ſic circe monet vlixem apud Homerum ſparges inquit libationem primum melle: deinde dulci vino: tertio aqua & immiſcebis farinam. Omni herebo. toto inferorum tractu: verba ſunt autonoes momentis. Scipionem ne vmbratum aduentum timeat. Ab imo chao. a prima mundi origine cum mens diuina confuſionem illam ſegregauit. Equos. ſcilicet Diomedis threiicij quos ille humano viſcere pauit. Contende. conare illuc aſpicere. Interea cerne vt greſſus. prima venit vmbra Appij Claudij: de quo Liuius. mortuum appium claudium ſub deditionem Capuę quidam tradunt: Appius Claudius cum obſideretur Capua vulneratus fuit: ex quo vulnere vt quidam aiunt interijt ſub Capuæ deditionem: vt quidam poſt controuerſiam quæ fuit inter eum & Fuluium de ſupplicio campanorum: quidam ante Capuæ deditionem. Cui datur. conceditur anteq̃ ſit corpus crematum emittere voces vt prius. quippe Appius adhuc iacebat inſepultus. Atros ignes. rogi. ſcilicet per quos corpus cremabatur. Non tacto. non epoto ſanguine hic infoſſo. Auertit equos. ademit mihi ſolem & gratam vitam dies proxima illi in qua me vidiſti. Atris aquis. infernis & ſtygiæ plaudi: dum mei inquit ceſſant meũ corpus comburere! non datur mihi tra-

Scipio poſt belli repetẽs extrema penates.
Huc triſtis lachrymas & funera acerba ſuorum
Fama tulit: durit q̃q̃ non cedere ſuetus:
Pulſato lacerat violenter pectore amictus.
Non comites tenuiſſe valent: non vllus honorũ.
Militię ve pudor: pietas irata ſiniſtris
Cœlicolis furit: atq; odit ſolatia luctus.
Iamq; dies iterumq; dies abſumpta querelis.
Verſatur ſpecies ante ora oculoſq; parentis.
Ergo excire parat manes: animaſq; ſuorum
Alloquioq; virum tantos mulcere dolores.
Hortatur vicina palus: vbi ſignat auerni
Squalentẽ introitum ſtagnãs acheruſius humor
Noſcere venturos agitat mens protinus ãnos.
Sic & gryneam quæ tum ſub nomine phœbi
Autonœ tripodas ſacrum antrumq; tenebat:
Fert greſſus iuuenis: conſultaq; pectoris ægri
Pandit: & aſpectus orat contingere patrum.
Nec cunctata diu vates mactare repoſtis
Nox vmbris inquit conſueta piacula. nigras
Sub lucem pecudes: recluſæq; abdere terræ
Manantem iugulis ſpirantum cede cruorem:
Tunc populos tibi regna ſuos pallantia mittẽt.
Cętera quæ poſcis maiori vate canentur.
Nanq; tibi elyſio repetita oracula campo
Eliciam: veteriſq; dabo inter ſacra ſibyllæ
Cernere fatidicam phœbei pectoris vmbram.
Vade age & a medio cum ſe nox humida curſu
Flexerit: ad fauces vicini caſtus auerni
Duc prędicta ſacris duro placamina diti.
Mella ſimul tecum & puri fer dona lyei.
Hoc alacer monitu & promiſſę nomine vatis
Apparet occulto monſtrata piacula cœpto.
Inde vbi nox iuſſam procedens contigit horã:
Et ſpatia æquarunt tenebras tranſacta futuras:
Conſurgit ſtratis. pergitq; ad turbida portę
Hoſtia tartareæ penitus quis abdita vates
Promiſſa impleratː ſtigioq; ſedebat in antro.
Tum qua ſeptimum rupta tellure recludit
Inuiſum cœlo ſpecus atq; eructat acerbam
Cocyti laxo ſuſpirans ore paludem.



Inducit iuuenem: ferroq; cauare refoſſam
Ocius vrget humũ: atq; arcanũ murmur ãhelãs
Ordine mactari pecudes iubet: acer aperto
Ante omnes taurus regi: tum proxima diuæ.
Ceditur enneæ caſta ceruice iuuenca.
Inde tibi allecto tibi nunquam læta megęra
Corpora lanigerum procumbunt lecta bidentũ
Fundunt mella ſuper: bachiq; & lactis honorem
Stat iuuenis: faciemq; e rebo quæ ſurgit ab oĩ
Exclamat vates. patere accedentia cerno
Tartara: & ante oculos aſſiſtere tertia regna.
Ecce ruunt varię ſpecies: & quicquid ab imo
Natũ hominũ extictũq; chao eſt: iã cũcta videbat
Cyclopas ſcyllãq; & paſtos membra virorum
Odryſię telluris equos: contende tueri:
Eductumq; tene vagina interitus enſem.
Quęcũq; ante animę tendũt potare cruorem
Diſijce: dum caſtę procedat imago ſibyllę.
Interea cerne vt greſſus inhumata citatos
Fert vmbra: & properat tecum couiungere dicta:
Cui datur ante atros abſumpti corporis ignes
Sanguine non tacto ſolitas effundere voces.
Aſpicit: & ſubito turbatur ſcipio viſu.
Qui nam te qui caſus ait: dux maxime feſſæ
Eripuit patriæ? cum tales horrida poſcant
Bella viros: nec enim dextra conceſſerit vlli
Appius: aut aſtu: decimum lux rettulit ortum
Vt tecum capua remearem vulnera vidi
Mulcentem hoc vno mœſtum ꝙ adire nequires
Saucius ad muros & martis honore careres.
Contra quę ductor: feſſo mihi proxima tandem
Lux gratos phaetontis equos auertit. & atris
Aeternum demiſit aquis. ſed lenta meorum
Dum vanos ritus curat: & ſolennia vulgi
Exequitur: ceſſat flammis imponere corpus.
Vt portet tumulis per lõgum membra paternis.
Quod te per noſtri martis precor ęmula facta
Arcé quę patrijs artus medicamina ſeruant.
Daq; vago portas quam primum acherõtis adire.
Tum iuuenis. gens o veteris pulcherrima claudi
Haud vlla ante tuam q̃q̃ non parua fatigent

nare ſtigiam paludem. Vanos ritus: morem referendi cadauer ad auita ſepulchra qui mos eſt vanus & nihil prodeſt vmbris: & ideo talem ritum vanũ appellat & vulgare ſolemne: quoniam vndecunque ad inferos tantũdem viæ eſt & non refert vbi cremetur corpus ſed opinio vulgaris gẽtilicia ſepulchra poſcit & repetit. Longum. per longã diſtantiam a Capua Romam. Arce: remoue medicamina quibus meum corpus perfuſum ſeruatur ne putreſcat vt poſſit in patriam referri. Patrijs: ſcilicet ſepulchris. Vago: mihi errãti. Veteris claudij illius appij claudij ſabini de quo dictum eſt. Ante tuam: prima mea cura inquit erit tuus funus. Diſcrimen: varietatem. Diſcors ſententia cinerum: varius mos ſepeliendi. Obſcœnus: quia cadauera ſectatur & comedit. Probatum. iam receptum in vſum adhibere canes qui deuorent membra regia qui apud illos canes ſepulchrales appellantur. Odorato: perfuſo aromatibus. Stantia poſt funus. durantia poſt mortem. Et a menſis: habent inquit ægyptij ipſa corpora condita aromatibus ad mẽſas vbi comedunt. Pontus: prouincia vbi regnauit mitridates: extrahebant illic cerebrum e capitibus mortuorum. Myrrhara: myrrha condita quæ præſeruat a putrefactione. garamantes infodiunt harenis: naſamones in mare abijciunt: celtæ faciebãt pocula ex capitibꝰ mortuorum addito auro. Sermonibus alternis: cum appio ſcilicet. Globo tuorum. ſocijs tuis qui mihi faueant ad ſacra peragenda. Cymes anus: cumea ſibylla Egregiæ iuuentæ: ſcipionis. cecini inquit ſibylla quõdam geſta tua: ſed romãi cõtempſerunt meos libros. nam vt dictum eſt venit ad Tarquinium ſuperbum & attulit nouem libros quos eſſe dicebat diuina oracala. ſex cõbuſtis tres emit rex: & in ſacrario poſuit: appellauitq; ſunt ſibyllini. ad hos inquit gellius quaſi ad oraculum. xv. viri adibant cum dij immortales publice conſulendi eſſent. Proauis veſtris: Tarquinio ſuperbo. Fata dardana: romana quæ pendent a tuis fatis: magna laus Scipiõis a quo tota res romana pẽdere videbatur cum eſſet illum ſuperaturus qui rem romanam prope ad interit.

ritum perduxerat. Armifero victor. vaticinatur ſybilla ventura fata romanorum: & Scipionis. Armifero: bellicoſa hiſpania. Ante annos: nam vt ait Liuius: natus erat ferme. xxiiij. annos cũ in hiſpaniam miſſus eſt vbi patris & patrui mortem ſtrage hoſtium piauit. Creditus marti. miſſus ad bellum hiſpanuꝫ. Miſſum omen: auſpicium quoniam expugnata noua carthagine ĩ hiſpania carthaginem libycam & Romani æmulam imperij ad tributum rediges. Hiberiacis: hiſpanis. Maius imperium: conſulatum. Scipio ex hiſpania victor rediens non triumphauit: quoniam ſine imperio rem geſſerat: ſed magno centuriarum cõſenſu creatus fuit conſul cum. P. Licinio craſſo põtifice maximo. Rectorem: Annibalem quem vicit ad zamam magno prælio. Pudetvrbis iniquę: p̃dicit nunc ſibylla Scipioni exilium. Hoc decus: poſt liberatam italiam & carthaginem ad tributum redactam victo Annibale Liui. li. viij. decadis belli macedonici ait: vitã linterni egit ſine deſiderio vrbis morientem ruri eo ipſo loco ſepeliri ſe iuſſiſſe ferunt: monumentumq; illic ędificari: ne funus ſibi in ingrata patria fieret. vir memorabilis bellicis tamen q̃ pacis artibus memorabilior linterni inquit monumentum vidimus monumentoq; ſtatua ſuperimpoſita fuit quam tempeſtate diiectam nupervidimus ipſi. Atros lacus infernos. Tum iuuenis: reſpõdet Scipio: cuius hæc eſt magna laus q; ſine audito non ceſſauit vir magnus ꝓ patria pugnare cuius ingratitudines iam cognouerat & ait: modo egovacem culpa patiar libẽter & erecto animo quicqd duri imminet Obnitemur: patiemur oĩa dura & reſiſtã oĩbus difficultatibus. Cauſa vitę. i. q̃n vo luiſti diu viuere non tibi ſedvt prodeſſes mortalibns: & ſic animũ ſibyllæ emereſ. Inane: vacuũ. deſcribit inferos: huc inqt deſcendit omne quod conſtat ex quattuor elemẽtis: ſed tria ponit: terrã: aquã: & aerem: ſed cum dicit igneus aer intelligit vtrũq; elementum: ignis. ſ. ſiue ætheris & aeris: qui eſt inter ignẽ & aquam. & aer ſpiſſior fit aqua ſpiſſior fit terra. & econtra: rarefacta terra fit aqua. & aqua aer. & aer rarefactus ignis. ſpiſſior aer: iõ ai ariſtoteles primo phyſicorum: Aliqui ex raritate: & denſitate omnia procreant ideſt proceari dicunt. Mundi regni geni

Curarum prior extiterit. namq; iſta per omnis
Diſcrimen ſeruat populos: variatq; iacentum
Exequias. tumuli & cinerum ſententia diſcors.
Tellure vt perhibentis mos antiquus ibera
Ex anima obſcœnus conſumit corpora vultur.
Regia cum lucem poſuerũt membra: probatũ eſt
Hyrcanus adhibere canes. ægyptia tellus
Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo
Corpora: & a mẽſis exãguẽ haud ſeparat vmbrã.
Exhauſto inſtituit pontus vacuare cerebro
Ora virum: & longum myrrhata reponit in ęuũ.
Quid qui recluſa nudos garamantes harena
Infodiunt? quid qui ſeuo ſepelire profundo
Exanimes mandant libycis naſomones in oris?
At celtæ vacui capitis circundare gaudent
Oſſa nephas auro: & menſis ea pocula ſeruant.
Cecropidę ad patriam mauortis ſorte perẽptos
Decreuere ſimul communibus vrere flammis.
At gente in ſcythica ſuffixa cadauera truncis
Lenta dies ſepelit putri liquentia tabo.
Talia dum memorantvmbra veniente ſybillę:
Autonoe finem hic inquit ſermonibus adde
Alternis: hæc hæc veri fœcunda ſacerdos.
Cui tantũ patuit rerum: quantum ipſe negarit
Plus nouiſſe deus: me iam comitante tuorum
Tẽpus abſere globo: & pecudes ĩponere flãmis.
At grauida arcanis cymes anus attigit ore
Poſtq̃ ſacrificum delibauitque cruorem
Indecus egregium vultus intenta iuuentæ
Aetherea fruerer cum haud ſegniter inquit
Cymeo populis vox noſtra ſonabat in antro
Tum te per mixtũ ſęclis rebuſq; futuris
Aeneadum cecini: ſed non ſat digna mearum
Cura tuis vocum: nec enim conquirere dicta
Aut ſeruare fuit proauis ſollertia veſtris.
Verũ age diſce puer: quando cognoſcere cordi
Iam tua deq; tuis pendentia dardana fatis.
Nanq; tibi cerno properantum oracula vitæ
Hinc petere: & patrios viſu contingere manes.
Armifero victor patrem vlciſceris ibero:
Creditus ante annos marti: ferroq; reſolues





Gaudia pœnorũ: & miſſum lætabere bello
Omen hiberiacis victa carthagine terris.
Maius ad imperium poſt hęc capiere: nec ante
Iuppiter abſiſtet cura: q̃ cuncta fugarit
In libyam bella: & vincendum duxerit ipſe
Sidonium tibi rectorem: pudet vrbis iniquæ:
Quod tu poſt decus hoc priaq; domoq; carebis
Sic vates greſſumq; lacus vertebat ad atros.
Tum iuuenis quæcunq; datur ſors durior ęui
Obnitemur ait: culpa modo pectora ceſſent.
Sed te oro: quando vitæ tibi cauſa labores
Humanos iuuiſſe fuit: ſiſte inclyta virgo
Pauliſper greſſum: & nobis: maneſq; ſilentum
Enumera: ſtygięq; aperi formidinis aulam.
Annuit illa quidẽ: ſed non optanda recludis
Regna ait: hic tenebras agitãt: volitãtq; perũbras
Innumeri quõdam populi: domus oĩbus vna
In medio vaſtum late ſe tendit inane.
Huc quicquid terrę: qcq̨d freta: & igneus æther
Nutriuit primo mundi genitalis ab ęuo:
Mors communis agit: deſcẽdũt cũcta: capitq;
Campus iners quantũ interijt: reſtatq; futurũ
Cingunt regna decẽ portæ: quarũ vna receptat
Belligeros dura gradiui ſorte creatos.
Altera qui leges poſuere atq; inclyta iura
Gẽtibus & primas fundarunt mœnibus vrbes.
Tertia ruricolas ceteris iuſtiſſima turba:
Quæ venit ad manes: & fraudũ illeſa veneno.
Exin qui lętas artes: vitæque colendę
Inuenere viam: nec dedignanda parenti
Carmina fuderunt phœbo: ſua limina ſeruant.
Proxima quos venti: ſęuęq; hauſere procellę
Naufraga porta rapit. ſic illam nomine dicunt.
Finitia huic noxa grauido: & peccaſſe fatenti
Vaſta patet populo: pœnas rhadamantus ĩ ipſo
Expetit introitu: mortẽq; exercet inanem.
Septima fœmineis reſeratur porta cateruis:
Liuentes vbi caſta fouet proſerpina lucos.
Infantum hinc gregibus: verſas ad funera tędas
Paſſim virginibus: turbęq; in limine lucis
Eſt iter extinctę: & vagitu ianua nota:

talis ideſt a prima origine mortalium. Iners: inutilis: & ſine aliqua voluptate. Receptat: recipit. deſcribit deceꝫ portas inferorum: quarum prima recipit in bello cæſos: ac ꝑ hoc fortes & magnos quot alijs p̃ponit: quoniam fortitudo ꝓprievt placet Ariſtoteli verſatur circa mortem: quæ eſt in bello. Qui leges: quoniam ſunt fundamenta rerũpu. & ad bene beateq; viuendum: & ideo tales homines cõ modis humanis conſulentes in ſecundo loco ponuntur: ſed Cice. in officijs conſilia vrbana & leges gloriæ bellicæ p̃ponit Illeſa veneno fraudum: quoniam agricolæ non ſunt fraudulenti. Vitæ colendæ: ornandę. quoniam artes fuerunt inuẽtę: vt adiuuarent naturam & artium diſpli narumq; inuentores de humano genere benemeriti ſũt: & ipſi etiam poetę: qui & delectant & proſunt. Exercet mortem inanem: vexat tormentis ipſas vmbras. Liuẽtes: nigros. Virginibus paſſis tædas verſas ad futura ideſt illisvirginibus quę paſſe matrimonium & tædas iugales in ipſo partu periere. ſic enim tædæ vertuntur ad funus. In limine lucis: in ipſo prio ortu: & principiovitæ. Tum ſeducta loco: nũc deſcribit campos elyſios: quos a tenebris infernis ſecretos ait. Laxata nocte: diſſolutis tenebris: & inſula luce.

Nec ſtygio in regno. campos elyſeos dicit non eſſe apud inferos: nec ſub axe cœli: ſed extra anni ſoliſq; vias: vt poetice loquar: ad oceanũ: vbi erãt fortunatæ inſulæ: de campis elyſijs ſic cecinit Homerus in quarto odiſ. Elyſium in campũ terrarumq; vltima tandem. Dij te transmittent: ſtat flauus vbi Rhadamantus: Exiſtitq; viris vbi vita facillima durans. Non hyemis vis multa niues: non ingruit imber. Stridula ſed ſemper zephirorum flamina mittit. Ingens oceanus lenimina grata virorum. Aeris enim inqt Stra. ſalubritas & ſuauis zephyri ſpiritus eius regionis peculiaris eſt: quæ ĩ occaſũ vergens nunq̃ tepore caret: nominatim q; inſulas quaſdam celebrant fortunatas quas in pręſentia mõſtratas nouimus nõ longe admodum a mauritaniæ promontorijs diſiunctas: quæ gadibus oppoſita ſunt. Nec ſub axe cœli: poetice loquitur: nihil enim poteſt eſſe etiam vltra oceanum: quod non ſit ab axe cœli quod omnia ambit. ſic locutus eſt Vir. Iacet extra ſydera tellus: extra anni ſoliſq; vias.

Lætheos latices:aquam inducentē obli/
uionē:ideo ait Vir. Animas redituras ad
corpora potare aquam lætheam:vt obli
tæ malorum velint iterum redire ad no=
ua corpora. Certamina appoſitio eſt:
turba priorum certamina fonti ſacro po
tat latices.nam certatim bibunt. Hac: p
hanc viam.& decimam portam Obli
te ditem:plutonem.& inferos.Mille lu=
ſtris:mille annis. nam ſol ſingulis annis
luſtrat ſuum curſum.Imitatio eſt Vir.ca
nentis in ſexto.Has omnis vbi mille ro=
tam voluere pannos Lætheum ad fluui/
um deus euocat agmine magno.affecta
te loquitur poeta:ſiue luſtrum intelligit
ſpatium quinq; annorum. Lurida:tur=
pis ab effectu : quoniam mors facit cor=
pora lurida & putrida. Omnibus por
tis:quoniam omnes moriũtur qui in mũ
do ſunt hac lege nati. Pigra limoſa &
cœnoſa. Sine corpore : aliqua effigie
corporis hoc dicit propter mortez.phle=
geton fluuius habet aquas ignitas.Pal⁹:
ſtyx per quam non licebat peierare dijs
qui iurabant per ſtygiam paludē.Ache=
ron ſignificat ſollicitudinez magnam:iō
ipſum appellat triſtem.Non vno ore:tri
plici.tenuit tria cerberus ora inquit Vir.
cerberus ſignificat canem: qui vorat oīa
minutatim inciſa.& eſt ipſa terra. Tiſi=
phone.allecto.& megera ſunt furiæ. Lu
ctus edax : deſcribit omnia quæ ſunt ad
limina īferorum. Edax : conficiens lu=
gentem.luctus eſt ægritudo ex eius:qui
carus fuerit interitu acerbo. Comes ad
dita :nā maciescomitatur morbos:&oīa
hæc quæ dicit naturalia ſũt:& præcedũt
mortem. Paſtus fletu : quoniam mœſti
plorant.nam mœror eſt ægritudo flebi=
lis Queribunda: quoniam ſenio confe
cti querull ſunt:cum etiam ipſa ſenectus
morbus ſit:vt inquit Teren., Liuor inui
dia:quę eſt dolor ſuſceptus ex alienisbo
nis. Angens comprimens.angor enim
eſt ægritudo premens.Deforme:ab effe
ctu:quia facit homines deformes. Scele
ri procliuis:quoniam inopia interdũ ad
ſcelera pauperes impellit. Briareus:fuit
Titani & terræ filius numinum contem
ptor:habens cētum manus.Virgilius ait
Et centumgeminus briareus. Horatius:
Nec ſi reſurgat cētiman⁹ gigas·Sphynx
monſtrum habens os virgineum prope
Thebas olim propōebat enigma : quod
Oedipus ſoluit. Scylla fuit filia Phorci

Tum ſeducta loco.& laxata lucida nocte
Clauſtra nitent:quæ ſecreti per limitis vmbrā
Elyſios ducunt campos.hic turba piorum.
Nec ſtygio in regno cœli:nec poſta ſub axe.
Verum vltra oceanum ſacro certamina fonti
Lætheos potat latices obliuia mentis.
Extrema hinc auro fulgens iam lucis honorem
Sentit:& ad moto ſplendet ceu ſydere lunę.
Hac animę cęlum repetunt.ac mille peractis
Oblitę ditem redeunt incorpora luſtris.
Has paſſim nigrũ pandens non lurida rictum
Itq; reditq; vias.& portis omnibus errat.
Tum iacet ī ſpatium ſine corpore pigra vorago.
Limoſiq; lacus late exundantibus vrit
Ripas ſęuus aquis phlegetō:& turbine anhelo
Flammarum reſonas ſaxoſa incendia torquet.
Parte alia torrens cocytos ſanguinis atri
Vorticibus furit:& ſpumanti gurgite fertur.
At magnis ſemper diuis:regiq; deorum
Iurari dignata palus.picis horrida riuo
Fumiferum voluit ſtyx inter ſulphura limum
Triſtior his acheron ſanie:craſſoq; veneno
Aeſtuat:& gelidam eructās cũ murmure harenā
Deſcendit nigra lentus per ſtagna palude.
Hanc optat ſaniem non vno cerberus ore.
Hęc & teſſiphōes ſunt pocula:& atra megera
Hic ſitit:ac nullo rabies extinguitur hauſtu.
Vltimus erumpit lachrymarum fōtibus amnis.
Ante aulam:atq; aditus:& inexorabile limen
Quarta cohors omni ſtabulante per auia mōſtro
Excubat:& manes permixto murmure terret
Luctus edax:macieſq; malis cōes addita morbis
Et mœror paſtus fletu :& ſine ſanguine pallor
Curęq;:inſidięq;:atq; hinc queribunda ſenectus.
Hinc angens vtraq; manu ſua guttura liuor.
Ft deforme malum ac ſceleri procliuis egeſtas.
Errorq; infido greſſu:& diſcordia gaudens
Permiſcere fretum cœlo:ſed & hoſtia ditis
Centenis ſuetus briareus recludere palmis:
Et ſphynx virgineos rictus infecta cruore
Scyllaq; centauriq; truces:vmbręq; gygantum.



Cerberus hic ruptis peragrat cũ tartara viclis
Non ipſa allecto:nec fœta furore megera
Audet adire ferum:dũ fractis mille cathenis
Viperea latrans circunligat ilia cauda.
Dextrē vaſta comas:nemoroſaq; brachia fũdit
Taxus cocyti rigua frondoſior vnda
Hic diræ volucres:paſtuſq; cadauere vultur:
Et multus bubo ac ſparſis ſtrix ſanguīe pennis
Harpygiæq; fouent nidos:atq; oibus hærent
Condenſæ folijs:ſæuit ſtridoribus ardor.
Has inter formas cōiunx iunonis auernę
Suggeſtu reſidens cognoſcit crimina regum:
Stant vincti:ſeroq; piget ſub iudice culpę.
Circumerrant furiæ:pœnarũq; omnis imago:
Quā vellēt nunq̄ ſceptrix fulſiſſe ſuperbis.
Inſultant duro imperio:non digna nec æqua
Ad ſuperos paſſi manes:quæq; aū profari
Non licitũ viuis:tandem permiſſa querũtur.
Tunc alius ſęuis religatur rupe cathenis.
Aſt alius ſubigit ſaxũ:perq; ardua montis.
Vipereo domat hunc æterno megera flagello.
Talia lętiferis reſtant patienda tyrannis.
Sed te maternos tempus cognoſcere vultus:
Cuius primo venit non tardis paſſibus vmbra:
Aſtabat:fœcunda iouis pomponia furto.
Nanq; vbi cognouit latio ſurgentia bella
Pœnorum venus inſidias ante ire laborans
Iunonis fuſa ſenſim per pectora patrem
Implicuit flamma:quę improuiſa fuiſſent:
Sydonia iliacas nunc virgo accenderet aras:
Ergo vbi guſtatus cruor:ammonuitq; ſybilla
Et dedit alternos ambobus noſcere vultus:
Sic iuuenis prior:o magni mihi numinis inſtar
Cara parens:quā te vt nobis vidiſſe liceret
Optaſſem ſtygias:vel lætho intrare tenebras:
Quæ ſors noſtra fuit:cui te cũ prima ſubiret:
Eripuit ſine honore dies:& funere carpſit:
Excipit his mater:nullos o nate labores
Mors habuit noſtra:ęthereo dũ pōdere partũ
Exoluor:miti dextra cyllenia proles
Imperio iouis eliſias deduxit ad oras.

verſa in mōſtrum marinũ. Ferum:ipſum cer
berum. ſic Virgilius ſubſtantiue. In latus in=
que feri curuā compagibus aluũ. Taxus:eſt
arbor funebris & dira. Diræ volucres: mali
omnis:vt bubo.& cæteræ aues dirę. Stryx:a
uis fantium.harpyæ tres fuerunt Aello:occi
pete:& celeno. tenuerunt ſtrophadas iſulas.
Coniunx: Pluto maritus Proſerpinæ quæ
dicitur ad differentiam Iuno inferna. Sug=
geſtu: pulpito ſiue toro: vt decet regem.
Quam vellēt:inſultat regibus:quos dicit
optare apud inferos nunquam habuiſſe re=
gna cum tot tormēta patiatur:& ipſe vmbrę
regibus inſultant:quæ in vita paſſæ ſunt ab
ipſis iniuſtitiam. Manes: ipſæ vmbræ.
Ad ſuperos:ſub hoc cœlo diu viuerēt ſub
regibus. Religatus rupe:hic eſt prome=
theus:qui fuit ligat⁹ caucaſo. Aſt alius:hic
eſt ſiſyphus:qui ſaxũ aduerſo monte voluit
Maternos vultus:pomponiam matrem.
Furto:occulto concubitu. Furta dicunt
adulteria.vnde Iuuenalis. Me nemo mi=
niſtro fur erit.& dulcia furta canunt poetæ.
Namque vbi cognouit:fictio poetæ inlau
dem. Scipionis. Patrem. Iouem. erat
enim filia iouis venus. Flamma. amoris
ſcilicet:niſi hæc inquit prouiſa fuiſſent a ve=
nere iam virgines punicæ in aris romanis ſa
crificarent: ideſt iam carthaginenſes roma=
no imperio potiti eſſent. O magni. verba.
Scipionis ad vmbram maternam apud Ho=
merum in odiſſea:mater Vlyxis prior allo=
quitur filium his verbis: Fili mi quomodo
tenebras ſubiſti cum tu ſis viuus:difficile eſt
enim hæc in ſpici aviuentibus. Inſtar ma=
gni numinis:quam veneror:vt magnum nu/
men optaſſem inquit mori mater:vt te vide/
re licuiſſet. Vel:etiam morte huc venire.
Pietas laudatur ac pionis erga matrem.
Quæ ſors.noſtra fuit:quæ fortuna:vt pri
ma dies qua natus ſum eriperet te mihi. nā
in partu periſt pomponia. & cæſa matre ho
mines auſpicatius naſcuntur:autore Plinio.
Aethero pondere:diuina prole. ideſt te
quieras filius Iouis. Cyllenia proles mer=
curius qui deducebat animas ad loca infero
rum Genitrix alcidæ Alcmena mater her=
culis. Læda mater: Caſtoris & pollucis re
gina laconũ. Sola dicaperē:aperit pōponia
quō ex iouerſo in anguē cōceperit Scipionē
ſic olympias cōcepit alexādrũ magnũ Diſceſ
ſit in auras : ante inquit mortua ſum.quam/
potuerim tibi aperire te eſſe iouis filium.
Ter fruſtra: ſic virgilius. Ter fruſtra com
prenſa manus effugit imago.&Vlyxes apud

Homerꝰ de matre inqt: Sed ego ſcupidus volui vmbram mortuæ matris capere ter conatꝰ erã. animus hortabaẗ ter ex manibus ſimilis vmbrę euolauit. Simulacra: vmbræ. P. Gn. Scipionum. Virum: virorum. Campo manortis: campo martio: tali ſepulcro ornabantur hi: qui pro patria ſine magiſtratu: aut in magiſtratu mortui eẽnt quem admodũ his ſcipionibus acciderat. Ipſa quidem virtus: verba Scipionis ad filium. & loquitur maxime ex ſententia ſtoicorum: qui dicebant virtutem ſe ipſa contentam eſſe & cõtemnere caſus humanos: culpaq; omni vacantem præter ſeipſã nihil ad ſe ptinere Virtus eſt ſibi mercespulcherrima: quoniam expetenda ẽ propter ſe. & ipſum honeſtum etiam ſi a nullo laudetur: tamen natura ſua laudabile eſt. Honeſtum inquit Seneca ob nullam aliam cauſam: quã quia honeſtũ ſit colitur. & alibi dicit: Recte facti feciſſe merces eſt. Dulce tamẽ: quãuis inquit Scipio virtus ſit contenta ſe ipſa: & non pendeat a laude populari: tamen dulce eſt cum remanet apud ſuperos gloria. & gratia defunctorum. & nec memoria illorum venit in obliuionem. Per cauſas noſtri lœthi: ideſt oro te per omne id quod fuit cauſa noſtrę mortis: ideſt per ardores belli. & cupiditatẽ moriendi pro patria: & ꝓductiones. q̄ nos in cladem traxerunt. ergo inqt moderare furori bellico: ne & tu idem patiaris. Furori martis: noli nimiũ indulgere bellico furori: ne cadas vt nos: Adhibe inqt modũ ꝑlijs ineundis. Tarteſſia tellus. hiſpania a Trateſſo oppido. de quo dictũ eſt & nos etiã inqt fecimꝰ ne ſaguthini eſſent ãpliꝰ ſub hoſte. Miſeræ: ꝓpter incendium: quod ab Annibale perpeſſa ẽ. Germanus: Aſdrubal. Peterẽ cũ victor P. & Gn. Scipiones ex hybernis profecti copias cõiunxerunt: conſiliumq; iniere: vt aſdrubalẽ tendentem in italiam retinerent. Tres hoſtium exercitus erãt: & imperatores Aſdrubal giſgonis filius. Mago. & Aſdrubal frater ãnibalis. Gneus cũ quarta parte veteris exercitus celtiberis adiunctis cum Aſdrubale bellũ gerebat. P. Scipio aduerſus magonem: & alterũ Aſdrubalem. aſdrubal cum exiguũ ex-

Attribuitq; pares ſedes: vbi magna moratur
Alcidę genitrix: vbi ſacro munere lęda.
Verum age nate tuos ortus: ne bella paueſcas
Vlla: nec in cælum dubites te tollere factis:
Quando aperire datur nobis: nunc deniq; diſce.
Sola die caperem media cum forte petitos
An requiem ſomnos: ſubitus mihi membra ligauit
Amplexus: non ille meo veniente marito
Aſſuetus: faciliſq; mihi: tum luce coruſca
Implebat quanq̄ languentia lumina ſomnus:
Vidi crede iouem: nec me mutata fefellit
Forma dei: quod ſqualentem conuerſus in anguẽ
Ingenti traxit curuata volumina gyro.
Sed mihi poſt partum non vltra ducere vitam
Conceſſum: heu q̄tum gemini: quod ſpiritus ante
Hęc tibi q̄ noſcenda darem diſceſſit in auras.
His alacer colla amplexu materna petebat.
Vmbraq; ter fruſtra per inane petita fefellit.
Succedunt ſimulacra virum concordia patris:
Vnanimiq; ſimul patrui: ruit ipſe per vmbram
Oſcula vana petens iuuenis: fumoq; volucri.
Et nebulis ſimiles animas apprendere certat.
Quis te chare pater: quo ſtabant itala regna:
Exoſus latio deus abſtulit? hei mihi nam cur
Vlla fuere adeo: quibus a te ſæuus abeſſem
Momenta? oppoſito mutaſſem pectore mortem
Quantos funeribus noſtris gens itala paſſim
Dat gemitus? tumulus vobis cenſente ſenatu
Mauortis gemitus ſurgit per gramina campo.
Nec paſſi plura in medio ſermone loquentis.
Sic adeo incipiunt: prior hęc genitoris imago.
Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces.
Dulce tamen venit ad manes: cum gloria vitę
Durat apud ſuperos: nec edunt obliuia laudem.
Verum age fare decus noſtrum te q̄ta fatiget
Militia: heus quotiens intrat mea pectora terror:
Cum repeto q̄ ſęuus eas: vbi magna pericla
Contingunt tibi: per noſtri fortiſſime læti
Obteſtor cauſas martis moderare furori.
Stat tibi ſunt documenta domus octaua terebat
Arentem culmis meſſem crepitantibus ęſtas:



Exquo cuncta mihi calcata: meoq; ſubibat
Germano deuexa iugum tartheſia tellus.
Nos miſere muros & tecta regnata ſaguntho
Nos dedimus betim nullo potare ſub hoſte.
Nobis indomitus conuertit: terq; quaterq;
Germanus terga annibalis. proh barbara nunq̄
Impolluta fides: peterem cum victor adeſum
Cladibus aſdrubalem: ſubitoq; venale cohortes
Hiſpanę vulgus: libyco quas fecerat auro
Aſdrubal: abrupto liquerunt agmine ſigna.
Tunc hoſtis ſocio deſertos milite multum
Ditior ipſe viris ſpiſſo circundedit orbe:
Non ſegnis nobis: nec inultis nate peracta
Illa ſupræma dies: & aude nidiſſimus æuum.
Excipit inde ſuos frater coniungere caſus.
Excelſę turris poſt vltima rebus in arctis
Subſidium optaram: ſupremaq; bella ciebam.
Fumantes tædas: ac lata incendia paſſim
Et mille iniecere faces: nil nomĩe læthi
De ſupis queror: haud ꝓuo data mẽbra ſepulcro
Noſtra cremauerunt in morte hærẽtibus armis.
Sed me luctus habet: geminę ne clade ruinæ
Ceſſerit affuſis oppreſſa hiſpania pœnis.
Contra quę iuuenis turdato fletibus ore.
Dij quæſo vt merita eſt dignas pro talibus vſis
Carthago expendat pœnas: ſed continet acres
Pyrenes populos: qui veſtro marte probatus
Excepit feſſos. & notis martius armis
Succeſſit bello: fuſos quoq; fama ferebat
Victores acie: atq; exacta piacula cędis.
His lęti rediere duces loca amœna piorum:
Proſequiturque oculis puer aduenerat euntes:
Iamq; aderat multa vix agnoſcendus in vmbra.
Paulus: & epoto fundebat ſanguine verba.
Lux italum: cuius ſpectaui martia facta
Multum vno maiora viro: deſcendere nunc te:
Atq; habitanda ſemel ſubigit quis viſere regna?
Quem contra tales effundit ſcipio voces.
Armipotens ductor: q̄ ſunt tua fata per vrbem
Lamentata diu: q̄ pene ruentia tecum
Traxiſti ad ſtigyas œnotria tecta tenebras.

ercitum in caſtris romanorum vidiſſet & ſpem omnem in celtiberorum auxilijs eſſe: peritus omnis barbaricę perfidiæ facili linguæ commertio: cũ vtraq; caſtra plena hiſpanorum eſſent: per occulta colloquia paciſciẗ magna mercede cum celtiberorũ principibus: vt copias ab exercitu romano abducerẽt ſignis repente ſublatis celtiberi abeũt: nil aliud reſpondentes romanis quærẽtibus cauſam diſceſſus q̄ domeſtico ſe auocari bello. P. ſcipio pari terrore cõcutiebaẗ. nam aderat Maſiniſſa amicꝰ carthaginenſium: & tunc nouus hoſtis qui caſtra romana obequitabat. tandẽ cumventum eſſet ad pugnam: Scipionis ſuos hortantis & offerentis ſe vbi plurimus labor eſſet latus dextrum lãcea traijcitur. Gneus poſtea cecidit in quadam turri obſeſſus vt in principio dictum eſt. Cohortes hiſpanę: celtiberi milites. Venale vulgus: nam preciũ & mercedem acceperunt pro diſceſſu. Excipit: ſubſequutus eſt Gneus ſcipio qui fuerat obſeſſus in turri. Poſt vltima iam acie noſtra verſa in fugam. Nil nomine læthi: non queror de tali genere mortis: quod forte videtur ignauum: quoniam fui crematus in ipſa turri armatus. Sed me luctus habet laus eſt. Gnei a pietate patriæ. Affuſis: ſparſis poſt noſtram cędem per omnẽ hiſpaniam. Martius: poſt mortem Scipionum cum deletus exercitus: amiſſæq; hiſpaniæ viderentur: vir vnus has reſtituit. erat in exercitu. L. Martius ſeptimi filius eques romanus impiger iuuenis Gnei per tot annos diſciplina edoctus: qui iunctus cum. T. Fonteio. P. Scipionis legato rem romanam vſq; ad Scipionis aduentum tutatus eſt. Ferebat. dicebat. Ductores. Aſdrubalem & Magonem ſuos eſſe a Martio: & fama etiam ferebat Martium ſũpſiſſe piaculum veſtræ cædis. Exacta. ſumpta. Lux italum: verba Pauli ad Scipionem.

Oenotria:romana.Flaminius ceci
dit ad Traſimenũ.Graccus in Luca-
nia.Seruilius in pugna cannenſi.Pri-
ſcos manes:vmbras priſcorũ.Brutus
primus cõſul ſecuri filios percuti iuſ
ſit: cum de reducẽdis tarquinijs age
rent cũ aquilijs: & vitellijs. Filij Bru
ti erant:Titus& tyberius. Seua:cru
deli in necẽ filiorꝫ. Camillum:qui re
cuperauit romã captã a gallis: vñ lau
de æquabat ſuperos. Curium : Ma-
nius Curius de Pyrrho & ſamniti-
bus triũphauit: cui ad focum ſeden-
ti cum magnũ auri põdus attuliſſẽt
ſamnites repudiati ab eo ſunt.nõ enĩ
aurum habere ſibi videri preclarũ di
xit:ſed habentibus aurum imperare
ideo dicit poeta curiũ nũq̃ fuiſſe ami
cum auro.Orbus viſus:cæcus.Appiꝰ
Claudius cæcus pacem inire cũ pyr-
rho grauiſſima oratione diſſuaſit. ad
Appij Claudij ſenectutẽ inquit Cice.
Accidit etiam vt eſſet cæcus: tamẽ is
cũ ſententia ſenatus inclinaret ad pa-
cem: & fœdus faciendũ cum Pyrrho
non dubitauit dicere:Quo vobis mẽ-
tes rectę quæ ſtare ſolebant.Antehac
dementi ſeſe flexere ruina.quibusver
bis perſuaſit non eſſe ineũdam pacẽ
cum pyrrho. Tulit ille: Horatius co
cles de quo ſupra. Regẽ:Porſenam:
qui romam obſedit poſitis in ianicu-
lo caſtris:vt redduceret tarquiios. Po
ne:poſt ſe reſciſſo ponte ſublitio.tan-
dem deſilijt in aquam:& ad ſuos ena
uit redeuntia regna.tarquinios cupiẽ
tes redire in regnum. Luctatius :vicit
pœnos nauali pugna apud egates.&
triumphauit:de fœdere tunc icto cũ
Amilcare dictum eſt. Eluctatus:co
natus trãſcẽdere.Amnes:Ticius Tre
bia aufidus. Decimum modo : verba
Amilcaris. Maior: q̃ venerat:audito
bello quo Annibal romãos vrgebat.
Qui iura ſub armis:de decemuiris lo
quitur.Romani.P.poſthumiũ album
M.Manliũ .P.Sulpitiũ camerinũ le-
gatos athẽas miſerũt: vt iclytas leges
deſcriberent.& aliarum græciæ ciui-
tatũ inſtituta mores: iuraq; noſcerẽt:
quibus romã reuerſis decemuiri cre-
ati fuerũt : Appius Claudius.T.Ge-
nutius.P.Sextius.L.Vetrurius.C.Iu-
lius.A.Mãlius.P.Sulpitius.P. Curia
tius.T.Romuleus. Sp. Poſthumius.

Tum tibi defuncto tumulum ſydonius hoſtis
Conſtituit:laudemq; tuo quæſiuit honore.
Dumq; audit lachrymans hoſtilia funera paulus
Ante oculos iam flaminius:iam graccus:& ęgro
Abſumptus cannis ſtabat ſeruilius ore.
Appellare viros erat ardor:& addere verba:
Sed raptabat amor priſcos cognoſcere manes.
Nunc meritum ſęua brutum immortale ſecuri
Nomen:nunc ſuperis æquantem laude camillum.
Nunc auro curium:nonnunq̃ cernit amicum:
Ora ſybilla docet venientum:& nomina pandit.
Hic fraudes pacis:pyrrheumq; a limine portæ
Deiecit viſus orbus:tulit ille ruentem
Tybridis in ripas regem.ſoluſq; reuulſo
Pone ferox ponte excluſit redeuntia regna.
Si tibi dulce virum:primo qui fœdera bello
Phœnicum pepigit vidiſſe:hic medius ille
Aequoreis victor cum claſſe luctatius armis.
Si ſtudium:& ſæuam cognoſcere amilcaris vmbrã:
Illa eſt cerne procul.cui frons nec morte remiſſa
Irarum ſeruat rabiem:ſi iungere cordi eſt
Colloquium:ſine guſtato det ſanguine vocem.
Atq; vbi permiſſum:& ſitiens ſe impleuit imago.
Sic prior increpitat:non miti ſcipio vultu:
Talia ne o fraudum genitor ſunt fœdera vobis?
Aut hęc ſicania pepigiſti captus in ora?
Bella tuus toto natus contra omnia pacta
Exercet latio:& perruptis mollibus alpes
Eluctatus adeſt.feruet gens italia marte
Barbarico:& refluunt obſtructi ſtragibus amnes
Poſt quę pœnus ait:decimũ modo cœpera tannũ
Exceſſiſſe puer noſtro cum bella latinis
Concepit iuſſu.licitum nec fallere diuos
Iuratos patri:quod ſi laurentia vaſtat
Nunc igni regna.& phrygias res vertere temptat
O pietas:o ſancta fides:o vera propago:
Atq; vtinam amiſſum reparet decus.inde citato
Celſus abit greſſu:maiorq; receſſit imago.
Exin deſignat vates:qui iura ſub armis
Poſcenti dederint populo:primiq; petitas
Miſcuerint italis pyreo littore leges.



Lætatur:ſpectatq; virum inſatiabilis ora
Scipio:& appellet cunctos:ni magna ſacerdos
Ammoneat turpe innumerę: quot milia toto
Credis in orbe puer luſtras cum ſingula viſu
Dęſcendiſſe herebo:nullo non tempore abundans
Vmbrarum huc agitur torrens:vectatq; capaci
Agmia mole charon:& ſufficit improba puppis.
Poſt hæc oſtendens iuueni ſic virgo profatur.
Hic ille eſt tellure vagus:qui victor in omni
Curſu ſigna tulit:cui peruia bactra dachæq;:
Qui gangem bibit & pelleo ponte nyphaten
Adſtrinxit:cui ſtant ſacro ſua mœnia nilo.
Incipit æneades.libyci certiſſima proles
Ammonis quanto exuperat tua gloria cunctos
Indubitata duces? ſimiliq; cupidine rerum
Pectora noſtra calent quæ te via ſcire ſuperbum
Ad decus & ſummas laudum perduxerit artes.
Ille ſub hæc:turpis lenti ſollertia martis
Audendo bella expedias:pigra extulit aſtris
Haud vnq̃ ſeſe virtus:tu magna gerendi.
Precipita tempus:mors atra impendet agenti
Hęc effatus abit:creſi mox aduolat vmbra.
Atq; hic elyſio tendentem limite cernens
Effigiem iuuenis caſtę cui vitta ligabat
Purpurea effuſos per colla nitentia crines
Dic ait hic quinam virgo :nam luce refulget
Præcipua frons ſacra viro:multæq; ſequuntur
Mirantes animę:& læto clamore frequentant.
Qui vultus quem ſi ſtygia non eſſet in vmbra
Dixiſſem facile eſſe deum:non falleris inquit
Docta comes triuiæ:meruit deus eſſe videri.
Et fuit in tanto non paruum pectore numen.
Carmine complexus terram:mare:ſydera:manes:
Et cantu muſas.& phœbum ęquauit honore.
Atq; hęc cuncta priuſq̃ cerneret ordine terris
Prodidit:& veſtram tulit vſq; ad ſydera troiam:
Scipio perluſtrans oculis lętantibus vmbram
Si nunc fata darentur romula facta per orbem
Hi canerent vates quanto maiora futuros. s
Facta eadem intrarent hoc inquit teſte nepote:
Fœlix ęacide cui tali contingit ore

Pyreo littore: athenienſi : eſt enim
pyreus portus athenarum.Iura ſub ar
mis:quoniam decem viri gubernabãt
rem publicam. & habebant habenas
rerum.&ideo dicit ipſos ſub armis de
diſſe iura populo. Charon : portitor
ad ſtygem paludem Improba inſa-
tiabilis. Hic eſt ille. Alexander ma
gnus ſcilicet. Bactra magna ciuitas:
quæ nomen dedit Bactrianæ regioni
ſupra perſidem Dachæq;.dachę ſũt
populi orientis ſupra bactrianos qui
ſe. Alexandro dederunt cæſo eorum
duce Spitamene vt ſcribit Curtius li.
xij.ab vxore perempto capiteq; eius
Alexandro oblato.ganges eſt fluuius
indię. Niphatem:fluuium armenię.
Pelleo:conſtructo ab Alexandro pel-
leo ad ipſum niphatem. Sua mœ-
nia:alexandria ęgyptia alia erat ad ra
dices caucaſi. Sacro:omnia flumina
magna appellantur ſacra a poetis.
Aeneades. Scipio. Lybici certiſſi-
ma proles: verba Scipionis ad Alexã
drum qui habiturus eſt filius Iouis
Ammonis. Turpis. reſpondet ale-
xander. Lenti:pigri. Turpis infa-
mis quoniam decet imperatorem eſſe
diligentem & ſolertem ne circunue-
niatur: ſed armis & conſilio hoſtibus
præualeat. pigra virtus inquit nunq̃
cœlum petijt : ſed ardens & ſolers.
Præcipita tempus :accelera quaſi di
cat propera ad gloriam ſine aliqua cũ
ctatione priuſq̃ mors impediat quæ le
ge naturæ ſinguls horarum momen-
tis impendet. Crœſus:rex lydorum
ditiſſimus fuit ſed apud inferos æqua
tus erat pauperibus. Vita purpurea:
quoniam vates erant phœbi ſacerdo-
tes : vnde Papinius in Achille : Nec
mea nunc primis albeſcunt tempora
vittis. deſcribitur vmbra Homeri. Sa
cra: dicata phœbo & diuina. Comes
triuiæ:Sybilla comes Proſerpinæ.

Non paruum numen: ſpiritus
ille diuinus & furor poeticus. Hæc
cuncta: loca inferorum quæ cecinit Ho
merus in.xi.odyſſeæ: Veſtram troiam:
a qua Romani ducunt originem. Fœlix
ęacide: hæc eadem fuerãt verba alexãdri
magni cũ veniſſet ad ſepulchrũ achillis i
ſigeo promontorio: dixit enim o fortũa
te adoleſcens qui geſtorum tuorum præ
conem homerũ habuiſti. Aeacide: achil
le. Aiacis: thelamonij: ſcilicet qui fuit
heros fortiſſimus & ſecundus ab Achille.
Atridas: agamemnona & menelaum.
Ithacum: Vlixem. Corde: ſapientia &
prudentia. Peleia facta: geſta achillis
filij Pelei. Alternam lucem: quoniam
alternis menſibus viuunt. Victuram:
paulo poſt. Lauinia: vxor æneæ filia
latini regis aboriginum. Lux: dies ſu=
perueniens: herſilia fuit vxor Romuli &
nurus Martis. Gens vicina: Sabini cæ
terique finitimi ſpernebant affinitates
Romanorum quos tunc latrones appel=
labant. Hirſutos procos horridos &
paſtorales. Reuocauit ab armis: nam
procedens in mediam aciem cum alijs
mulieribus pręlium diremit: Plutarchus
ait: cum vtrinqꝫ acies conſtitiſſent ſabi
næ mulieres cum gemitu & vlulatu ha=
bentes in vlnis infantulos inter media te
la prouolant clamantes vt ſanguini par=
cerent quo ſpectaculo fœdus ictum fuit.
Carmentis: aliter dicitur Nicoſtrate ma
ter fuit euandri fatidica & a carmine ap
pellata eſt: ideo præſaga ideſt vaticina=
trix. Tanaquil: fuit vxor Tarquinij pri
ſci & ipſa vates. Ventura regna: nam
cum lucumo maritus comitante vxore
Romam migraret ex tarquinijs vrbe he
truriæ & ad ianiculum perueniſſet aqui=
la cœlo lapſa pileum ex capite lucumo=
nis eripuit ac deinde repoſuit vxor tana
quil regnum vrbis marito portendi tali
augurio dixit: quod poſtea ſequutum
eſt: & ipſe lucumo tarquinius priſcus ap
pellatus eſt. In alite: aquila. Dextros.
propitios. Lucretia vxor collatini pudi=
ciſſima & per vim atqꝫ fraudem ſtuprata
a Sexto tarquinio ſibi mortem conſciuit
quã principẽ romãę pudictię appellat Va
lerius. Non datur heu tibi Roma: ex=
clamat cum dolore poeta ꝙ roma non
habeat mulieres talis pudicitiæ tempo=
re ſuo Hanc laudem: ſcilicet pudicitiæ:
quoniam luxuria iã irrepſerat in locũ pu

Gentibus oſtendi: creuit tua carmine virtus.
Sed quę tanta adeo gratantum turba requirens
Heroum effigies maioreſqꝫ accidit vmbras.
Inde viro; ſtupet ęacide: ſtupet hectore magno:
Aiaciſqꝫ gradum: venerandaqꝫ neſtoris ora
Miratur geminos aſpectans lætus atridas
Iamqꝫ ithacum corde ęquantem peleia facta.
Victuram hinc cernit lędei caſtoris vmbram
Alternam lucem peragebat in æthere pollux.
Sed ſubito vultus monſtrata lauinia traxit.
Nam virgo admonuit tempus cognoſcere manes
Fœmineos ne cunctantem lux alma vocaret
Fœlix hæc inquit veneris nurus ordine longo
Troiugenas iunxit ſociata prole latinis.
Vis & martigenę thalamos ſpectare quirini?
Herſiliam cerne: hirſutos cum ſperneret olim
Gens vicina procos paſtori rapta marito
Inſtrauit caſę culmiqꝫ e ſtramine fultum
Preſſit læta torum: & ſoceros reuocauit ab armis.
Aſpice carmentis greſſus euandria mater
Hęc fuit. & veſtros tetigit præſaga labores:
Vis & quos tanaquil vultus gerat? hęc quoqꝫ caſtę
Augurio valuit mentis: venturaqꝫ dixit
Regna viro: & dextros agnouit in alite diuos.
Ecce pudicicię latium decus inclyta læti
Fert frontem: atqꝫ oculos terrę lucretia fixos.
Nõ datur heu tibi roma: nec ẽ quod male deceret
Hanc laudem retinere diu. virginia iuxta
Cerne cruentato vulnus ſub pectore ſeruat
Triſtia defenſi ferro monumenta pudoris.
Et patriã laudat miſerando in vulnere dextram
Illa eſt quæ tybrim quę fregit lydia bella.
Nondum paſſa marem. quales optabat habere
Quondã roma viros cõtẽptrix clęlia ſexus:
Cum ſubito aſpectu turbatus ſcipio poſcit
Quæ pœnę cauſa: & qui ſint in crimine manes.
Tũ virgo patrios fregit quæ curribus artus:
Et ſtetit adductis ſuper ora trementia frenis.
Tullia non vllos ſatis exhauſtura labores
Ardenti flegetonte natat fornacibus atris.
Fons rapidus furit: atqꝫ vſtas ſub gurgite cautes



Egerit: & ſcopuli pulſat flagrãtibus ora.
Illa autẽ quę tondetur pręcordia roſtro
Alitis: en quantum reſonat plagentibus alis
Armiger ad paſtus rediẽs iouis: hoſtibꝰ arcẽ
Virgo ĩmane nephas adamato prodidit auro
Tarpeia: & pactis reſerauit clauſtra ſabinis.
Iuxta nonne vides? neqꝫ eni leuiora domãtur
Delicta: illatrat ieiunis faucibus orcus.
Armenti quondam cuſtos ĩmanis iberi
Et morſu petit: & polluto euiſcerat vngue.
Nec par pœna tamen ſceleri: ſacraria veſtæ
Polluit exuta ſibi virginitate ſacerdos.
Sed ſatis hæc vidiſſe ſatis: mox, deĩde videnti.
Nunc aĩas tibi quæ potant obliuia paucas
In fine enumerare paro: & remeare tenebris.
Hic marius: nec multa dies iam reſtat ituro
Etheriã in lucem: veniet tibi origine parua
In logũ imperiũ conſul: nec ſylla morari
Iuſſa poteſt: aut amne diu potare ſoporo.
Lux vocat: nulli diuũ mutabile fatum
Imperiũ hic primus rapiet: ſed gloria culpę
Quod reddet ſolus: nec tãto in nomĩe quiſquã
Exiſtet ſyllæ qui ſe velit eſſe ſecundum.
Ille hirta cui ſubrigitur coma frõte decorum
Et gratum terris magnus caput: ille deum gẽs
Stelligerũ attollens apicem troianus iulo
Cæſar auo: quãtas moles cum ſede recluſa
Hac tãdẽ erũpẽt: terraqꝫ mariqꝫ mouebunt:
Heu miſeri quotiẽs toto pugnabitur orbe.
Nec leuiora lues ꝙ victus crimina victor.
Tũ iuuenis lachrimãs reſtare hęc ordine duro
Lamentor rebus latijs ſed luce remota
Si nulla eſt venia & merito mors ipſa laborat:
Perfidiæ: pœnus quibus aut flegetõtis invndis
Exuret ductor fœdus: aut quę digna renatos
Ales in æternũ laniabit morſibus artus?
Ne metue exclamat vates: non vita ſequetur
Inuiolata virum: partia non oſſa quieſcent.
Nanqꝫ vbi factus opũ magnę certamĩe pugnæ
Pertulerit vinci turpenqꝫ orare ſalutem.
Rurſus bella volet macetũ ĩſtaurare ſub armis.

dicitiæ. Virginia: quam appius decemuir
ardẽs claudio libidinis miniſtro pro tributra
li vt ſerua natã adiudicauit: pater virginiꝰ ab
algido accitus alanio cultro abrepto pectus
filiæ confodit pudicæqꝫ interemptor inquit
Valerius ꝙ corruptæ pater eẽ maluit: & ſic
alienæ libidini filiam eripuit. Illa eſt: clelia ẽ
hæc de qua dictum eſt. Lydia. porſenæ he=
truſci. Tullia. filia Seruij Tullij fuit ſuper
cuius interempti corpus carpentum egit. vn
de ſcelerata dicta eſt & etiam vicus vbi id fu
it ſceleratus dictus. Adductis. contractis:
& ſic atrocitas immo feritas tulliæ deſcribi=
tur quæ contrahebat habenas equorum vt
ſuper paternum cadauer diutius immorare
tur: in vndis ergo phlegetontis dabat huius
impietatis pœnas. Furit. feruet æſtuat:
quoniam bulit aqua. Egerit. emittit ſa=
xa ignita. Pulſat. verberat & tundit ora ip
ſius tulliæ. Tarpeia. prodidit arcem Sabinis
tempore Romuli capta armillis quas illi in
brachijs geſtabant: & illic obruta hoſtium
ſcutis nomen loco dedit: nam capitolina arx
& rupes denominata eſt tarpeia ab hac virgi
ne. poſtea capitolium nomen accepit a capi
te humano illic effoſſo cum fundamenta ia=
cerentur. Cuſtos armentis hiberi. Gerion ce
ſus ab Hercule de quo ſupra. hunc appel=
lat orcum qui & morſu & vnguibus lacerat
inceſtas. ideſt ſacerdotes veſtæ quæ virgini=
tatem non ſeruarunt. Tria igitur ſunt ſuppli
cia tarpeiæ & ſacerdotis inceſtæ. Ieiunis.
rabidis. Euiſcerat. laniat Polluit. violauit
depoſita virginitate. inceſtæ quondam viuæ
defodiebantur Marius. arpinas fuit & ſep
ties conſul. Origine parua. obſcuris nata=
libus & municipio arpinati. In longum.
quoniam fuit ſepties conſul. Iuſſa. leges fa
torum quibus cogitur redire ad ſuperas o=
ras. L. Cornelius ſylla vbi victor Marianos
oppreſſit dictaturam inuaſit: & ſic a rebus
geſtis fœlicem appellauit. Quod reddet
ſolus. quoniam ſylla tandem depoſuit dicta
turam dicens ſe velle reddere rationem ad=
miniſtratę reipu. poterit inquit gloriari ꝙ ip
ſe ſolus reſtituit imperiuꝫ: non enim habuit
ſecundum. Cæſar poſt ipſum voluit eſſe per
petuus dictator & gladius ciuium illi dicta=
turam eripuit. In tanto nomine. dictato=
ria poteſtate. Magnus. Pompeius: qui a de
uicta aphrica magnus cognominatus eſt: tã
dem victus a Cæſare in theſſalia ægyptum
malis auibus cõtendens ab achila & photio
iuſſu Ptolemęi obtrũcatꝰ eſt. Ille deũ gẽs. Iu
lius Cæſar q originẽ hẽbat a iulo veneris ne

pote. Stelligerum apicem.hoc dicit propter cometem qui erat in fronte Cæſaris ſtatuæ:apparuit autẽ cometes in ludis funebribus.C.Cæſaris quos celebrabat auguſtus in patris honorẽ. Quantas moles.bella ciuilia& pluſquam ciuilia quæ fuerunt inter Cæſarem & pompeium. Hac ſede. inferna ſcilicet:ideſt cum ibunt ad ſuperos pugnabunt terra mariqꝫ.Nec leuiora lues.quaſi dicat. Pompeius victus a te Cæſar interficietur & tu interficieris. Victor.Cæſar.Tum iuuenis.ægreferebat Scipio futura bella ciuilia. Laſtijs rebus .romano imperio.Remota luce.Poſt mortem.Laborat.dat pœnasvt meruit.Mors ipſa.ideſt vmbra mortuorum ſi ita eſt inquit vt nulla ſceleris venia ſit apud inferos Annibal crudelis ac ꝑfidus quas dabit pœnas. Renatos. renaſcentes vt dixit de vmbra tarpeiæ & de titio fingitur. Ne metue. vaticinatur ſibylla Annibalis fatum. Magnę pugnæ. quæ fuit ad zamam cum Scipione.

Rurſus bella.tentauit Annibal ſuſcitare bellum pollicens auxilia macedonum: ob quam rem exilio mulctatꝰ eſt vnica naue vt ſcribit Aemylius probus prius cretam deinde in ciliciam peruenit:hinc in ſyriam profectus hæſit antiocho & bellum contra romanos mollitus eſt: quidam volunt ſtatim a Scipione victum conſcendiſſe nauim & nauigaſſe ad antiochum.verior fama tenet factum exulem.Plutarchus dicit cum ſatis conſtet eum deſperatis iam rebus in aſiam profectum exilio mulctatum ad antiochum perueniſſe. Coniuge.himilce. Nato. aſpare. Cilicis tauri. quoniam cilicia eſt pars Aſiæ minoris ad taurum montem & Annibal profectus eſt ad antiochum regem ſyriæ quem hoſtem fecit populo romano. Proh quanto leuius.accuſat Annibalem poeta qui dulcedine vitæ potius ſeruire q̃ mori voluit quod præter decorum tanti imperatoris erat quippe non tanti facere vitam debebat vt ſeruitium toleraret. Aſſyrio regi.antiocho. Falſus cupit.deceptus voti:non enim res ei ex ſententia ſucceſſerat & voto.ſuccubuit quippe antiochus. & Annibal repetitus eſt a romanis. Cupiti motus auſoniæ.belli illati romanis ab antiocho Annibalis ſuaſu. Petet æquora·nauigauit ad pruſiam regem bithynniæ Dubio.incerto quo tendat & quem portum petat. Perſtantibus. perſeuerantibus in repoſcendo Annibalem Romani. T.Quintium flaminium ad pruſiam regem bithynniæ miſerunt cum Annibal euadere non poſſet venenum iam ante ꝑparatum popoſcit liberemus inquiens diuturna cura populum romanum quando mortem ſenis expectare longũ cẽſent nec magnã nec memorabilẽ ex iermi ꝓditiqꝫ flaminius victoriã feret:deide pruſiam execratus venenũ hauſit. Furtiuo. clã ꝑparato ad tales caſus ne in manus romanoꝝ veniret

¶Petri marſi iterꝑtatio i.xiiij.volumẽ Syl.Ita.

Lectite nũc vr̃os. Romani cum bellum nequaq̃ contemnendum in Sicilia oriretur:morſqꝫ tyranni duces magis impigros dediſſet Syracuſanos quam cauſam aut animos mutaſſet Marco marcello

Dãnatuſqꝫ doli deſertis coniuge fida
Et dulci nato linquet carthaginis arces.
Atqꝫ vna profugus luſtrabit cęrula puppe
Hinc cilicis tauri ſaxoſa cacumina viſet.
Proh quanto leuius mortalibus ęgra ſubire
Seruitia:atqꝫhyemes:ęſtus:fugamqꝫ:fretũqꝫ:
Atqꝫ famem:q̃ poſſe mori:ʼ poſt itala bella
Aſſyrio famulus regi:falſuſqꝫ cupiti
Auſonię motus dubio petet æquoravelo:
Donec pruſiacas delatus ſegniter oras
Altera ſeruitia imbellis patiatur in æuo.
Et latebram munus regni : perſtantibus inde
Aeneadis reddiqꝫ ſibi poſcentibus hoſtem:
Pocula furtiuo rapiet properata veneno.
Ac tandem terras longa formidine ſoluet.
Hæc vates. erebiqꝫ cauis ſe rettulit vmbris.
Tum lætos ſocios iuuenis portumqꝫ reuiſit

Liber decimuſquartus.

Electite nunc veſtros heliconis numina cantus
Ortygiæ pelagus ſiculiqꝫ ad littoris vrbes.
Muneris hic noſtri labor eſt: modo daunia regna;
Aeneadũ :modo ſic animos accedere portus.
Aut macetũ luſtrare domos:& achaica rura.
Aut vaga ſardoo veſtigia cingere fluctu.
Vel tyrię quondam regnata mapalia genti.
Extremũqꝫ diem & terrarum iuiſere metas.
Sic poſcit ſparſis mauors agitatus in oris.
Ergo age qua litui qua ducunt bella:ſeq̃mur.
Auſonię pars magna iacet trinacria tellus.
Vt ſemel expugnãte noto &vaſtãtibusvndis
Accepit freta cęruleo propulſa tridente.
Nanqꝫ per occultum cęca vi turbinis olim



Siciliã decernunt:nam poſt Hieronymi tyranni cędem primo tumultuatũ in leõtinis apd̃ milites fuerat vociferatumqꝫ parentãdum regi ſanguine coniuratorum eſſe. Marcellus in Siciliã ꝓfectus ſyracuſas tãdẽ expugnauit.poeta in hoc principio tãgit capita reꝝ quas narraturus eſt:& deſcribit ſitũ & fortunã Siciliæ vrbeſqꝫ etiã q̃ milites ad bellũ miſerũt:repetitqꝫ vota ꝓpter difficultatẽ &variũ martẽ quẽ romani tũc exercuerunt vt patebit.Numina heliconis.muſæ quaꝝ ſedes eſt helicon mons boetiæ. Vir.Pãdite nũc heliconã deæ cantuſqꝫ mouere. Ortigyæ pelagus.enũerat ea circa q̃ muſæ debẽt iã verſari vt poſſit canere.ſ.bellum ſiculũ:appulũ:macedonicũ:ſardoũ:achaicũ:hiſpanũ:& poſtremo libycũ ortigya eſt parua iſula añ ſyracuſas i q̃ fõs eſt arethuſa.Muneris.officij:qm̃ deſcripturꝰ eſt bellũ ſiculũ & Siciliæ vrbes &antiquitatem. Daunia regna.bellum appulum & italum quod erat cum Annibale poſt pugnam cannenſem dum hæc in Sicilia agerentur.

Domos macetum. bellũ geſtum cũ philippo rege macedonũ:miſerũt.n.romani qui tũ cũ ætolis erant milites ad tutãdã maritimã orã cõtra philippũ vt poſtea narrabit.hæc.n.eſt ꝓpoſitio reꝝ narrandaꝝvſqꝫ ad calcẽ opis.Achaica rura.bellũ achaicũ & ætolũ. Regnata mapalia. bellũ libycũ cũ Scipio in aphricã traiecit.Tyrię gẽti.qm̃ tyrij cõdiderũt carthaginẽ & nõnullas alias vrbes in libya.mapalia:& magalia lingua punica dicunt viles domus & paſtorales.Extremũ diẽ.i.hiſpaniã q̃ eſt ad ſolẽ occidentẽ vbi ſcipio vltus eſt mortẽ patris & patrui. Metas.finẽ quoniã vltra hiſpanias & gades eſt oceanꝰ Sic poſcit.ſic reqrit ipſũ bellũ quod varijs regiõibꝰ a romanis geſtũ eſt. Auſoniæ pars magna iacet deſcribit ſiciliã quæ italiæ quondã iuncta erat inde vi ventoꝝ & terremotus mare ſupauit:fecitqꝫ inſulã a qua diuiſiõe oppidũ regiũ nomẽ accepit.ambitus inſulævt placuit thucydidi nõ multo minor eſt nauigatiõe.viij.dieꝝ.poſſidonius ait circuitum eius eſſe .iiij. milia .&.ccc. ſtadi. Agrippa terminauit autore Plinio . dc. & .xviij. milibus paſſuum : Triquetra dicta & trinacria a forma triangulari quam habet cum tribus promontorijs Peloro :Pachino:& Lilibeo : inde Sicania dicta eſt a ſicanis populis poſtea ſicilia quondam inquit Pli .Arutio agro cohærebat:mox interfuſo mari auulſa Noto.vento ſæuiente. Vaſtantibus.irrumpentibus per medium. Accepit:ipſa terra vbi nunc eſt fretum ſiculum. Propulſa.diuiſa & ſũmota neptuni ſceptro.Semel·quoniam poſt illa non potuit coniungi. Cæca vi turbinis occulto impetu.Impactum.immiſſum fretum qđ italiam a ſicilia diuidit.Diſcidit.diuiſit. Medio profundo.aquis per mediũ immiſſis.Tranſtulit.ſegregauit.Rapidus nereus.illud fretum quod diuidit.nereus eſt numen maris quem ponit pro ipſo freto quod habet fluxum & refluxum:& ideo rapiduꝫ nereum appellat. Diuortia.ſegregationem & diuiſionem. Diuiduos. populos ſemel diuiſos non ſinit coniungi. Seuo æſtu.illo freto quod æſtuat fluitqꝫ& refluit.Lucre.ait.Quam fluitans circum magnis anfractibus æquor Ionium glaucis aſpergit virus invndis:Italiæ terrarum oras a finibus eius:Anguſtoqꝫ freto rapidum mare diuidit vndis. Fama eſt.adeo iquit anguſtum eſt fretum vt ex italia latratus canum cantuſqꝫ gallorum exaudiantur.Multa ſolo virtus.deſcribit ſiciliæ dotes quas etiam Strabo·celebrãt:Lucretius ait.li.i.Rebus opima bonis multa munita virum vi. Virtus.fertilitas agrorum.prouentus oleaꝝ & copia vini. Bacho.vino.Strabo loquens de mamertinis ait·cumqꝫ feraciſſimus vini ager ipſe ſit vinũ ipſum mamertinum nuncupauit quod contra italica cuncta & quidem pręſtantiſſima æmulatione certat.

Cornipedem.equum. Virgilius: Arduus inde aggregas oſtentat maxima longæ Mœnia magnanimum quondam genarator equorum.ideo ait Syllius lituis ferendis:quoniam equi aggrigẽti erant apti bellis & clangoribus tubarum. Hybleo nectare.dulci melle:hybla mons ſiciliæ in quo apes optime mellificant vnde mel hybleum dicitur certare cum melle cecropio ideſt hymeto & attico ab hymeto monte atticæ terræ. Accendere.dixit propter flauum colorem ipſius mellis. Cecropias atticas.a cecrope rege attico.

Impactum pelagus lacerata viſcera terræ
Diſcidit:& medio perrumpãs arua ꝓfũdo
Cũ populis pariter cõuulſas trãſtulit vrbes.
Ex illo ſeruãs rapidus diuortia nereus.
Sæuo diuiduos cõiũgi pernegat ęſtu.
Sed ſpatium quod diſſociat cõſortia terræ:
Latratus fama eſt ſic arcta interuenit vnda:
Et matutinos volucrum tranſmittere cãtus
Multa ſolo virtus iam reddere ſemẽ aratris
Iã mõtes vmbrare olea dare nomina bacho·
Cornipedẽqꝫ citum lituis generaſſe ferẽdis
Nectare cecropias hybleo accendere cæras.
Hic & pœnios arcano ſulphure fontes.
Hic phœbo digna & miſſis venerabile vatũ
Ora excellentum:ſacra qui carmine ſyluas
Quiqꝫ ſyracuſia reſonant helicona camœna.
Prõptę gens linguæ:aſt eadẽ cũ bella cieret

Pœnios fontes.remedia afferentes.i.aquas calidas ſanantes morbos vt fecit Peon medicus. Vir.dixit peonijs reuocatns herbis.Strabo ait.calidarum aquarum ſcaturigines habet inſula multis in locis e quib⁹ ſelenũtiæ ad hymerã ſalſæ ſunt.egeſtanæ vero potabiles. Hic phœbo digna ora·hoc dicit in laudẽ theocriti ſyracuſij qui bucolica ſcripſit:quẽ Vir.imitatus eſt.vnde dixit.Prima ſyracuſio dignata eſt ludere verſu. Ora.eloquia vatũ digna phœbo.Helicona.i.ipſam poeticen.Gens.ſicula eſt prõptæ linguæ ac potẽs bello nauali Aequoreis tropheis.victorijs naualibus. Poſt diꝝ ſceptrum.deſcribit ſiciliæ habitatores:leſtrigones & cyclopes in quadã inſulæ parte quæ vergit ad pelopõneſuꝫ habitauerũt. & leſtrigonũ rex fuit antiphates crudelis: ĩde ſicani gẽs hiſpana ſicaniam appellarũt:cum trinacria prius diceretur inde ligures duce ſiculo ſiciliam dixerũt. phœnices etiã plurima loca incoluerũt:græciq; quorum primi cretẽſes:qui minois auſpicia ſequuti ſunt:quoꝝ duce apud cocalũ calidis aqs necato illic ſedes poſuere ſuas. Dirũ ĩperiũ crudele quoniã leſtrigones & cyclopes carnibus humanis veſcebantur.Pyrenæ.hiſpania quæ eſt vltra pyreneos mõtes. Ab amne fluuio hiſpano. Terræ vacãti.ſiciliæ vacuæ habitatoribus. Ligurũ pubes.philiſtusſyracuſanus ait.xx.annis añ bellum troianũ traieciſſe in inſulã ligures duce ſiculo filio dedali & feciſſe nomen inſulæ.Dionyſius ait li.i.ſiculi abſumptis facultatibus peragrata inferiori italia per mõtana cũ vndiq; pellerentur traiecere in ꝓximã inſulã ſicaniã quẽ ſicani gens hiſpana pulſi a liguribus obtinebant antea dictã trinacriã a forma : & ſiciliã dixere. ſed philiſtũ ſeqꝛ Syllius. Nec res dedecori fuit. hic deſideratur aliquod carmẽ:nullus quippe ĩ his verbis eſt ſenſus. Actos mœnibus eteretuꝫ. cretenſiũ.eteretes eni fuerũt primi habitatores cretæ:minos cum dedalũ inſectareꝛ cretẽſes duxit ſecũ qui minoe vita functo in ſicilia remãſerunt.Non fruſtra. iſœlicia quoniã perijt minos

Portus æquoreis ſueta inſignire tropheis
Poſt dirũ ãtiphate ſceptꝝ & cyclopeia regna
Vomere verterũt primũ noua rura ſicano
Pyrenæ miſit populos.qui nomẽ ab amne
Aſcitum patrio terræ impoſuere vacãti.
Mox ligurum pubes ſiculo ductore nouauit
Poſſeſſis bello mutata vocabula regnis
Nec res dedecori fuit:accolla duxerat actos
Mœnibus eteretũ nõ fauſta ad prẹlia minos
Dedaleã repetens pœnã:q fraude nephãda
Poſtq̃ ꝑpetuas iudex cõceſſit ad vmbras
Cocalidum inſidijs feſſo minoia turba
Bellandi ſtudio ſiculis ſubſedit in oris.
Miſcuerũt phrygiã prolẽ troianus aceſtes
Troianuſq; helimus ſtructis q pube ſequuta
In longũ ex ſeſe donarunt nomina muris.
Nec zanclea gerũt obſcurã mœnia famam
Dextera quam tribuit poſito ſaturnia telo:

fraude cocali ſed poeta dicit periſſe inſidijs cocalidum.Ouidius in ibim:Vel tua maturet ſicut minoia fata Per caput infuſæ feruidus humor aquæ.Aceſtes. capto ilio aceſte ſiue ſegeſto & helymo ducibus pleriq; troiani in ſiciliam nauigarunt & helymi omnes dicti ſunt quorum vrbes fuerunt eryx & egeſta:ideo dixit poſuiſſe nomina ſuis muris. Nec zanclea gerunt.meſſanam intelligit:lege Strabonẽ.li.vi.zancle cumanorum opicorum opus chalcidenſibus deinde aduenientibus ex euboea duces fuerũt prieres & craſſimenes qui nomen loco non mutauerũt qui a falce dictus eſt:quam zanclen ſiculi dicebant.prius inqt Strabo zanclevocabaꝛ cũ curua eſſẽt loca.anaxilas theginoꝝ tyrãn⁹ eiectis a zancle ſamijs qui cumanos expulerant:& ab antiqua patria ſua meſſenia quæ eſt in pelopõneſo meſſanã appellauit.Strabo ait.Meſſenios peloponeſiacos meſſanæ ſiculæ nomen dediſſe.ab hac vrbe meſſala coruinus traxit cognomen cum eam viciſſet:ſed prius meſſana inde vulgo permutãte lr̃as:vt ſcribit Seneca ad Paulinũ de breuitatevitæ.meſſala dictus.Oui.in faſtis:Hũc numidæ faciũt illũ meſſana ſuperbũ; inde mamertini natio cãpana meſſanaꝫ habitauerunt:& ideo vinũ meſſeniũ mamertinũ dicimus:lege Strabonẽ.Dextra ſaturnia.qm̃ falx dicata ẽ Saturno:vnde falcifer deus dr̃. Telo.falce Sed decus enneis.nũc de ſyracuſis quasvt autor eſt ſtrabo archias cõdidit e coritho ꝓfectus q̃ ẽ in iſthmovbi regnauit ſiſyphus corithus prius dicta ẽ ephyre ide ẹra ephyrea celebrata a poetis.ſyracuſæ vt inquit Stra.ad tantũ culmẽ diuitiarũ puenerũt vt iam in ꝓuerbio eẽt cũ de locupletibus ſermo eſſet:vobis ne decima quidẽ ſyracuſanoꝝ adeſt.Enneis.ſiculis ab enna. Ab iſthmo ſiſyphio. A corintho vbi regnauit ſiſyphus:eſt corinthus in faucibus iſthmi pelopõneſiaci.Ephyreis. corinthijs.arethuſa vt dixi fons eſt in ortygia inſula ante ſyracuſas ex quo manat alpheus labens ex pelopõneſo per ſubterraneos meatus in ſiciliã & portat ſigna coronæ:quoniã prope piſam & elinvrbes pelopõneſi labitur vbi olympia quinquẽnalia celebrabaꝛ & victores coronabantur oleaſtro:talibus de rebus inquit Strabo coniecturam faciunt:quoniam poculum quoddam in ludis olympicis in amneꝫ ipſum decidẽs ex arethuſa demũ emerſit.Non æquus.non ꝓpitius:quoniam emittit ignem ipſe vulcanus quo plurima loca



æſtuant.Lipare.inſula ꝓpe ſiciliã vbi fuit officina vulcani dicta a liparo rege q ẹolo ſucceſſit monteq; hẽt inſtar etnæ ignes euomentẽ etna mons a poetis celebratus maxime habet in vertice craterẽ ex quo flãmã erũpit & pumices in illum craterẽ empedocles agrigentinus famã anhelãs præcipitem ſe dedit. Incluſi gemitus.rẽ naturalẽ tãgit:nã vi ventorum ſeuiẽte ſub ẹtna monte cauernoſo ac ſulphureo ignis generaꝛ & ſonitus. Cæcos.ſubterraneos & occultos:qm̃ ignis quærens maiorẽ locũ exire luctaꝛ. Vt.ſicut e phlegetõte q habet aquas ardentes.Picea ꝓcella.nigro fumo egrediente cũ ĩpetu. Liq̃factis.calore reſolutis in pumices:ſed q̃q̃ inqt etna euomit aſſiduos ignes tamen in cacumie habet niues:quod mirabile eſt. Cana. niuibus obducta. Cohibet.detinet & cõſtringit. Horrẽt.rigeſcũt ꝓpter niues. Eolio noĩe regnatas terras.i.ẹolias iſulas quæ ſeptẽ ſũt.Clauſtra carcerẽ quo ẹolus vẽtos coercebat. Hic verſi penitus.deſcribit formã ſiciliæ cũ tribus ꝓmontorijs.Hic.in ſicilia.ad regna pelopeia.ad pelopõneſum vergit pachynus.pelopõneſus dicta ẽ a pelope tantali filio q illic regnauit ducta vxore hippodamia filia œnomai. Reſpondẽt.ſũt e regione ſic Vir.Cõtra elata mari reſpõdet gnoſia tellus.& ſupra dixit:reſpõdet imagine flammæ æquor.Ionio ꝓfundo.mare ionio:qd incipit tarẽto:& extenditur vſq; ad pelopõneſum & Siciliã:exciditq; ſinu adriatico. Hic cõtra. ex alia parte inſulæ:quæ vergit ad aphricã. eſt lilybeum.Cauros.ventos occidẽtales.& chaurũ ꝓ alijs ponit. Nobile.ſublime. Deuexas celas.ſignũ cœleſte.chelæ.n.ſũt brachia ſcorpij: & faciunt librã:quæ videꝛ ſuſtinere circulũ eq̃noctialẽ reliquũ corp⁹ ſcorpij ſubiacet pedib⁹ ophiuchi :quẽ latini appellãt ſerpentariũ. Deuexas.accliues:& q̃ſi pendentes:ſiue chelæ oppidũ fuit deuexũ ĩ dorſo libybei:cui⁹ nõ meminerũt coſmagraphi:qd gdẽ legeri.itellligo ego ſignum cœleſte:cui ſubiacet aphrica:quã reſpicit lilybeũ. Atq̃ diuerſi.nũc deſcribit eã partẽ:q̃ vergit ad italiã:vbi eſt pelor⁹.Terræ. Siciliæ. Prolato dorſo. peloro extẽſo ĩ aquã ſiculi freti. His lõgo mitis. laudat hieronẽ pacis ſtudioſũ: q ĩ ſicilia regnauit magna comitate ĩ ſubditos. T.Sẽpronio iteꝝ Qu.Fabio.iij.cõſ.Hierõ morit anno q̃rto hui⁹ ſcdi belli punici:cui Hierony⁹ nepos ex filio gelone q viuo hierone deceſſerat ſucceſſit.xv.ãnos natus ſub tutoribus quoꝝ aius erat omia turbare:Lõgo ẹuo lxxxx ãnis.Sereno miti&pacifico vt decebat optimũ pricipem.Paretũ.eoꝝ qui parebãt ipſi⁹iperio. Pacta per aras.quã iuraſſet ad aras inſedere.amicitia hieroĩs ſeruata ẽ cũ romaĩs ãnis.l.&moriẽs mãdauit:vt amicitia pſeueraret : qd neq̃ factũ ẽ.Auſonijs.romanis. Caſta.iuiolata.Fragili ſeneeta. ætate decrepita: qm̃ vixit:lxxxx. annos.Nepoti Hieronymo ex gelone filio hieronis.Exitiale.qm̃ ipſe Hieronym⁹ cæſ⁹ fuit. & ſyracuſæ ĩcenſæ.Placida.prius.ſ.tpe hieroĩs q iuſte ac legitime ĩperabat. Hieronym⁹ autẽ tyrãnice.Indomitos.feros.& tyrãnidẽ ſapiẽtes Caligare.caligabat qm̃ ꝓpter annos non habe

Sed decus enneis haud vllũ pulchrius oris:
cuſia: proles & iunxit naues ſuas cum nauibus pœnorum. Tempeſtate noua: trepidabant ma-
ria nouo impetu nauium expedientium ſe ad pugnam. Imago: ipſa eccho. Cornibus: nam ſtructa e-
rat claſſis eo modo vt extenderetur in gyrum tanq̄ cornua quæ milites noſtri temporis appellant. alas id-
eſt acies ambientes exercitum hoſtilem. Indagine: curſu. Simili ſinu: paribus cornibus. Tortæ con-
chæ quoniam triton concha marina perſonat quæ torta eſt. Media area: ſpacium quod erat inter vtran
qꝫ claſſem. Alnus: nauis. Anhelatis: ictu remorum cum labore ac anhelitu remigantium: & ſic naues
videbantur volare remis impulſæ. Aſt aliæ: deſcribit naues inuicem concurrentes & frangentes remos
attritu & colliſione laterum & roſtris ſe mutuo perforantes: ob quod innexæ retinebantur nec poterant
diuelli. Incuſſi adacti in nauem hoſtilē: Detergent: elidūt & frangūt. Quo retinēt naues ꝑforatæ roſtris de
tinebant tali vulnere & inuicē hoſtiles & vulnerātes detinebāt Sublimior ibat puppis: deſcribit nauē himil



Detergent remos: alię per viſcera pinus
Tranſmiſſis ipſo retinentur vulnere roſtris
Quo retinent: medias inter ſublimior ibat
Terribilis viſu puppis qua nulla per omne
Egreſſa eſt libycis maior naualibus æuum.
Sed quater hęc centū numeroſo remige pōtū
Pulſabat tonſis: veloqꝫ ſuperba capaci:
Cum rapidū hauriret boreā: & cornibus oēs
Colligeret flatus: lento ſe corpore agebat:
Intraret fluctus ſolis ſi pulſa lacertis.
Procurrunt leuitate agili dociliſqꝫ regentis
Audiuiſſe manum latio cum milite puppes
Has vt per leuum venientes ęquor himilco
In latus obliquas: iuſſamqꝫ incurrere proram
Conſpexit: propere diuis in vota vocatis
Aequoris: intento volucrem de more ſagittā
Aſſignat neruo: vtqꝫ oculis librauit in hoſtē
Et calamo monſtrauit iter: diuerſa relaxās
Brachia deduxit vultu comitante per auras
In vulnus telum: & reſidētis puppe magiſtri
Affixit plectro dextram: nec deinde regenda
Puppe manus valuit flectenti īmortua clauo.
Dūqꝫ ad opē accurrit ceu capta nauita puppe
Ecce iterum fatoqꝫ pari neruoqꝫ ſagitta
In mediū perlapſa globū trāſuerberat ictu
Orba gubernacli ſubeuntem munera taurū.
Irrumpit cumana ratis: quē corbulo ductor
Lętaqꝫ complebat ſtabiarum littore pubes.
Numen erat celſæ puppis vicina dionæ.
Sed ſuper ingeſtis propior quę ſubdita telis
Bella capeſſebat: media ſubſedit in vnda.
Diuiſitqꝫ fretum: clamantem ſpumeus ora
Nereus īplet aquis: palmæqꝫ trahēte ꝓfūdo
Luctantum fruſtra ſūmis in fluctibus extāt.
Hic audax ira magno per cęrula ſaltu
Corbulo tranſgreſſus: nā textā robore turri
Appulerant nexę ferri compage triremes.
Euadit tabulata ſuper flammaqꝫ comantem
Multifida pinum celſo de culmine quaſſat.
Inde atros alacer paſtoſqꝫ bitumine torquet
Aduentante noto pœnorū aplustribus ignes.

conis quę ob ſui magnitudinem quadrigentos
remos habebat. Tonſis: remis. Cornibus: ſci
licet antēnarum quæ vela ſuſtinent. Lento ro
bore: tarda mole q̄uis plena eſſēt vela propter
ſui magnitudinem non plus mouebatᷓ q̄ ſi ſolis
remigantium ictibus impelleretur. Agili leui-
tate: quia triremes erant Romanæ quæ facile
voluebantur ab illo qui clauum regit. irruebāt
igitur puppes romanę in naues pœnorum gra
ues. Regentis: magiſtri tenentis clauum id-
eſt temonem. Incurrere: ſcilicet in ſuam nauim
qua himilco vehebatur: hic numine inuocato
ſagitta clauo affixit manum gubernatoris: inde
vulnerauit taurum ſubeuntem munus guber-
natoris prius vulnerati: quod cum corbulo vi-
diſſet impulſit ſuam nauim & ſuis auxilio fuit.
Calamo: ſagittæ. Vir. pariterqꝫ oculos telumqꝫ
tedendit. Vultu comitante: quoniam proſeq-
bantur oculis emiſſam ſagittam. Deduxit: im-
miſit. Magiſtri: regentis clauum. Plectro: clauo
& temoni quem a ſimilitudine: quia manu te-
netur: plectrum appellauit: quemadmodum ple
ctrum mouet fides citharæ. Immortua: affixa
clauo vt munus regendi obire non poſſet. Or-
ba: priuata ſuo rectore Littore ſtabiarum: ſta-
biæ vetus campaniæ oppidum deletum bello
ſyllano patria huius corbulonis: & alludit poe-
ta reſpiciens ad tempora ſua ad illum corbulo-
nem qui tempore neronis armenię præfuit.
Vicina dionæ: venus quam vicinam dixit pro-
pter templum veneris quod erat in eryce mon
te ſicilię. Sed ſuper ingeſtis: ſenſus: illa nauis ro
mana quæ propior erat naui himilconis & ma-
gis ſub ictu merſa eſt & vix extarent manus nau
tarum tunc corbulo aſcendens ſuprema tabula
ta nauis ignem iaculatus eſt in nauem himilco-
nis dolens vicem ſuorum qui mergebātur. Sub
ſedit: merſa eſt. Damnatum: quod Romani
tunc damnabant cum nauis mergeretur. Pal-
mæ luctantum: manus nautarum qui luctaban
tur aquis. ſed fruſtra. ipſum quippe profundum
eos trahebat. Nereus: ipſum mare: numen ꝓ
mari ponitur. Extant. apparent. Hic: tunc cū
cerneret caſum ſuum corbulo. Magno ſaltu:
quia inſiluit in turrim nauis quæ ſubſederat &
ipſa turris erat connexa alteri cathenis vt non
poſſent auelli: hoc etiam fit noſtro tempore.
Appullerant: coniunxerant copulauerant. Ne-
xæ: illigatæ. Compage ferri: cathenis. Co-
mantem accenſam. Paſtos: nutritos bitumi-
ne quod ardet vt dictum ē & naſcitur in aſphal
tite lacu iudeæ. Noto: vento auxiliante: Aplu-
ſtria ſunt ornamenta nauium: Fori ſunt tabula
ta nauium per quæ propugnatores curſitāt. Sū
mis: ab his qui erant in prima parte nauis.

Arctis periculoſis. Ad imos ad eos qui erant in
ima parte:Vnguine:vnctione picis : & bitumi
nis vnguem dicit ab vngendo. Alueo:carinæ
nauis.&ideo dixit tepidatur a ſummis.quia nõ
dum ignis deſcenderat ad carinam: & illos qui
erant ſub primis tabulatis.Dirus :crudelis vrgẽ
te periculo: & horrẽdus nouitate mali.Fatum:
incendium & excidium. Cydnus : immittens
facem in nauem hoſtilem interficitur a lycheo:
& in mare cadit. Murali:magno.Lubrica dicũ
tur loca in quibus non poſſum⁹ firmare pedes.
Tranſtra ſunt nauium ſedilia ĩtranſuerſum lo=
cata.Nidore graui:fœtore propter picem ac bi
tumen. Auras:aerem.Sabrata:erat pœnus no
men deductum ab oppido.ſupra dixit.Sabrata
tum tyrium vulgus hic immiſit haſtam qua te=
lonem cõfecit cum prius Iouem hammonẽ im
ploraſſet qui erat depictus in puppi. Gentile
numen:quoniam nauis erat libyca:& ipſe ham
mon libycus:&illic colebatur ſub effigie arietis
Sedens locatus in puppi cornigera imagine.
Vates:quoniam dabat illi reſponſavt dictũ eſt.
Certa.inferentia ictum. Cornus:haſta ex cor
no arbore.Neptunicolæ:incolentis mare.nã ca
preas incolebat:&alludit poeta ad Telonẽ qui
capreis regnauit. Vrgebat.ſenſus & ordo.pup=
pis himilconis flagransvrgebat ipſos nautas iã
prope mortem coactos in eam partem:quę nõ
dum ardebat. himilco tãdem ſemiuſtus per fu
nem euaſit.Nihilo leui⁹:non minusq̃ ante.q̃uis
ille iouem nauis numen ĩploraſſet.Vacuam tæ
dæ:ſine incẽdio. Proxia: vicina illi parti adhuc
intactę igni.Curſu fulmineo:celeri inſtar fulmi
nis.Ouantibus:victricibus totam quippe naui
iam occupauerant. Stygios:peſtiferos .Sociũ:
ſociorum qui eum remis exceperunt. Batonis:
qui'erat rector nauis quem a peritia gubernãdi
laudat.Crudo procelloſo:&concitato.Luctari:
pugnare per artem nauigandi: & nauticam ſol
lertiam.Exire:euadere ingenio &induſtria.An
teibat:prouidebat.longa nauigandi experien=
tia'edoctus.Peruigilem:diligentem vultũ & op
timum iudicium in cognoſcẽdis ſtellis:& ſigni=
ficationibus.Cynoſura: vrſa maior. nũc dicitur
tramontana.adeo inquit callebat nauigãdi ar=
tem:vt in maximis obſcuritatibus cum cælum
& ſydera non viderentur vnq̃ a cynoſura deci=
peretur. Nullus modus: nullus finis incendij.
Impie locutus in iouem hammonem ſe interfe
cit:Cornua:iouis hammonis:qui erat in effigie
arietis. Hos inter.daphnis filius mercurij ex
nympha autore diodoro Thermitanus fuit &
educat⁹ in mõtib⁹ ſilicię q erij vixitq; inter pa=
ſtores.nomẽ accepit a ſylua lauri ĩ q̃ ẽ nat⁹.car=
mẽ buco. ĩuenit.ĩoVir.ĩſuisbuco.daphni ſępi⁹

Intrat diffuſos peſtis vulcania paſſim
Atq; ĩplet diſperſa foros trepidatur omiſſo
Summis remigio:ſed enim tam rebus ĩ arctis
Fama mali nondũ tanti penetrarat ad imos.
Et rapidus feruor per pinguesvnguine tedas
Illapſus flammis victricibus inſonat alueo
Qua nõdũ tamẽ intulerat vĩ dardana lãpas.
Parcebatq; vapor:ſaxorum grandine dirus
Arcebat fatumq; ratis retinebat himilco.
Hic miſer igniferam dum ventilat aere pinũ
Murali ſaxo per lubrica ſanguine tranſtra
Voluitur in fluctus lichei vulnere cidnus.
Fas nidore graui fœdauit cominus auras.
Ambuſto ſtridẽs pelago:ferus inde citatũ
Miſſile adorata contorquet ſabrata puppe.
Ammon numẽ erat libycæ gentile carinæ:
Cornigeraq; ſedens ſpectabat cærula frõte.
Fer pater afflictis fer ait garamantice vates
Rebus opẽ: inq; italos da certa effũdere tela.
Has inter voces tremulovenit agmĩe cornus:
Ft neptunicolæ trãſuerberat ora telonis
Vrgebat nihilo leuius iam in limine mortis
Quos fugaꝑcipites partẽ glomerarat ĩ vnã
Puppis adhuc vacuã tedę:ſed proxima curſu
Fulmineo populatus ineuitabilis ardor
Correptã flammis inuoluit ouantibus alnũ
Primus ope ęquori funis delapſus in vndas
Qua nõdũ ſtygios glõerabat mulciber æſtus
Ambuſtus ſocium remis aufertur himilco
Proxima nudarunt miſerandi fata bathonis
Deſertam ductore ratẽ:bonus ille per artem
Crudo luctari pelago:atq; exire procellas.
Idẽ quid boreas quid vellet craſtinus auſter
Anteibat:nec peruigilem tu fallerevultum
Obſcuro quanuis curſu cynoſura valeres.
Is poſtq̃ aduerſis nullus modusaccipe noſtꝝ
Ammon ſanguinẽ ait ſpectator cladis iniquę:
Atq;acto ĩ pectus gladio dextra deide cruorẽ
Excipit:& large ſacra inter cornua fundit.
Hos inter daphnis deductũ ab origine nomẽ
Antiqua fuit infœlix cui linquere ſaltus



Et mutare caſas inſido marmore viſum:
At princeps generis quanto maiora parauit
Intra paſtorẽ ſibi nomina:daphni amarunt
Sicilides muſę:dexter donauit auena
Phœbus caſtalia:& iuſſit proiectus ĩ herba
Si quando caneret lætos ꝑ prata ꝑ arua
Ad daphnin ꝑperare greges : riuoſq; ſilere.
Ille vbi ſeptena modulatus harũdie carmen
Mulcebat ſiluas:non vnq̃ tempore eodem
Syren aſſuetos effodit in æquore cantus.
Scyllei tacuere canes:ſtetit atra charybdis:
Et lętus ſcopulis audiuit iubila cyclops.
Progeniẽ hauſerũt & nomen amabile flãmę
Innatat ecce ſuper tranſtris fumantibus aſꝑ
Ornytos.ac lõgã ſibimet facit ęquor̃ mortẽ.
Qualis oilides fulmen iaculante minerua
Surgentes domuit fluctus ardẽtibus vlnis.
Tranſigitur valida medius dũ ſe alleuat alni
Cuſpide marmarides ſcyron pars ſubnatat
Mẽbroꝝ pars extat aqs:totũq; ꝑ ęquor (ũda
Portatur rigido miſerãdũ ĩmortua roſtro.
Accelerãt puppesvtrinq; :atq; ora ruentum
Sanguinei feriunt remorum aſpergie rores.
Ipſe adeo ſęuis ductor retheius ibat
Pulſibus:& valido ſuperabat remige vẽtos.
Quã rapidis puppẽ manibusfrenare lileus
Dum tentat:ſeua trũcatur mẽbra bipẽni.
At fert hęrẽtes trabibus ratis incita palmas.
Sicania eoliden portabãt trãſtra podẽtum.
Hic æuo q̃q̃ nondũ exceſſiſſet ephœbos:
Seu lęui traxere dei:ſeu feruida corda:
Nec ſat maturus laudum belliq; cupido
Arma puer niueis aptarat picta lacertis.
Et freta gaudebat celſa turbare chimera.
Iãq; ſuper rutula ſuper & garamãtide pinu
Ibat ouans melior remo:meliorq; ſagitta.
Et iam turrigeꝝ demerſerat ęquore neſſũ.
Heu puero male ſuada rudi noua gloria pu
Dũ criſtã galeę trucis exuuiaſq; ꝑcatur (gnæ
De duce marcello ſupos temerarius haſta
Excipit raptim vulnus lętale remiſſa

inculcauit.ab apolline fiſtulam accepit. In agro
thermitano vt ſcribit ſolinus eſt arundinum fe=
rax:q̃ ad fiſtulas optię ſũt.ad hũc daphnin poeta
alludit. Marmore:mare.i.ꝑpter mare religt ſyl=
uas.Prĩceps generis:prim⁹ille daphnis filius mer
curij inuentor buccolici carminis. Intra paſtorẽ.
in vita paſtorali caſtalius fons parnaſi muſis ſa=
cer.Caſtalia :phœbea.Dexter:fauens& propiti⁹
Syren: de ſyrenibus dictum eſt : quę ſuauiſſime
canebant.daphnis tñ eas ſuperabat. In æquore:
qm̃ habitabant iſulas e regione ad ſurrentum.
Eodem tempore: quo canebat daphnis. Syllei
canes:quoniam ſcylla mõſtrum marinum in fre
to ſiculo tenus inguine habet canes latrantes.
Stetit nõ abſorbuit aliquid. Atra:obſcura vorago
quę in freto ſiculo dicitur charybdis.cyrce apud
Homerũ.xij.odyſſeę.ſic monet vlyſſem. duo ſũt
ſcopuli .cacumen montes exuperat in quod ne=
mo mortaliuꝫ aſcẽdit vnq̃. In medio ſcopulo ſpe
lunca erebi inſtar.habitat illic ſcylla monſtrũ im
mane cui pręter deum occurreret nemo.aſpectu
triſtis.xij.habet pedes:colla pręlonga ſex.totidẽ
capita.dẽtes triplici ſerie pectinatos capita exe=
rens beluas ingentes piſcatur: & pauloпоſt. Tre
menda charybdis ter nigrantem vndam & abſor
bet & eructat:cũ attrahit aquam caueto.nam ne
ipſe quidem Neptunus liberare te poſſet.ad ſcyl
lam impelle nauim.ſed ex tuis tãtum deuorabit
quos perdere ſatius eſt q̃ omnis.charybdis:vt fa
bulæ volũt fœmina voraciſſima fuit:q̃ boues her
culis fert̃ rapuiſſe:& ideo a ioue fulmine icta eſt
& in mare deiecta conuerſaq; in mõſtrum:quod
omnia vorat & abſorbet.ſcylla eſt verſus italiam
charybdis autem verſus ſiciliam.Cyclops:poly=
phemus. Lentus.ocioſus. Iubila cãtilenas:& car
men.Progeniem:hunc daphnin ab illo antiquo
progenitum conſumpſit ignis. Aequore :aqua q̃
non permittebat:vt ſtatim igni abſumeret̃. Qua
lis oilides:vt aiax oileus quẽ pallas fulmine per=
didit. Medius alui:ideſt tranſfoſſus per mediaꝫ
aluum.loquutio eſt ſyllij .dixit enim in primo vo
lumine:concidit exacti medius per viſcera teli.
Marmarides:libycus.Rigido:duro roſtro nauis
Ductor rheteius :marcellus romanus:Sęuis.
magnis & validis ictibus remorum. Aeoliden.
pronepotem ęoli. Ephœbos:pueros in prima;
adoleſcentia. Lęui: ſiniſtri & aduerſi. Ferui=
da:calentia martis ardore. Nec maturus :non
dum plane aptus armis & bello. Chimera na
uis in qua erat chymera pro inſigni.eſt etiã na=
uis apud Virgilium. Rutula: romana. Gara=
mantide: libyca naui. Turrigerum : proceræ
ſtaturæ. Male ſuada:quæ male ſuadebat. Ru
di:imperio.non enim callebat bellandi diſcipli=
nã appetebat qppeipoſſibilia exuuias.ſ.marcelli

&ideo erat imprudens& nimius invoto. Trucis horrendæ. Pro qualis:deſcribit poeta ſtudia huius podeti. Qualis:q̄ pulcher:q̄ nitidus & conſpicuus cum luderet diſco.diſcus eſt pila æ nea retunda ſiue ex alio metallo quæ in altū ia citur. Splendentem:politum.Exigeret:emit teret in altum. Aligeras:veloces in curſu. Im proba:magna. Flatu:vno ſpiritu. Docuere labores:antiqui & maxime cretenſes & ſpartani ex diſciplina lycurgi & Minois laborib⁹ erudiebant iuuentutem : & ſic Romani in campo martio in quo fiebant etiam exercitationes armiferę quæ arma campeſtria appellantur. Horatius.Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis. Tuto diſcrimine:exercitationibus varijs: quibus cenſebatur ſine periculo. Fraudatum oſſa:ideſt cuius oſſa erant fraudata ſepulchro.modus eſt loquendi.cyane &anapus fontes ſunt in agro ſyracuſano.Aretuſa eſt fons ortygiæ paruæ inſulæ ante ſyracuſas.Præſęs :qui naui præerat. Io:eſt interiectio lætantis & bacchantis. Terreſtria.ac ſi in terra eſſent:nauibus inuicem implicitis. Perrumpunt. inſiliunt in nauem hoſtilem. Recluſit.aperuit:quoniam cædibus aperuerunt ſibi viam. Mela nomen proprium illius qui hortabatur ſocios abrumpere vincula:vt receptos romanos in alto remotius obtruncarent.Polyphemus vaſtus corpore cum nauim impellere cepiſſet ab laronio interfectus eſt. Diducere. ſeparare. Lupa.alludit ad illum antiquum polyphemuꝫ qui fuit a lupa nutritus. Cyclopeia libido. efferatus appetitus cædis. Corde. animo multum refert quo quis lacte nutriatur.naꝫ quemadmodum vis & natura ſeminis ad fingēdas animi: corporiſq; ſimilitudines valet : ſic ad eandem rem vt ait phauorinus lactis quoq; ingenia & proprietates valent quod in beſtijs animaduertitur.non mirum igitur ſi ferinum animum habebat polyphemus ferino lacte altus. Relaxatis .ſolutis viculis quibus alligata erat nauis. Tonſas.remos ideſt remigabat quod vix morte remiſit. Ductus. motus remorum. Somno.morte.nam mors eſt perpetuus ſomnus. Ignauum.inutilem. Cuneo. multitudine : & ſic nauis ea parte in qua erant coacti merſa eſt. Inerti.inutili:quoniam mergebantur nullo vulnere hoſti illato. Tutelæ deum. numina in quorum tutela erat nauis. Hic. aliquis pugnat fractis remis cum non habeat ferrum. Torquens.immitens in hoſtem. Non paſcitur. non ſatiatur accipere fragmenta carinæ.etiā accipiebant tæla quæ vaga ferebantur aquis.

Vulneribus.ingrediebatur aqua per vulnera pugnatum inde aqua pellebatur ab anima iam

Proh qualis ſeu ſplendentem ſub ſydera niſu
Exigeret diſcum: iaculo ſub nubila ſupra
Surgeret: aligeras ferret ſeu puluere plantas
Vix tacto:vel dimenſi ſpatia improba campi
Tranſiret velox ſaltu:docuere labores
Sat prorſus ſat erat decoris diſcrimine tuto
Sat laudis:cur facta puer maiora petebas?
Illū vbi labentem pepulerūt tela ſubvndas
Oſſa ſyracuſio fraudatum naufraga buſto
Fleuerunt freta:fleuerunt cyclopeia ſaxa.
Et cyanes &a napus & ortygię arethuſa
Parte alia præſes puppem tyberinus agebat
Quaq; ferebatur ductor ſydonius io
Concurrunt iniecta ligant hinc vincula ferri
Atq; illinc ſteteruntq; rates ad prælia nexæ
Ne iaculo:aut longe certatur harūdine fuſa
Cominus:& gladio terreſtria prę lia miſcent.
Perrumpunt itali qua cædes prima recluſit:
Monſtrauitq; viam vaſtas & mæla cathenas.
Hortatur ſocios & vincla abrumpere ferri
Ac parat hoſtili reſoluta puppe receptos
Auehere&paribus pelago diduceř ab armis.
Aetnęo polyphemus erat nutritus in antro.
Atq; inde antiquæ nomen feritatis amabat
Vbera præbuerat paruo lupa.corporis alti
Terribilis moles:mens aſpera:vultus in ira
Semper:& ad cædes cyclopeia corde libido.
Iſq; relaxatis membroꝝ pondere vinclis
Impulerat puppi.&mergebat gurgite tōſas
Duxiſſetq; ratem:preſſa laronius haſta
Ni propere duro nitentem exurgere velox
Affixet tranſtro:vix morte incepta remittit.
Nāq; manus ſeruat dū ſuetos lāguida duct⁹
Ignauū ſumma atraxit ſuper æquora remū:
Percuſſi cuneo pœni denſentur in vnum.
Qd̄ caret hoſte larus:ſubito cū ponere victus
Inſiliente mari ſubmergitur alueus vndis.
Scuta virum criſtæq; & inerti ſpicula ferro
Tutelęq; deum fluitant:hic robore fracto
Pugnat inops chalybis:ſeſeq; in ꝑlia rurſus.
Armat naufragio:remis male feruidus ille



Feſtinat ſpoliare ra tem:diſcrimine nullo
Nautarū interdū conuulſa ſedilia torquens
Nō plectro ratis aut frāgēdę i vulneř prorę
Paſcitur:& pelago repetūtur nantia tela
Vulneribus patulis intrat mare:mox ſua pōto
Singultante anima ꝓpulſa refūditur vnda.
Nec deſunt qui correptos āplexibus arctis
Immergāt pelago:& iaculis ceſſātibus hoſtē
Morte ſua perimāt:remeātū gurgite mētes
Crudeſcūt:ac pro ferro ſtat fluctibus vti.
Haurit ſanguineus cōtorta cadauera vertex.
Hinc clamor:gemitus illinc:morteſq; fugęq;.
Perfuſū bello feruet mare:feſſus acerbis
Terga fuga celeri libyæ conuertit ad oras
Exigua ſeſe furatus himilco carina.
Conceſſeř mari tandem graiuſq; libyſq;:
Et iā captiuę vinclis ad littora longo
Ordie ducūtur puppes flagrantibus alto.
Stant aliæ tedis ſplendet lucente profundo
Mulciber:& tremula vibratur imagie pōtus
Ardet nota fretis cyane:pennataq; ſiren.
Ardet & europe niuei ſub imagie tauri
Vecta ioue:ac preſo tramittēs ęquora cornu.
Et duæ fuſa comas curuū ꝑ cęrula piſcem
Nereis humēti moderatur roſcida freno.
Vritur vndiuagus phytō:& corniger āmon.
Et quæ ſydonios vultus portabat eliſæ.
Bis ternis ratis ordinibus graſſata ꝑ vndas:
Ac vinclis trahitur cognata in littora anapus.
Gorgoneaſq; ferens ad ſydera pegaſus alas.
Ducitur:& libycę puppis ſignata figuram.
Et tritō captiuus:&ardua rupibus ętnæ
Spirātis rogus ęceladi:cadmeaq; ſidō. (ros
Nec mora.qn trepidos hac clade irrūpeř mu
Signaq; ferre deū templis iā iamq; fuiſſet
Ni ſubito inportuna lues:inimicaq; peſtis.
Inuidia diuū:pelagiq; labore parata
Polluto miſeris rapuiſſet gaudia cœlo.
Criniger aſtriferis titā feruoribus auras:
Et patulā cyanen lateq; paluſtribus vndis
Stagnātē ſtygio cocyti oppleuit odore.

ſingultante.Remeantum.emergentiū ab imo ad ſummitatem maris. Stat.placet vti aqua cū non poſſent vti ferro. Acerbis.aduerſa fortuna himilco exigua carina ſalutem ſibi comparauit: in libyamq; tranſmiſit. Graius.ſyracuſanus oriundus a corintho. Libyx.carthaginenſis.Romani captiuas puppes abduxerunt. illas vero incenderunt quæ adduci non poterant & ignis reſplendebat in vndis.Mulciber.ignis.

Cyane nomē ē nauis a fōte.Pēnata.velox hn̄s ſyrenē ꝑ inſigni.Europæ.nauis in q̄ erat imago europæ filiæ agēoris vectę a ioue verſo i tauꝝ ex phœnicia i cretā inſulā : & europę nomē dedit tertiæ orbis pti.Aequora.maria. Nauis i q̄ erat nereis depicta moderās delphinū freno.Curuū qm̄ delphinus curuū hēt dorſū.Phytō.nauis i q̄ erat depictus phytō ſerpēs quē apollo iteremit Eliſę.didōis noia ſūt nauiū ab imaginib⁹.Graſſata.q̄ pugnauerat ſex ordinib⁹ remoꝝ.Anap⁹. nauis ab anapo fōte ſyracuſāi agri.iō ait cognata littora. Pegaſus. nauis a pegaſo alato equo quo vectus dr̄ pſeus cū meduſā gorgonē itere miſſet.libya a puella noiata eſt:cui⁹ imago nūc erat in naui.Rogus.appoſitio ē. ſub ætna ſepultus erat encelad⁹ vt fabulę canūt.Cadmea.qm̄ apud ſydonē regnauit cadmus.Nec mora captæ igt fuiſſent ſyracuſę poſt naualē pugnā ni peſtis ꝓhibuiſſet. Iā iam.ſtati.Importuna.pniciosa & īpediēs romanoꝝ opportunitatē potiūdæ vrbis. Lues.peſtis. Labore.ꝑꝑ laborē quē paſſi fuerant in bello nauali & iṗa cadauera īfecerāt vnde lues tanta exarſeat.Inuidia deū.q inuidebant romanis celerē victoriā. Miſeris.romanis tali peſte afflictis. Polluto cœlo.corrupto aere.Li.ait.accedit &peſtilētia cōe malū qd̄ facile vtroꝝ aīos auertere a belli conſilijs. nā tēpore autūni & locis natura grauib⁹ multo magis extra vrbē q̄ i vrbe itolerāda vis æſtus. ꝑ vtraq; caſtra oīum fere corpora mouit & ꝑio tpis ac loci vitio & ægri erāt & moriebāť: poſtea curatio iṗa & cōtactus ægroꝝ vulgabat morbos:& aut neglecti:deſertiq; q icidiſſent morerenť.aut aſſidētes curāteſq; eadē vis morbi repletos ſecū traheret:quotidianaq; funera & mors ob oīum oculos eēnt & vndiq; dies nocteſq; ploratus audireť poſtremo ita aſſuetudīe mali affectauerat aīos vt nō mō lachrymis. iuſtoq; cōploratu nō pſeq̄renť mortuos.ſed ne efferrent gdē aut ſepelirēt iacerētq; fracta & exaīata corpa icōſpectu ſimilē quoq; mortē expectātiū:mortuiq; ęgros: ægri validos cū metu cū tabe ac peſtifero odoř corpoꝝ cōficerent : & vt ferro poti⁹ morerētur qdā inuadebāt ſoli hoſtiū ſtatiōes ;multo tamē maior vis peſtis pœnorū caſtra q̄ romana affecit:& Li.dicit hanc peſtē fuiſſe poſt captā par

tem ſiracuſanoꝝ. Corniger habens radios q ſũt
crines ſolis: q tũc æſtuabat & īficiebat aerẽ: aq̄ſ-
q; paluſtres odore ſtygio replebat. Patulã. latã
cyane ẽ fõs hñs aquã ſtagnãtẽ. Stigio peſtifero q̄
lis eſt ī cocyto fluuio īferno Lætis donis. pomis
Fœdauit. corrupit ipe ſol. poſt vtrũq; ſolſtitiũ p
centũ dies corpa magis ægrotãt q̄ alijs tpib⁹ pp
tẽpoꝝ mutatiões: & cruditas pomoꝝ ī autũno
generat morbos. Vitiato dorſo. maculata ei⁹ ſu
pficie. Ater va. peſtifera exhalatio accendebat
aerem. Picea æthra. aere iã corrupto: & primi
qui ceciderũt fuere canes: & hoc fuit pp odora
tum quo canes valẽt. Sterni. ſternebant. Popula
ri. populabat. Hauſtis. cõſũptis militib⁹ Arebat
deſiccabat nimio ęſtu febris. ſigna mortis ſicci-
tas & nigredo linguæ atq; ſudores frigidi: quo-
niam ꝑcordia & īternæ ptes retrahũt ad ſe ca-
lorẽ iã deficientẽ: & illę ſupfluitates & humores
collecti ſub cute calore deſtituti frigidi egrediũ
tur. vñ ait hyppocrates. In ſudore rigor malum
Siccę. pp abſẽtiã humidi iã cõſũpti adeo ſiccatę
erãt fauces vt cibum non admitterent. Quatit
pul. propter nimium calorem a corde vſq; ad os
ideo ſpritus id eſt flatus erat igneus. Vnca na.
hyppocrates ait. naſus acutus & adũcus tpa ca-
ua & cutis frõtis arida mortale ſignũ. Sanies ex
puitur. & hoc pp ptiſim & tabẽ. Tegit oſſa. pp
diminutionẽ ſubſtãtię Heu dolor. deplorat poe
ta ignauã mortẽ. nam peſte abſumpti fortitudi
nem oſtendere nõ poterãt. Succubuit. victa eſt:
quoniã nõ inueniebat remediũ. Acheruſia. in-
fernalis & fœtida ex feruore. Nec leuiore. pe-
ſtis vexabat etiã ſyracuſanos: & pœnos. Eadeꝫ
imago. ſimile genus morbi & læti. Nulla tamẽ
latios: laudat fortitudinẽ romanoꝝ qui tãta ſtra
ge afflicti animos nõ demiſerũt. imo ſeſe erige-
bant incolumi Marcello ductore: cuꝫ quo mor
tuos repedebant. Vnũ caput. ipſius marcelli. ſy-
rius eſt ſtella in lingua canis. grauis & peſtifer.
Cũ primũ ceſſauit peſtis Marcellus iuſſit īferri
ſigna & ſyracuſas expugnauit. Ceu ſidẽte. Mar
cellũ ſedata peſte repetentẽ oppugnationẽ ſyra
cuſaꝝ cõparat piſcatori repetenti piſcationem
ſedata tẽpeſtate. Sidẽte. ponente vẽto: & cadẽte
Luſtratis recognitis & diſpoſitis īclaſſes. Sorte
pudẽda. ignaua morte. Cõuulſis. diruta parte
mœniũ. Inuia tecta. ſupradixit. Nuſq̄ hoſte ītra
tos muros. Tot arces. quattuor ei erãt. Iſthmia
cis. ſyracuſanis: peruenerãt ſyracuſæ ad maxias
opes: vt ſcribit Strabo & deſcribit opera magni
fica quib⁹ cenſebant ſyracuſę. Suggeſta. ſubni-
xa. Certantes mari. oppoſitas marinis fluctib⁹.
Rura. villas. domorũ magnitudo & laxitas æq̄-
bat villas. Quid incluſos. nũc gymnaſia dicit ī
quibus iuuenes ſe exercebant. Porrecto. in lon

Temporaq; autumni latis florentia donis
Fœdauit: rapidoq; accendit fulminis igni.
Fumabat craſſus nebulis caliginis aer.
Squalebat tellus vitiato feruida dorſo.
Nec victũ dabat: aut vllas lãguẽtib⁹ vmbras:
Atq; ater picea vapor expirabat in æthra.
Vim primi ſenſere canes: mox nubibus atris
Fluxit deficiens penna labente volucris:
Inde fere ſiluis ſterni: tum ſerpere labes
Tartarea atq; hauſtis pplari caſtra mãiplis
Arebat lingua: & gelidus per viſcera ſudor
Corpore manabat tremulo: deſcẽdert fauces
Abnuerant ſiccę viſorũ alimenta ciborum.
Aſpera pulmonẽ tuſſis quatit: & per anhela
Igneus efflatur ſitientum ſpiritus ora.
Lumia ferre grauẽ vix ſufficientia lucem
Vnca nare iacent: ſanieſq; immixta cruore
Expuitur: mẽbriſq; cutis tegit oſſa pereſis.
Heu dolor inſignis notis bellator in armis
Ignauo rapitur læto: iactantur in ignem
Dona ſuperba virũ multo mauorte parata.
Succubuit medicia malit: cumulãtur aceruo
Labentũ & magno cineres ſeſe aggere tollũt.
Paſſi etiam deſerta iacent inhumataq; late
Corpora: peſtiferos tetigiſſe timẽtibus artus
Serpit paſcendo creſces acheruſia peſtis.
Nec leuiore quatit trinacria mœnia luctu:
Pœnorũq; parẽ caſtris fert atra laborem.
Aequato par exitio & communis vbiq;
Ira deũ: atq; eadem lęti verſatur imago.
Nulla tamẽ latios fregit vis dura malorum
Incolumi ductore viros: cladeſq; rependit
Vnũ inter ſtrages tutũ caput. vt grauis ergo
Primũ lætiferos repreſſit ſyrius æſtus:
Et poſuere auidę mortis contagia peſtes:
Ceu ſidente noto cũ ſe maria alta reponũt:
Propulſa inuadit piſcator cærula cymba.
Sic tandẽ ereptã morbis graſſantibus armat
Marcellus pubẽ luſtratis rite maniplis.
Signaq; circũſtant alacres: auidiſq; tubarũ
Reſpirãt lęti clangoribus: itur in hoſtem



gum ducto. Sacros. cõſecratos certamine. Fulgẽtia culmina. nũc tangit ſpolia quæ in porticibus tẽplorũ ſu
ſpendebatur olim. Marathonius. athenienſis: marathon campus articę regionis: & athenienſes victi fuerũt
a ſyracuſanis pugna nauali: vt dictũ ẽ: duce gilippo lacedęmonio. Subacta libya. victis bello nauali cartha
ginenſibus. Hic agathocleis. Agathocles Dionyſio tyrãno ſucceſſit ex humili & ſordido genere nat⁹: pater
eni figulus fuit: & ipſe ſuã pueritiã impudicitiæ addixit. ide cũ adoleuiſſet gregarius miles fuit ſeditioſ⁹: &
ad oia facinora prõptiſſimus manu valebat & eloquentia. Inde centurio. poſtea tribunus militũ factus in
damaſconis ducis mortui locũ ſuffectus eſt: cuius vxorẽ adulterio coīquinatã duxit vxorẽ. Inde pyrata fuit.

Et ſi fata ferant: iuuat inter prælia ferro
Poſſe mori: ſociũ miſeret: q morte pudenda
In morẽ pecudum effudere cubilibus atris
Illaudatã aiam: tumulos inhonoraq; buſta
Reſpiciunt: & vel nullo iacuiſſe ſepulchro:
Quã debellari morbis placet: ardua primus
Ad muros dux ſigna rapit: tenuata iacendo
Et maciem galeis abſcondũt ora: maluſq;:
Ne ſit ſpes hoſti: velatur caſſide pallor.
Infũdunt rapidũ cõuulſis mœnibus agmen:
Condẽſiq; ruunt tot bellis inuia tecta
Tot vno introitu capiuntur militis arces.
Totum qua vehitur titã nõ vlla ꝑ orbem
Tũ ſeſe iſthmiacis ęquaſſent oppida tectis.
Tot delubra deum: totq; ītra mœnia portus
Adde fora: & celſis ſuggeſta theatra colonis.
Certanteſq; mari molles: adde ordine longo
Innũeras ſpacioq; domos æquare ſuperbas
Rura: quid incluſos porrecto limite longis
Porticibus ſacros iuuenũ certamine lucos.
Quid tot captiuis fulgẽtia culmina roſtris
Armaq; fixa deis: aut quę maratõnius hoſtis
Perdidit: aut libya quę ſunt aduecta ſubacta.
Hic agathocleis ſedes ornata tropheis.
Hic mitis hieronis opes: hic ſancta vetuſtas
Artificũ manibus: non vſquã clarior vllo
Gloria picturę ſęclo: non ęra iuuabant:
Quæ ſcirẽt ephyren: fuluo certaret vt auro
Veſtis ſpirantis referens ſubtegmie vultus.
Quę radio celat babylon: vel murice picto
Lętha tyros: quęq; attalicis variata per artẽ
Aulęis ſcribũtur acu: aut memphitide tela.
Iã ſimul argento fulgentia pocula mixta
Quis gẽma q̄ſitus honos. ſimulachra deorũ
Numen ab arte datũ ſeruantia. munera rubri

ſyracuſas patriã ſuã ex tyrãnide inuaſit ſeniori-
bus trucidatis: & cũ ſyracuſæ obſiderent a car-
thaginẽſibus duce Amilcare giſgonis filio. ipe ī
aphricã traiecit. vbi hãnonẽ pœnoꝝ ducẽ vicit:
& predas ingẽtes egit multis hoſtiũ milibus tru
cidatis aphri ad eũ defecerũt. poſtea tradito ex
ercitu filio in Siciliam ꝓpere trãſmiſit: & oẽm
Siciliã in ditionem accepit. In aphricam iterũ
traiecit. tandẽ cũ carthaginenſibus pacẽ æqs cõ
ditionib⁹ fecit. diuitijs & oī regali inſtrumento
reliquos ſuperauit autore trogo. Agatocles igr
victorijs: & tropheis ſuis īſigniuit ſyracuſas. Mi
tis opes. In pace comparatas: qm̃ hyeron placi
de vixit: & in amicitia romanoꝝ pſeuerauit.
Ephyren. i. æra corinthia: q̄ in maximo quodã
erãt ꝓcio. corĩthiũ æs inqt. Pli. caſus miſcuit co-
rintho cũ euerteret incenſa. mireq; circa id mul
torum affectatio fuit. Radio. radius nauicula ẽ
qua trama immittit per ſtamen. nunc appellãt
druam. Babylon eſt caput chaldæorũ in aſſyria
Acu facere veſtes autore Pli. idei phryges inue
nere. indeq; phrygiones appellati ſũt. Aurũ in-
texere in eadẽ aſia inuenit Attalus rex. ide no-
men attalicis. colores diuerſos picturę intexere
babylon maxie celebrauit. nomẽq; impoſuit
Celat. cõponit effingit texendo. Memphitide
tela. lino ægyptio. Memphis eſt caput ægypti.
Quis. quib⁹ poculis erãt additæ gẽmæ. Numẽ
datũ ab arte. ab artificij ꝓſtantia adeo bñ ſimu-
lachra deorũ erãt expreſſa: vt ob id viderentur
hẽre numẽ & coli. Munera. gẽmas: & margari-
tas aduectas ex mari rubro. Depexa vellera: ſe-
ricũ qd̃ naſcitur in arborib⁹ apd̃ ſeres. Vir. Vel
leraq; vt folijs depectãt tenuia ſeres: q ſunt cõ-
tigui indis vergentib⁹ ad ſeptẽtrionẽ apd̃ quos
lanigerę ſunt arbores. Vnde ſericũ primũ factũ
ex quo fiebant veſtes ſubtiliſſimę qb⁹ mulieres
pellucebãt. Vñ ſeneca. video inqt ſericas veſtes
quibus ſũptis mulier paꝝ liquido nudã ſe non
eẽ iurabit. marcellus poſtea ouãs Romã rediẽs
cũ cætera ꝓda multa nobilia ſigna ſtatuaſq; in-
tulit. qb⁹ inter primas grææcię vrbes ſyracuſæ or
natę fuerant. Intulit & vaſa ex argento ærea &
ꝓcioſas veſtes. Ductor. Marcellus qui vt autor
eſt Li. ſyracuſas ingreſſus ex ſupiorib⁹ locis vr-
bem fermæ omniũ illa tẽpeſtate pulcherrimã
ſubiectã oculis vt vidit illachrymaſſe dicit parti
gaudio perpetratæ tãtæ rei: partim vetuſta glo

ria vrbis:athenienſium claſſes demerſæ:& duo ingẽtes exercitus cũ duobus clariſſimis ducibus deleti oc= currebant:& bella cum carthaginenſibus tãto cũ diſcrimine geſta.tot tã opulenti tyrãni regeſq; pter cæte ros hiero cum recentiſſimæ memorię rex beneficijs in populũ romanũ inſignis. Aggere. muro & loco edi to.Clangoribus.ſonitu tubaꝝ:& militũ irrũpẽtiũ clamore:ac ſtrepitu. Poſitũ in ſuo nutu:poteſtate atq; ar bitrio an ſtent mœnia ſyracuſana & an ardeãt vt ſequẽti die nulla domus appareat. Horruit.horrore quo dã affectus eſt reputans ſecũ tantũ licere mortalibus:vt.ſ.in poteſtate vni⁹ ſit tãta vrbs. Videbat quippe vo lente fortuna poſſe accidere vt Roma eẽt in poteſtate vnius qui eã poſſet fũditus delere. Ideo angebatur Marcellus humani officij & reꝝ humanaꝝ nõ ignarus tm̃ homini licere: & ſic ꝓhibuit incẽdi domos & tẽpla. Indulgens.ꝑmittẽs. Se plãxit.ꝑ cuſſit geſtiẽs lætia. victoria alata depingiť. Tu quoq;. archimedẽ inqt Li.memoriæ ꝓditũ eſt i tanto tumultu q̃tũ captæ vrbis diſcurſu diripiẽ= entium militũ cieri poterat intentũ formis quas in puluere reſcripſerat ab ignaro milite quis eẽt interfectũ ægre id Marcellũ tuliſſe ſepulturæq; curã habitã:& propinquis ẽt inqſitis honori pſi dioq; nomẽ eius & memoriã fuiſſe. At reliquũ vulgus.gaudebant & certabãt gaudio ſyracuſij victi cũ romanis victorib⁹ cũ vidiſſent nõ incẽdi ſyracuſas.quas viſus eſt Marcellus denuo cõde re cum illis parceret. Ipe:Marcellus. Aemulus. imitator deoꝝ. Tropheũ.ſignũ tantæ clemẽtię. Antiquos mores.in capiendis & diripiendis vr bibus:& tpa ſua notat Syllius quibus per fas & nefas imperatores oĩa agebãt:quondã inqt bel la non tm̃ exhauriebãt vrbes quantũ nũc pax ſę uiente auaritia tyrãnoꝝ. Iã vero inqt Cor.Taci tus nouis cladib⁹ vel poſt longã ſæculorũ ſeries repertis afflictæ:hauſtæ:aut abruptæ vrbes:fœ cundiſſima cãpaniæ ora:& vrbs incendijs vaſta ta conſũptis antiquis delubris:ipſo capitolio ci uiũ manib⁹ incenſo:pollutæ cærimoniæ:plenũ exilijs mare:infecti cædibus ſcopuli. At ni cura viri.adulatur Domitiano Syllius quo imperãte floruit nisi:domitianus inqt q ſua prudẽtia & cle mentia dedit otia mundo: vrbeſq; a rapinis vin dicauit prohibuiſſet direptiones prouinciæ vr= beſq; penitus denudarentur. Fretum ipſas inſu las.adulaťvt dixi:cũ Domitian⁹ turpis:& crude lis fuerit quẽ caluũ Neronẽ. appellat iuuẽalis.

PEtri Marſi interpretatio in decimũquin/ tum volumen Syllii italici.

AT noua romuleũ. Gneo fuluio Cẽti mallo.P.Sulpicio galba conſſ.comi tia de mittẽdo procõſule in hiſpaniã habita ſunt.tũ Scipio.xxiiij.ãnos na tus profeſſus eſt ſe ituꝝ vt mortẽ patris.ac pa/ trui vlciſceretur.itaq; ingenti fauore miſſus eſt datuſq; ei adiutor fuit. M.Iunius Syllanus ꝓ= prætor.cũ.xxx.quiq̃remib⁹ ab oſtijs tyberinis in hiſpaniã nauigauit. Vbi monit⁹ per nocturnã quietam a patre: vt Syllius fingit:cartaginem nouã expugnauit.caſtitatis cõſtãtiæq; romanę ſeruata virgine experimẽtũ.dedit.bellũ i ętolia

Pręterea ponti:depexaq; vellera ramis:
Fœmineus labor.his tectis opibuſq; potitus
Auſonius ductor poſtq̃ ſublimis ab alto
Aggere deſpexit trepidã clãgoribus vrbem:
Inq; ſuo poſitũ nutu ſtent mœnia regum
An nullos oriẽs videat lux craſtina muros
Ingemuit nimium:viris tãtumq; licere
Horruit:& propere reuocata militis ira
Iuſſit ſtare domos:idulgens tẽpla vetuſtis
Incolere atq; habitaŕ deis:ſic parcere victis
Pro pręda fuit:& ſeſe cõtenta nec vllo
Sãguie pollutis plauſit victoria pẽnis. (liſti
Tu quoq; ductoris lachrymas memorãde tu
Defenſor patrię:meditatẽ ĩ pulueŕ formas
Nec turbatum animi tanta feriente ruina
Ignarus miles vulgi tum forte peremit.
At reliquũ vulgus reſoluta in gaudia mente
Certarunt victi victoribus:emulus ipſe
Ingenij ſuperum ſeruando condidit vrbem.
Ergo extat ſedis:ſtabitq; inſigne tropheum
Et dabit antiquos ductorum noſcere mores.
Fœlices populi ſi quondã vt bella ſolebãt:
Nũc quoq; ĩ exauſtas pax nr̃a liq̃ret vrbes.
At ni cura viri qui nũc dedit ocia mũdo:
Effrenum arceret populandi cũcta furorem.
Nudaſſet auidæ terraſq; fretũq; rapinę.

Liber Quintuſdecimus

AT noua romuleum carpebat cura ſenatum.
Quis trepidas gentes martẽ= q; ſubiret iberum
Attritis rebus geminus iacet hoſte ſuperbo
Scipio:belligeri mauortia pectora fres
Hic metus in tyrias ne iam tarteſſia leges



ætolia macedones ſuſcitarunt. Fabi Maximus tarentum recuperat. Marcellus conſul in brutiis cadit:& aſdrubal ad metaurum ceditur caputq; Hannibali oſtentat Nero. Trepidas:propter mortem duorum Sci= pionum. Martem iberum.bellum hiſpanum. Aettritis reb⁹.mortuis imperatorib⁹. Geminus Scipio. Publ⁹ & Gne. Hoſte ſuperbo.aſdrubale Magone:& alio aſdrubale ducibus tunc carthaginenſium. Hic metus timebant Romani ne hiſpani deficerent ad pœnos. Tarteſſia.hiſpana a tarteſſo oppido. Propriora libyca Circũſpctãs. Liui.ait. At magiſtratus verſi circũſpectant ora pricipium aliorumq; alios intuentiũ fremũt q; adeo perditas res.deſperatumq; de repu.eſſe. Laceris afflictis morte dudum. Abſteret iuuenem. ſenſus ꝓpinqui ſcipionis eum ab hac ꝓuincia deterre rebãt.ne.ſ.eo ꝓficiſcereťvbi pater & patruus oc cubuerãt.cũ ea ꝓuicia videreť eſſe infauſta ſci pionibus. Piare.vlciſci mortẽ ſuoꝝ. Annos.æta tem Scipionis quaſi nõ ſufficientẽ tãto põderi. Buſta. Sepulchra Flagret.ardeat.ꝓpitioŕ marte Nec prõptũ.nec eẽ facile. Rudi inexperto. Sub vmbra lauri.lauro coronabanť triũphantes: & q̃a Scipio erat ſupaturus hiſpaniã: & tandẽ de carthagine triũphaturus:ideo ſub lauro q̃ in re mota parte domus erat de bello ineũdo cogita bat. Ingenioſa fictio poetæ. virtus hortata ẽ ſci pionẽ ad labores tollerandos pp gloriã.pollici/ ta triũphũ de ãnibale.hoc de virtute & volupta te primus finxit ꝓdicus chius & repetijt xeno= phon vt dictũ eſt in cõmẽtarijs officioꝝ.cogitã ti ergo Scipioni belli euẽtũ apparuerũt virtus: & voluptas. Altera.voluptas. Achemeneij dicũ tur ab achemene ãtiquo duce.vnde odores: & aromata aduehebanť. Amomũ inqt hippocra= tes eſt frutex naſciť in ſyria: & armẽia ſemẽ red dens ſibi cõnexũ floŕ albo veluti violæ.folia ſi= milis brioniæ.bonũ hẽt odorẽ: ſõnoſq; ſuaues facit. Ambroſias.odoratas. Suffuderat.ĩtexue rat.veſtis erat purpurea ĩtexta auro. Nõ indig= nor inqt Seneca q᷑ poſt voluptatẽ poniťvirtus. ſed q᷑ oĩno cũ voluptate cõferať cõtẽptrix ei⁹ & hoſtis & lõgiſſime ab illa reſiliẽs.labori:ac do= lori familiarior virilibus incõmodis poti⁹ q̃ iſti effœmiato bono iſerẽda. Acu.calamiſtro iſtru= mẽtũ eſt ad cõponẽdos cõcine crines.hic dixeŕ orõnẽ nimis faleratã calamiſtratã:& qm̃ calami ſtris cinere calefactis criſpanť capilli:iõ illi q ta li officio fungũťcini flones appellãť. Hora.ĩ ſer monibus:cuſtodes:lectica:ciniflones. Ancipiti. vacillãti voluptas.n.motu oculoꝝ laſciuit:quos virt⁹ hẽt ſedatos:& oportet ĩtuẽtes ſine aliquo affectu. Alterius.deſcribit nũc Imaginẽ virtutis Altũ qddã eſt virt⁹ inqt Seneca.excelſũ:& rega le inuictũ:ĩfatigabile:voluptas humile:ſeruile: ĩbellicũ:caducũ:cui⁹ ſtatio:& domicilium for= nices:& popinę ſũt. Virtutẽ in tẽplo iuuenes:ĩ foro in curia:pro muris ſtantẽ puluerulẽtã cal= loſas habentẽ manus:voluptatẽ latentẽ ſępius: ac tenebras captantẽ circa balnea:ac ſudatoria ac loca ędilẽ metuẽtia mollẽ eneruẽ. Niueæ:cã didæ & purę. hic habitus cõuenit virtuti q̃ ni= hil eſt cãdidius:nihil purius. Quis furor.orovo

Concedat tellus:propioraq; bella paueſcat.
Anxia turba patꝝ q̃ſſo medicamia mœſti
Imperio circũſpectãt:diuoſq; precantur
Qui laceris auſit ductor ſuccedere caſtris.
Abſterret iuuenem patrios patruiq; piare
Optantẽ manes triſti conterrita luctu
Et reputans annos cognato ſanguine turba.
Si gentem petat infauſtã inter buſta ſuorum
Decertandũ hoſti:qui fregerit arma duorum
Qui conſulta ducũ ac flagret melioŕ gradiuo.
Nec promptũ teneris imania bella lacertis
Molliri:regimenq; rudi depoſcere in æuo.
Has lauri reſidens iuuenis viridãte ſubvmbra
Aedibus extremis voluebat pectore curas.
Cum ſubito aſſiſtũt dextra leuaq; per auras
Allapſæ:haud paulũ mortali maior imago:
Hinc virtus:illinc virtuti inimica voluptas.
Altera achemenium ſpirabat vertice odorẽ:
Ambroſias diffuſa comas:& veſte refulgens
Oſtrũ qua fuluo tyrium ſuffuderat auro.
Fronte decor quæſitus acu:laſciuaq; crebras
Ancipiti motu iaciebant lumina flammas.
Alterius diſpar habitus:frõs hirta:nec vnq̃
Compoſita mutata coma.ſtans vultus & ore
Inceſſuq; viro proprior:lętiq; pudoris.
Celſæ humeros niueæ ſurgebat ſtamie pallę.
Occupat inde prior promiſſis fiſa voluptas
Quis furor hic nõ digne puer cõſumeŕ bello
Florẽ æui:ſ cannæ ne tibi grauiorq; palude
Meonius ſtygia lacus excesſere:padus ſ
Quẽ tãdem ad finẽ bellando fata laceſſes
Tu ne etiã tetareparas atlantia regna
Sidoniaſq; domos:ſ moneo certare periclis
Deſine:& armiſonę caput obiectare ꝓcellæ.
Ni fugis hos ritus:virtus te ſęua iubebit

luptatis ad Scipionē:cui ꝓponit delitias: ſi voluptati velit in ſeruire: & incōmoda.vt magis eum a virtute deterreat &incipit a rephēſione:q̄ſi Scipio furore quodā ductus ad ꝑicula ruat:ſpnat voluptatē quævidet̄ eſſe amica naturæ.Nō digne.q nō mereris vt flos tuæ ætatis in bello cōſumat̄. Cānæ ne tibi.exēplo cladū acceptaꝝ a romanis deterret Scipionē a bello : oblitus ne es īgt q̄tā calamitatē acceperit romani ad cānas traſimenum:Trebiā atq; ticinū . Lacus meonius.traſimenus. Granior. funeſtior romano noi ipa palude inferna.Padus.ſtrages ad ticinū & trebiā:qui in padū emittūt.Tu ne ēt.exēplo patris & patrui monet Scipionē vt qeſcat nec ſe bellico furori cōmittat.Atlantica.hiſpana:atlas eſt ī finibus mauritanię vbi icipit hiſpania freto gaditano diuiſa ab aphrica. Sidonias.carthaginēſes.Ni fugis proponit oia incōmoda q̄ virtus cogit homines ſubire. Ritus bellicos.ſ.Sæua.horrida cruda & hominē crudelitatibus exponens. Decios.patrē:in bello latio. filiū in bello hetruſco.nepotē in bello cōtra pyrrhū.hi ſe pro legionib⁹ deuouerūt.Titulū.gloriam ſepulchro.& in morte . Prætēdit.ꝓponit. Nec ſenſuræ.i.aię q̄ non ſētiunt funera.nō.n.inquit ptinet ad mortuū ſi inſcribūt̄ eulogia in ſepulchris qppe nihil ſentit.Nō limite duro.i.via amœna & florida:viā virtutis:& voluptatis deſcribit heſiodus.Arctoā.ſeptētrionalē.Furentis cancri ardores æſtiuos cū ſol aſcēdit ad cancꝝ. Albus.fœlix&ſignādus albo lapillo:qd thraces inſtituerūt.Perſius. Hūc macrie diē nūera meliore lapillo : Qui tibi labantes apponit cādid⁹ annos.Serenæ.fœlices & ſine pturbatiōe.locus eſt ab vtili.Molli.dulci ac iocūdo.Lenis qui.trāquillæ ac iucūdæ ætatis.Illa ego ſū.inqt q̄ effeci vt anchiſes cū venere coiret:vn̄ natus eſt æneas autor romanoꝝ. Simois fluuius troadis.Parentem.iouē qui verſus in aquilā rapuit ganimedē: & in forma tauri aſportauit europā. Quis luce ſupma.i.in morte.Quas nā iuuenē.oratio virtutis inuehētis in ipſā voluptatē alliciētē iuuenes in fraudē.& ſic illius rōnes cōfutat.& oia oppoſita ſuadet agēda vt gloriā cōſequat̄ hō ad quā natus eſt & honeſtatē:q̄ eſt finis ipſius virtutis: ꝓponitq; vtilitatē dicēs.dabo tibi victum annibalē q nūcviſcera italię aduit. Florētibus.iuuenilibus & aptis ad virtutem ſuſcipiēdā cū laboribus q aīos generoſos nutriunt. Pellicis.allicis & trahis in fraudē &vitā reprehēſione dignā.inde pallacē Vlyſſē appellat.Vir. Tenebras.ſine aliqua laude ac nois lumine. Ratio. ītellectus quo a cęteris diſtam⁹aīalib⁹:&hęc rō poſtea diſciplinis& artib⁹efficit̄ recta rō & appellat̄ prudentia:qua hō homini antecellit.Cęleſtia ſemina.aīus pars diuini ſpūs:vt qbuſdā philoſophātibus placuit.Empedocles dixit animā noſtraꝫ eē deū. Hora.appellat animā:diuiæ aurę particulam: deus glorioſus animā infundit.iſti homines habentes rationē: & animam diuinam. Minores deos hoies Degeneres degenerātes a ſua excellēia& oblitos cæleſtis ſemīis voluptatiq; inſeruunt:quæ hominibus cum cęteris beluis cōis eſt:& affert exēpla illoꝝ :qui e na-

Per medias vo litare: acies medioſq; ꝑ ignes:
Hęc patrē patruūq; tuos:hęc ꝑdiga paulū.
Hęc decios ſtygias herebi detruſit ad vndas.
Dū cineri titulū memorādaq; noia buſtis
Prętēdit:nec ſenſurę quid geſſerit vmbrę.
At ſi me comitem puer non limite duro
Iā tibi decurret conceſſi temporis ætas.
Haud vnq̄ trepidos abrūpet buccina ſomnos.
Nō glaciem arctoam nō experiere furentis
Ardorē cancri:nec menſas ſæpe cruento
Gramīe cōpoſitas:aberūt ſitis aſpa:& hauſt⁹
Sub galea puluis:partiq; timore labores.
Sed current albuſq; dies:horęq; ſerenæ:
Et molli dabitur victu ſperare ſenectam.
Quātas ipſe decus lętos generauit in vſus
Res homini plena dedit bona gaudia dextra.
Atq; idem exemplar lenis mortalibus æui
Impertubata placidus tenet ocia mente.
Illa ego ſū anchiſæ veneris ſimōetis ad vndas
Quę iunxi:generis vobis vnde editus autor.
Illa ego ſū verti ſuperū quę ſæpe parentem
Nūc auis in formā:nūc torua in cornua tauri.
Hucaduerte aures.currit mortalibus æuum:
Nec naſci bis poſſe datur:fugit hora:rapitq;
Tartareus torrēs ac ſecum ferre ſub vmbras
Si qua animo placuer̄ negat:quis luce ſupma
Demiſiſſe meas ſero nō ingemit horas?
Poſtq̄ cōticuit:finiſq; eſt addita dictis:
Tūc virtus:quas nā iuuenē florētibus īquit
Pellicis in fraudes annis:vitæq; tenebras?
Cui ratio & magnæ cęleſtia ſemina mētis
Munere ſunt cōceſſa deum:mortalibus alti
Quātū cælicolæ tantūdē animalibus iſti
Pręcellūt cunctis:tribuit nāq; ipſa minores
Nos terris natura deos:ſed fœdere certos:



natura & virtutis pſcripto viuentes cælo dicati ſunt.priſcos quippe heroes pro genere humano bene meritos poſteri beneficioꝝ memores cælo ſacrarūt : qm̄ deū imitati ſunt:q oīum ſaluti proſpicit : & cōmodo: generoſi animi:& magnifici eſt iuuare: & pdeſſe:q dāt beneficia inquit ſeneca deos imitant:q repetūt feneratores.Cūcta domantē.Herculem q mōſtra domuit & labores qb⁹cælum meruit.ex hac noſtroꝝ opinione inquit Cicero Romulus in cęlo cū diis agit æuū.Indeq; plapſus ad nos &vſq; ad oceanū Hercules tāt⁹ & tā pſens habet̄ deus.hic libet deus ſemele natus:eadēq; famæ celebritate tyndaridæ fratres nōmō adiutores i pliis po.ro.ſed ēt nūcij fuiſſe phibent̄.Seras& indos.bacchus domuit oriētē & frenata tygride triūphans rediit.Taurus mōs vt dictū mediā ſecat caſiā& cū ſcythiā attigit dr̄ caucaſ⁹.Suſpiratos īploratos a nautis quoꝝ ſūt numina& quib⁹helena dira nocet.Lędeos fratres.caſtorē:& pollucē filios lædæ.Hora.in carminib⁹.Quoꝝ ſimul alba nautis ſtella refulſit.Defluit ſaxis agitatus humor.cōcidunt vēti fugiūtq; nubes.& minax ſic dij voluere pōto vnda recumbit.Pli.de hoꝝ ſtellis loquens ait gemine aūt ſalutares & proſperi curſus ꝓnuncię:quaꝝ aduentu fugari diram illam ac minacē appellatāq; helenā ferunt & ob id polluci & caſtori id numen aſſignant. eoſq; i mari deos inuocant.Quirinū.Romulum qui vrbis Romę auſpicato fūdamēta iecit.Nōne vides.nunc arguit a præſtātia formæ ipſius hominis:Cice.li.primo de legibus ait.Artes innumerabiles repertæ ſūt docente natura quam imitata rō res ad vitā neceſſarias ſollerter cōſequuta eſt.ipſū aūt hominē eadem natura nō ſolum celeritate mentis ornauit ſed & ſenſus tāq̄ ſatellites attribuit figurāq; corporis habilē: atq; aptā ingenio humano dedit.Nā cū cæteras animantes abieciſſet ad paſtū.ſolum hoiem erexit ad cęliq; q̄ſi cognationes domicilijq; priſtini cōſpectum excitauit.tū ſpeciē ita formauit oris vt in ea penit⁹ recōditos mores effingeret.& Oui.li.i.metamorphoſeos:Pronaq; cū ſpectent animalia cætera terrā.Os homini ſublime dedit. Vultus.i.ipſa ora:qm̄ vultus a voluntate fingit̄ inde dicimus irato mœſtoq; vultu. Cice.in legibus ait.& is q appellat̄ vultus qui nullo in animāte eſſe poteſt pręter hominē indicat mores. Sublimia.erecta ad cælū. Traxiſſet.inclinaſſet ad terrā:&ventri obedientes finxiſſet ipſas pecudes:& cętera id genus.Obſcœnā.turpē &plenā fecibus.homo aūt inquit da laudes& ad gloriā natus eſt.Munera diuū.ſi recte vtet̄ muneribus naturæ patētis rōne.ſ.& formæ excellentia Huc age.argumentū ab vrbe Roma ſumit:q̄ ex tenui aucta principio ardentiſſima virtute ciuiū ſuorum orbis regina facta eſt. Inde a contrario docens florētiſſimas vrbes luxu euerſas. fidena vrbs hetruriæ albanorū colonia fuit trans tyberim:ſtadi.xl.diſtabat ab vrbe.victa a romulo vrbis conditore in coloniam deſcripta eſt idibus aprilis. Aſylo.concurſu hominū cōfugientium ad aſylum quod erat tēplum cui ius tale datum erat neqs inde vllo crimīe diuelli poſſet.Romu

Degeneres tenebris animas dānauit auernis
At quis ætherei ſeruatur ſeminis ortus
Cęli porta patet:referā qd cuncta donātem
Amphitrioniadē? qd cui poſt ſeras & indos.
Captiuo liber cum ligna referret ab euro
Caucaſeæ currū duxere per opida tygres?
Quid ſuſpiratos magno i diſcrimine nautis
Lędeos referam fr̄es? veſtrūq; quirinum?
Nō ne vides hoim vt celſos ad ſydera vultus
Suſtulerit deus?ac ſublimia finxerit ora:
Cū pecudes volucreſq; genus formaſq; feraꝝ
Segnē atq; obſcœnā paſſi ſtrauiſſet in aluū.
Ac laudes genitum capiat ſi munera diuum
Fœlix ad laudes hoim gen⁹:huc age paulum
Aſpice nec lōge repetā modo roma mināti
Impar fidenę contentaq; creſcere aſylo
Quo ſeſe extulerit dextris:idē aſpice late
Florentes quondā luxus quas verterit vrbes
Quippe nec ira deū tātū nec tela nec hoſtes
Quātū ſola noces animis illapſa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes:tibi luxus:& atris
Circa te ſemper volitans infamia pennis.
Mecū honor:& laudes:& lęto gloria vultu.
Et decus:& niueis victoria concolor alis.
Me cīctus lauro perducit ad aſtra triūphus.
Caſta mihi domus:& celſo ſtāt colle penates
Ardua ſaxoſo perduxit ſemina cliuo
Aſpera principio:nec eni mihi fallere mos ē.
Proſequitur labor:ad nitendū intrare volenti
Nec bona cōcēdūt quę ſors infida dediſſet:
Atq; eadē rapuiſſe valet:mox celſus ab alto
Infra te cernes hominū genus:omnia cōtra
Experienda manēt:q̄ ſpōdet blāda voluptas
Stramine proiectus duro patiere ſub aſtris
Inſomnes noctes:friguſq; fameq; domabis

derit. Oenotria.itala.Iuuenis. Annibal. Ex‑ tremo.hiſpano :& occiduo. Bacis. fructibus. quoniam cæſæ erant arbores. Villarum.do‑ morum quæ ſunt in agris:& ruunt. Vaſtis oris depopulatæ: deſolatæq; italiæ. Vagus inſtabi lis: & hoc ꝓpter numidas.omnia inquit ſupra‑ dicta mihi accedent niſi ego vno ſepulchro con didero omnis pœnos qui nunc arma in italiam moliuntur : & ſic portendit cladem aſdrubalis & ſuorum. Verſat. loquitur ſecum italia. Thalamos.quoniam quieſcunt animata noctu adiuit imago italiæ claudium Neronem con‑ ſulem dormientem qui iam bis vicerat Anni‑ balem :& in apuliam inſequutus erat : ille me‑ tapontum aufugit:& hic veſtigia premebat ſe‑ quendo. Amyclei nepotis. Claudiȷ Neronis qui originem a clauſo Sabino de quo dictum eſt habebat.amyclei dicit:quoniam lacedæmo niȷ mixti fuerunt cum Sabinis. Amyclȩ oppi‑ dum prope ſpartem in laconia. Clauſorum decus.oratio imaginis italiæ ad claudium Ne‑ ronem.clauſiȷ prius inde claudiȷ dicti ſunt.Ere pto.cæſo.Si vis addere fatis patriæ. ſi vis vt pa tria ſit icolumis: & libera. Quod depulſo.ſēſus eſt:audendum id tibi eſt quod poſteavictor mi raberis animo volutans tantæ rei euētum ſi res ad votum non ſucceſſiſſet. Fulgentibus armis. narrat aſdrubalis aduentum in italiam. Inde docet quid ſit agendum ſuadens ab vtili.Inun‑ dauit impleuit. Sena.oppidum in agro pice‑ no nunc dicitur ſenogallia nomen habuit a gal lis ſenonibus. Ni propere ꝓponit periculum & ſimul oſtendit ab vtili non eſſe cunctandum. ne patria ruat quæ cæteris rebus bono ciui de‑ bet eſſe antiquior. Metauri. fluuiȷ de quo di‑ ctum eſt ad metaurum cecidit aſdrubal. Tu‑ mulis.ſepulchris carthaginenſium. Pauentē. Neronem timentem iuſſa: & educere milites e caſtris vt properaret in galliam ciſalpinam. ti‑ mebat enim ne Annibal caſtra iuaderet :aliqui codices habent viſa : vt ſit.viſa eſt ipſa imago attrahere pauentem Neronem : & propellere turmas ex apertis caſtris. Phœben. lunam. Tacito lumine. Vir.Tacitæ per amica ſilentia lunæ. Inde legit.Nero ex omni exercitu ciui‑ um ſociorūq; quod roboris erat delegit.vi.mi‑ lia peditum & mille equites:pronūciatq; ſe vel le occupare in Lucanis proximamvrbem vt ad iter prȩſto parati eſſent:relicto. Qu. Caſſio ad cuſtodiam caſtrorum profectus noctu flexit in picenum ꝑmiſſis qui per agrum larinatez. mar rucinum frentanum & pretutianum neceſſaria pararent. Marrucini erant duri bello frentani conſtantes. Prætutia vero vitifera. Superi pō ti.maris adriaci.Achemenio. parthico de ache

menijs dictum eſt. Ancipites.dubij.poſitum eſt inquit o milites in veſtra celeritate an roma ſtet incolumis an pereat. Acer ductor.concitatus.Nero vtebatur hoc genere exhortationis præcedere ſcilicet currendo & milites ducem ſequebantur. Augent.erigunt in ſpem: & dant illi animos cum eum ſtudioſe ſequerentur. At Roma aduerſi.deſcribit trepidationem romanorum de profectione Claudij Neronis cuius audacia habitura erat famam ex euētu:Romæ militum fuit terroris ac tumultus cum alatum eſt Neronem relictis caſtris contendiſſe in galliam terrebat etiam Romanos ꝙ ſint auſpicijs tantam rem inchoaſſet. Vno vulnere. morte Claudij Neronis & ſi Annibal caſtra oppugnaret abſente conſule:nam exercitu amiſſo nulla erat ſpes ſalutis exhauſta Roma & deficientib⁹ ſocijs. Iam rurſus.poſtq̄ Annibal dicebant cognouerit diſceſſum Neronis : veniet rurſus ad portas vrbis. Deuia.remota : & longinqua a ſuo vallo ideſt caſtris.Superbo fratri. Annibali dicebant veniſſe aſdrubalem in italiam vt certaret cum fratre cui nam deberetur gloria Romę deletę. Fremit.cum fremitu & timore dicit. Amens.territus. Sub vno corde. vna ſententia.omnes quippe idem ſentiebant : erigebant tamen contra aduerſa vt romanos decebat : & conſultabant qua ratione fortunæ vrgentis tela declinarent. Seruitio.ſeruituti quæ videbatur imminere. Iniquos.ſiniſtros. Noctis opacæ. noctu caſtra Liuij Nero ingreſſus eſt: ne aſdrubal ſentiret:&teſſera data eſt a Liuio per caſtra vt tribunus tribunum : centurio centurionem : eques equitē: pedes peditem acciperet:caſtra Liuij ſalinatoris a caſtris aſdrubalis quingentis paſſibus diſtabāt. Belligeris quondam.deſcribit mores & ſtudia Liuij ſalinatoris qui multis annis ante ex conſulatu populi romani iudicio dānatus fuerat : quod adeo ægre tulit vt & rus migraret & per multos annos:& omni cœtu careret hominum.octauo poſt damnationem anno.M.Claudius marcellus:&.M.Valeri⁹Leuinus conſules reuocarunt ipſum in vrbem : ſed erat veſte obſolera capilloq; &barba prolixa:p̄ ſe ferens in vultu habituq; inſignem memoriā ignominiæ apertæ.L.Veturius&.P.Licinius cēſores eum tondere:ac ſqualorem deponere : & in ſenatu venire fungiq; alijs publicis muneribus coegerunt. Scitus. peritus in re militari. Donauerat etiam patriæ.depoſuerat iram propter vtilitatem patriæ:cui ſuccenſere bono ciui non licet. At non aſdrubalem.aſdrubal autore Liuio prouectus ante ſigna cum paucis equitibus ſcuta hoſtium notauit quę ante nōviderat: & ſtrigoſiores equos. multitudo quoq; maior

Quaq; iacet ſuperi larinas accola ponti
Qua duri bello gens marrucina:fidemq;
Exuere indocilis ſocijs frentanus in armis
Tum qua vitiferos domitat prętutia pubes
Læta laboris agros & pē na & fulmīe & ūdis
Hybernis:& achemenio velocior arcu
Euolat:hortator ſibi qſq;:age:perge:ſalutē
Auſoniæ ancipites ſu pi & ſtet roma cadat ne
Inpedibus poſuere tuis:clamantq; ruuntq;
Hortādi genus acer habet prędere ductor
Illum augēt curſus adniſi æquare ſequendo.
Atq; indefeſſi noctemq; diemq; feruntur.
Ac roma aduerſi tantum mala gliſcere belli
Accipiens trepidare metu:nimiūq; neronem
Sperauiſſe queri: atq; vno ſibi vulnere poſſe
Auferri reſtātē animam:non arma nec aurū
Nec pubē:nec quē fūdant ſupereſſe cruorē
Scilicet aſdrubalē inuadāt:ad pręlia ſoli
Hānibali ſatis eſſe nequit.iā rurſus vbi arma
Auertiſſe ſuo cognorit deuia vallo:
Hęſurum portis pœnū:veniſſe ſuperbo
Qui fratri certet:cui maxima gloria cedat
Vrbis deletæ:fremit amens corde ſub vno
Ordo patꝝ:ac magno īterea meditatur amorē
Seruādi decoris quonam ſe fine minanti
Seruitio eripiat:diuoſq; euadat iniquos.
Hos inter gemitus obſcuro noctis opacę
Succedit caſtris nero quæ coniuncta feroci
Liuius aſdrubali vallo cuſtode tenebat.
Belligeris quondā ſcituſq; accendere martē
Floruerat primo clarus pugnator in ęuo.
Mox falſo læſus non æqui crimine vulgi
Secretus ruri triſtes abſconderat annos.
Sed poſtq̄ grauior moles terrorq; periclo
Poſcebat propiore virum:reuocatus ad arma
Tot cæſis ducibus patrię deuouerat iram.
At non aſdrubalē fraudes latuere recentum
Armorum:quāq̄ tenebris nox texerat aſtus.
Pulueris in clypeis veſtigia viſa monebant.
Et propere ſignū ad curſus ſonipeſq; viriq;
Subſtricti corpus:bis clarum buccina ſignū.



Preterea gemino prodebāt iūcta magiſtro
Caſtra regi: verum fratri ſi vita ſuperſit:
Qui tandē licitum ſocias coniūgere vires
Cōſulibus:ſed enim ſolū dū verā pateſcunt
Cunctandi reſtare dolum:martēq; trahendi
Nec conſulta fugæ ſegni formidine differt.
Nox ſomni genitrix mortalia pectora curis
Purgarat:tenebræq; horrenda ſilētia alebāt.
Erupit ſuſpenſa ferens veſtigia caſtris.
Et mutata elabi tacito iubet agmina paſſu.
Illumen nacti per rura tacentia noctem:
Accelerant:vitāt ſocios:ſed percita falli
Sub tanto motu tellus nequit.implicat actas
Cæco errore vias:vmbriſq; ferentibus arcto
Circūagit ſpatio ſua per veſtigia ductos.
Nam qua curuatas ſinuatis flexibus amnis
Obliquat ripas:refluoq; per aſpera lapſu
In ſeſe redit:ac caſſo ducente labore:
Exiguū inuoluit fruſtratis greſſibus orbē.
Inq; errore viæ tenebraꝝ munus ademptū
Lux vrget:panditq; fugā:ruit acer apertis
Turbo equitū portis:atq; omnis ferrea late
Tēpeſtas operit campos:nōdū arma manuſq;
Permixtæ:iam tela bibunt permiſſa cruorē.
Hinc iuſſę pœnū fugientem ſiſtere pennæ
Dictææ volitant:hinc lancea turbine nigro
Fert lœtū cuicūq; viro quē prēdidit ictus:
Deponunt habitus curam.trepidiſq; coactas
Conſiſtunt acies:& ſpes ad prælia vertunt.
Ipſe inter medios.nam rerū dura videbat
Sidonius ductor:tergo ſublimis ab alto
Quadrupedantis equi tēdēs voces manuſq;
Per decora extremo vobis quæſita ſub axe.
Per fratris laudes oro veniſſe probemus
Germanum annibalis:latio fortuna laborat
Aduerſis documēta dare:atq; oſtēdeꝛ quāt⁹
Verterit ī rutulos domitor telluris iberæ
Suetus ad herculeas miles bellare columnas.
Forſitan & pugnas veniet germanus ī ipſas.
Digna viro digna obteſtor ſpectacula pleno
Corporibus properate ſolo quicūq; timeri

ſolita viſa eſt: ſuſpicatus id quod erat receptui cecinit.Inde fugere tētauit. & via eluſus pugnādo cecidit. Aſtus.ipſius neronis noctu igrediētis caſtra collegæ. Subſtricti corpus.i.ipi equi ſtrigoſi ideſt propter laborem anhelantes. & ſtricta habentes ilia.Strigoſus īquit nonius apd veteres morbus dicebatur iumentoruꝫ qui corpora aſtringat:aut fame aut alia vitij cauſa quaſi ſtringoſus:monebant ergo aſdrubalem veſtigia pulueris viſa in clypeis & equi ſubſtricti corpus:quod erat ſignum ad curſus propere.oſtendebant equi ſtrigoſi & viri curſum quo illuc cōtenderāt.milites quippe ſalinatoris erant in caſtris.aliunde veniſſe putauit equos ſtrigoſiores ſolito. Bis: quoniam vtriuſq; conſulis tuba audita eſt:&ideo creuiſſe exercitum ſuſpicatus ē: Prodebant : indicabant. Præterea. vltra ſigna equorum &hominuꝫ quos labor attriuerat ipa tuba indicauit. Regi.i.gubernari caſtra. Gemino magiſtro.duobus rectoribus &conſulib⁹. retulere exploratores inquit Liuius duplex ſignum in conſularibus caſtris ceciniſſe : quod ſignum erat duos eſſe conſules. Verum fratri. dicebat aſdrubal ſi viuit frater Annibal quo nā modo alter conſul ab eo diſceſſit. Qui .i. quomodo licuit conſulibus ſe coniungere vnde cūctandum eſſe dicebat donec veritas pateret.

Nec conſulta fugæ.his anxius curis aſdrubal inquit Liuius extictis ignibus vigilia prima dato ſigno vt taciti vaſa colligerēt ſigna efferri iuſſit & per tortuoſi amnis ſinus flexuſq; cum errore ſe reuoluens non multum ꝓceſſit:eū Claudius Nero aſſequutus eſt:& cato qui erat prætor in caſtris cum leui armatura. Erupit.aſdrubal e caſtris. Suſpenſa veſtigia.exprimit habitum clam fugientis veſtigia quippe ſuſpēdūt ne ſtrepitum faciant.Muta:ſine clamore:vt diſceſſum non intelligerent hoſtes. Elabi.egredi cito paſſu. Illumen.obſcuram ſine lumīe. illumis nox obſcura:cum luna non lucet. Vitāt ſocios. Agmen inquit Liui.pœnorum primo p agros palatur: feſſiq; aliquot ſomno ac vigilijs ſternunt corpora paſſim.atq; infrequentia relinquunt ſigna. Percita.percuſſa fugientium ictibus. Nequit falli.non poteſt decipi a pœnis: immo ipſa tellus &fluminis anfractus eos deluſerunt.Implicat actas : docet quomō aſdrubal per noctem via eluſus reuertebatur vnde diſceſſerat. Implicat. inuoluit. Actas quas iam pfecerant curſu iterum repetebant.errabant enī noctu:& eodem reuertebantur. Cæco.nocturno.Circumagit.ducit circum:&implicat errore viæ. Ferentibus.ducentibus eos per tortuoſas ripas fluminis.Arcto.anguſto:quoniam non elōgabantur;ſed reuertebantur eodem. Amnis

metaurus. Exiguum orbem. breue ſpatiū : qm̄
parum procedebant ſequentes flexus ripę. Tur
bo.agmen inſtar turbinis.Portis caſtrorum.ſ.
Tempeſtas.ipſi milites tanq̄ tempeſtas.Pennæ
dicteæ.ſagittæ cretenſes. Curam abitus.aſdru
bal poſtq̄ pugnandumvidit depoſita omni cura
fugiendi aciem inſtruxit. Rerum dura pericu
lum & difficultatem· Per decora extremo.ora-
tio aſdrubalis ad ſuos milites quos hortatur ad
operam nauādam cum totvictorijs in hiſpania
claruerint:obteſtatur.ꝑ eos per laudem Anni-
balis:vt eis fratrem in italiam factisveniſſe oſtē
dant qui alpes tranſcendens oppoſitum agmē
romanorum profligauit.Decora gloriaꝫ.Extre
mo axe.hiſpania quæ eſt ad occaſum ſolis : vbi
vicerant duo fulmina belli Scipiones.Laborat.
nititur oſtendere romanis.qualesilli ſunt qui al
pes tranſcendūt.Aduerſis.calamitatibus totiēs
acceptis.Verterit.venerit.Iberæ.hiſpanæ. Ple-
no ſole.ſtrato cadaueribus romanorum. Iacet
fratri.cæſus eſt a fratre annibale:& ſic trahit ro
manos in contemptū. Infracto æuo.valde debi
li ſenecta.Damnatum caput.ipſe Liui. ſalinator
quem prius romani damnauerant ob male rē
geſtaꝫ in cōſulatu.Sit pudor.pro puderet Clau
dius Nero ex alia parte ſuos hortabatur ſic cla
mat apud liuium.Quid ergo pręcipiti curſu tā
longum iter emenſi ſumus o milites? Cluſiſſe.
finiſſe.locus eſt ab vtili:inde proponit gloriam
quā ex victoria cōſequuturi ſūt. Pedibus.celeri
curſu ex appulia.vnde huc cōtēdimus.Dextra.
viribus & pugna.Temere.imprudēter:& locus
eſt ab honeſto.Adducto robore:delectis militi
bus ex omni numero. Factum.noſtram profe-
ctionem ex caſtris & iter ꝓperatum.Huc iuue/
nes. verba Liuij hortātis ſuo exemplo iuuenes
ad operam patriæ nauandam:Præcludite.clau
dite alpes cadaueribus hoſtiū qui nimiuꝫ in ita
liam graſſant.Patulas .apertas.Fulmen cartha
ginis.quo vtitur cartago tanq̄ fulmie.Quis deꝰ
ſi veniet Annibal inqt etiā deus non poſſet nos
a morte liberare:locus eſt ab vtili.Sācit.firmat.
Obtectus. habens tectam canitiem galea.Rho
dani iuuētus.comati galli.Nabis erat ſacerdos
iouis Ammonis. Securꝰ fati.nō timens mortē.
Vano.mendaci.Cerula.viridis & cærulei colo-
ris.Ardebat.radiabat. Gemma garamātide.de
hac gemma loquitur ſolinus dicēs illic & lapis
legitur Ammonisvocant cornu.nam ita tortuo
ſus eſt & inflexus:vt effigiem reddat cornu arie
tis fulgore aureo.iō dicit poeta ardebat:hoc iō
finxit : quoniā Nabis erat Ammonis ſacerdos:
qui etiam in caſſide habebat effigiem iouis cor
nigeri.Inſula depēdēs. īhumeris.ſ.vt nūc ſūt mi
thrę epiſcopoꝝ hn̄tes ſtolas ex hūero pēdētes.

Dux bello poterat fratri:iacet vnica nūc ſpes
Et pœnæ e latebris infracto liuius æuo
Damnatū offertur vobis caput:ite agite oro
Sternite ductorem:cū quo concurrere fratri
Sit pudor:& turpis finē donate ſenectæ.
At contra nero:quid ceſſas clauſiſſe labores
Ingētis belli? pedibus tibi gloria miles
Parta igēs:nūc accumula cœpta ardua dextra
Heu temere abducto rupiſti robore caſtra:
Ni factum abſoluitvictoria præripe laudem.
Aduentu cecidiſſe tuo memorabitur horis.
Parte alia inſignis nudatis caſſide canis
Liuius huc iuuenes huc me ſpectate ruentem
Inpugnas: quantūque meus patefecerit ēſis:
Tantū intrate loci:& tādē præcludite ferro.
Iam nimiū patulas pœnis graſſantibus alpes
Quod ni veloci proſternimus agmina marte:
Et fulmen ſubitū carthaginis annibal adſit:
Quis deus īfernis queq̄ nr̄m eximatvmbris?
Hinc galea capite accepta:dicta horrida ferro
Sancit:& obtectus ſeniū fera prælia miſcet.
Illum per cuneos & per denſiſſima campi
Corpora tot dentem læto quot ſpicula torſit
Turbati fugere macę.fugere feroces
Autololes:rhodonique comas itōſa iuuētus.
Fatidicis nabis veniens ammonis harenis
Improba miſcebat ſecurus prælia fati.
Cæu tutāte deo:ac patriis ſpolia iproba terris
Fixurum vano tumidus promiſerat ore.
Ardebat gemma garamantide cæru la veſtis.
Vt cum ſparſa micant ſtellarum lumina cælo.
Et gēmis galeam clypeūque accenderat auro.
Caſſide cornigera dependens infula ſacros
Præ ſe terrores:diuum que ferebat honorem
Arcus erat pharetrę ꝙ viro atq; icocta ceraſtis
Spicula:& armatus peragebat bella veneno.
Necnon cornipedis tergo de more repoſtus
Suſtentata genu per campū pondera conti
Sarmatici prona aduerſos vrgebat i hoſtes.
Tanto tranſfixum telo per membra ꝑ arma
Conſulis ante oculos magno clamore ſabellū



Aſportabat ouans:& ouans ammona canebat.
Non tulit hanc iram tantoſque in corde tumores
Barbarico ſenior.telumque intorſit:& vna
Prædam animamque ſimul victori victor ademit.
Aſtitit audito triſtis clamore ruinæ
Aſdrubal:& ceptantem atabum raptare ꝑempto
Gemmiferi ſpolium cultus auroque rigentes
Exuuias iaculum a tergo perlibrat ad oſſa:
Iam correpta miſer geminis velamina palmis
Carpebat propere:& tepidos nudauerat artus:
Cōcidit:& ſacras veſtes:atque aurea fila
Reddidit exanimo ſpoliatum lapſus in hoſtem:
At canthus rutulum obtruncat:cui mille ſub altis
Lanigeræ balant ſtabulis:ipſe ocia molli
Exercens cura gelido nunc flumine ſoles
Frangebat nimios pecori:nunc lætus in vmbra
Tondebat niuæ ſplendentia vellera lanæ.
Aut pecus e paſtu cum ſeſe ad tecta referret:
Noſcentes matres ſpectabat ouilibus agnos.
Occubuit clypei tranſfixo proditus ære.
Et ſero ingemuit ſtabulis exiſſe paternis.
Acrius hoc italum pubes incurrit:& vrget:
Vt torrens:vt tempeſtas:vt flamma corruſci
Fulminis:vt boreā pontus fugit:vt caua currunt
Nubila:cum pelago cœlum permiſcuit eurus.
Proceræ ſtabant celtarum ſigna cohortes
Prima acies:hos impulſu cuneo queferoci
Laxat vi ſubita:& feſſos errore viarum:
Nec ſoli faciles longique laboris anhelos
Auertit patrius gentem pauor:addere tergo
Haſtas auſonius:teloque inſtare ſequaci.
Nec donare fugam:cadit vno vulnere tyrus
Nonvno rhodanus:profligatumque ſagittæ
Lancea deturbat morinum:& iā iamque cadentem
Cedentem quevrget totas largitus habenas
Liuius acer equo:& turmis abeuntibus infert
Cornipedem:tunc auerſi turgentia colla
Dicidit enſe moſę:diſcuſſit pondere terram
Cum galea ex alto lapſum caput:ac recidentem
Turbatus rapuit ſonipes in prælia truncum.
Hic caro,nam medio vibrabat & ipſe tumultu:

Incocta ceraſtis. infecta veneno
ceraſte ſerpentis. Conti ſarma/
ticum longum erat inſtar conti
oblongo ferro. Prędam.ſabel
lum quem nabis aſportabat. Tri
ſtis ruinę mortis illiusſacerdotis
Gemmiferi cultus. veſtis gem-
matæ. Rigentes.aſperas propter
aurum intextum. Ad oſſa.ip-
ſius atabi. Tepidos.recenter cę
ſos. Aurea fila.infulam Lapſus.
cadens ſuper nabim a ſe ſpoliatū
Inuicti phileni.aræ philenoꝝ
erant in maiore ſyrti appellatæ
a philenis fratribus:quem locus
finem imperij verſus ægyptum
habuere carthaginenſes.Inuicti
fortes:quoniam pro patria mo-
ri voluerunt. illic enim vbi po-
ſtea illorum honori aræ fuerunt
erectæ viui obruti ſunt. cum car
thaginenſes:& ſyrenaici de fini-
bus agrorum certarent. Aere.
clypeo. Proceræ.altę ſtaturæ.
gallos oppoſuerat aſdrubal clau
dio Neroni. non tantum eis fi-
dens: vt inquit Liuius:quantum
ꝙ ab hoſte timeri eos credebat.
galli primo impetu feroces ſunt
inde pauent. vbi ad hos gallos
cædes peruenit minimum certa
minis fuit.pars magna ab ſignis
aberat qui errauerant feſſi itine-
re:vigilijs.Laxat. aperit diſſipat
Nec ſoli faciles.non idonei ad
tolerandos ſolis calores. nam:vt
ſcribit.L.Florus cedunt ſolaribꝰ
radijs & reſoluuntur vt glacies.
Addere.addebat:Hic.tunc. Ca-
to.prætor laudauit Liuium con-
ſulem dicens ſi hic oppoſitus fu-
iſſet Annibali deſcendenti ex al
pibus non eſſent cæſi tot impera
tores & milites. Iuueni. Anni
bali.

Si primas inquit bello cum amiſimus alpes
Hic iuueni oppoſitus tyrio foret:hei mihi quãta
Ceſſauit latio dextra:& quot funera pœnis
Donarunt parui ſuffragia triſtia campi
Iamque inclinabant acies:cunctiſque pauorem
Gallorum induerat pauor:& fortuna ruebat
Sidonia ad rutulos.victoria verterat alas.
Celſus ceu prima refloreſcente iuuenta
Ibat conſul ouans maior: maiorque videri
Ecce trahens ſecum canentem puluere turmam:
Ductor agenoreus ſubit:intorquenſque lacertis
Tela ſonat:cohibete fugam:cui cedimus hoſti.
Nonne pudet? conuerſa ſenex marcentibus armis
Agmina agit.nũc quæſo mihi nũc dextera in armis
Degenerat noſtrique piget? mihi belus auorum
Principium:mihi cognatum ſidonia dido
Nomen:et ante omnes bello numerandus amilcar
Eſt genitor.mihi cui cedunt monteſque lacuſque
Et campi atque amnes frater:me magna ſecundum
Carthago putat annibali:me betis in oris
Aequant germano paſſæ mea prẹlia gentes.
Talia dum memorat medios ablatus in hoſtes
Vt noua conſpecti fulſerunt conſulis arma
Haſtam præpropero niſu iacit:illa pro oras
Aerati clypei & loricæ tegmine ſummo
Incidit haud fœlix humero:parceque petitum
Prẹſtrinxit corpus:nec multo tincta cruore:
Vana ſed optanti promiſit gaudia pœno
Turbati rutuli confuſaque pectora viſu
Terrifico:tum increpitans conamina conſul
Fœmineis læſum vana inter cornua corpus
Vnguibus aut palmis credas puerilibus ictum
Ite docete viri romanæ vulnera ſuerint
Quanta afferre manus:tum vero effunditur ingẽs
Telorum vis:& denſa ſol vincitur vmbra.
Iamque per extentos alterna ſtrage virorum
Corpora fuſa iacent campos:diuerſaque in vndam
Iunxerunt cumulos creſcente cadauera ripas.
Vt cum venatu ſaltus exercet opacos
Dictynna & lẹtẹ præbet ſpectacula matri:
Aut pindi nemora excutiens aut menala luſtrans

Parui campi.martij in quo erant comitia:& hoc potiſſimum dicit propter varronem:qui cauſa fuit cladis cannenſis.hei mihi inquit quot dextras amiſimus propter malam electionem conſulum. Ceſſauit.mortua eſt. Induerat pauor gallorum fugientium incuſſerat cæteris pauorem. Ruebat.fauebat iam romanis. Alas.pennas ſuas ad romanos. victoria ſemper alata fingitur. Cohibete fugas.verba Aſdrubalis ad ſuos:quibus deprimit Liuij ſenectam principium.origo. de belo dictum eſt ſupra. Gentes. hiſpanæ quas vici æquant me Annibali. Parce petitum. ideſt haſta Aſdrubalis parum nocuit Liuio conſuli. Perſtrinxit.vulnerauit. Vana. quoniam vulnus non alte inſederat. Rutuli .romani turbati ſunt conſulis vulnere. Conſul. Liuius increpabat futiles vires Aſdrubalis. Vana cornua.vanas acies hoſtiles. punicum vulnus inquit fœmineum eſt: & ideo hoſti oſtendite quale vulnus romanæ inferant manus. Ripas. metauri repleti cadaueribus. Vt cum venatu. ſtragem æditam ad metaurum comparat feris a diana venatu cæſis. Dictynna.diana. Matri.latonẹ pindus eſt mons theſſaliæ. Menalus arcadiæ. Coryti. vt dictum eſt tegmina arcuum ſũt ex corio:&pro pharetris etiam vſurpantur: vt in hoc loco. Muſco lanugine illa viridi quæ naſcitur in locis humidis.



Omnis naiadum plenis comitata pharetris
Turba ruit:ſtridunt ſagittiferique coriti
Tum per ſaxa feræ perque ipſa cubilia fuſæ
Per valles fluuioſque atque antra virẽtia muſco
Multa ſtrage iacent:exultat vertice montis:
Et latam luſtrans oculis latonia prædam.
Audito ante alios ſenioris vulnere rumpit
Per medios nero ſæuus ĩter viſaque virorum
Aequali pugna:quid enĩ:quid deinde relictũ eſt
Italiẹ fatis? hunc ſi non vincitis hoſtem:
Annibalem vincetis ait:ruit ocius amens
In medios:tyriumque ducem ĩter pria fremẽtẽ
Agmina vt aſpexit:rabidi ceu belua ponti
Per longum ſterili ad paſtus iactata ꝓfũdo
Cum procul in fluctu piſcem male ſaucia vidit:
Aeſtuat:& luſtrans nantẽ ſub gurgite prẹdam
Abſorbet late permixtum piſcibus æquor.
Non telo mora non dictis haud amplius ĩquit
Elabere mihi:non.hic nemora auia fallent
pyrenes:nec promiſſis fruſtrabere vanis:
Vt quondam terra fallax deprenſus ibera
Euaſti:noſtram mæntito fœdere dextram.
Hæc nero:& intorquet iaculum:nec futilis ictus
Nam latere extremo cuſpis vibrata reſedit
Inuadit ſtricto ſuper hẹc interritus enſe.
Collapſique premẽs vmbonẽ tremẽtia mẽbra
Siqua ſub extremo caſu mandata referri
Germano vis forte tuo portabimus inquit.
Contra ſidonius.læto non terreor vllo.
Vtere marte tuo:dum noſtris manibus adſit
Actutum vindex:mea ſi ſuprema referre
Fratri verba paras:mando capitolia victor
Exurat:cinerique iouis permiſceat oſſa
Et cineres noſtros:cupientem adnectere plura
Feruentem que ira martis tranſuerberat enſe:
Et rapit infidum victor caput: agmina fuſo
Sternuntur duce non vltra fidentia marti.
Iamque diem ſoliſque vices nox abſtulit atra
Cum vires parco victu:ſomnoque reducunt.
Ac nondum remeante die victricia ſigna
Qua ventum referunt clauſis formidine caſtris



Ceu belua põti. Neronis auiditatem comparat balẹnæ vorantis in mari piſces laxo hiatu. Male ſaucia. fame laborans. Aeſtuat. furit. Haud amplius inquit.verba Neronis ad Aſdrubalem non euades inquit nunc vt euaſiſti ĩ hiſpania victus a Scipione ad pyreneos montes:aut cum victus a romanis fœdere ſimulato euaſiſti. Nec futilis . non fuit vanus ictus Neronis. Siqua ſub extremo verba Neronis inſultantis aſdrubali proſtrato. Manibus .vmbris. Actutum.cito. Liuius ait. poſtremo cũ aut dubie fortuna hoſtium eſſet ne ſupereſſet tanto exercitui ſuum nomen concitato equo ſe in cohortem romanã immiſit.ibi vt patre Amilcare & Annibalis fratre dignum erat pugnans cecidit.nunquam eo bello vna acie tantum hoſtiuꝫ interfectum eſt.redditaq; æqua cannenſi clades vel ducis vel exercitus videbatur. Clauſis caſtris ſuis.quæ in lucania reliquerat.Nero vt ad caſtra rediit caput Aſdrubalis proijci ante hoſtium ſtationes iuſſit & vinctos aphros captiuos oſtendi :& duos ſolutos ire ad Annibalem :qui acta narrarent. Annibal tanto publico:priuatoq; ictus luctu agnoſcere ſe fortunam carthaginis dixit. caſtriſque inde motis in angulum italiæ abijt. Minuit ferendo. laus Annibalis a fortitudine.nam conſtans fuit in tanto dolore.nec eſt aliqua ægritudine conflictatus vt tantum imperatorem decebat. Vicitq; fortunam:quæ homines vincit niſi tota vincatur. Ferendo.patiendo forti animo.auferebat vim præſentibus malis Annibal robore animi ſubnixus: cum ſciret frangi aduerſis non eſſe clari imperatoris explorant quippe aduerſa viros :vt ſupra cecinit poeta : & in aduerſis virtus cognoſcitur. Inferias. victimas & exequias.

Aduerſa.calamitatem& dolorem ex morte fratris. Quiete.ideſt quieſcendo:& non appetendo pugnam. Dubia certamina.dubiam fortunam & belli euentum. Excluſit.remouit quoniã in bruttios abijt.

¶PETRI Marſi interpretatio in ſextumdecimum volumen Syllij Italici.

BRuttia mœrētem: poſt cædem aſdrubalis Annibal in bruttios profectus bello abſtinebat: nec eum quieſcentē mœſtum & ſuſpirante; ſe ob inuidiā aduerſæ factionis vinci ꝓuocare romani tantā in eo vim eſſe cenſebant q̃uis aduerſa fortuna laboraſſet: qui & ſi exercitum habebat coactu; ex colluuione tot gentium & tam diſpari cultu ritu & lingua. tamen tanta erat viri maieſtas vt ſeditio in caſtris laborantibus interdum cōmeatus inopia minime oriretur: dum hæc in italia agerentur Scipio in hiſpania ſecūdo marte pugnauit. pœnus tandē tota hiſpania ceſſit: Maſiniſſa romanorū amicitiā iniuit. Scipio & aſdrubal apud ſyphacem ſuſcepti amicitiā regis certatim petunt. redijt Scipio in hiſpaniam: & apd carthaginem patri. patruoq; funebres ludos celebrauit. inde romam reuerſus conſul cum craſſo pontifice maximo creatus eſt. deq; in aphricam traijciendo exercitu agit. Suoſq;. & mortem fratris. Septus. munitis caſtris ad ſecuritatem. Coquebat meditabatur animo. Abditus vt. Annibalem vltionem parantem comparat tauro qui cędit grege ac ſtabulis & in ſolitudine pugnam contra victorem meditatur. Auia remota. Hauſturus. conſumpturus italiam ſi a carthaginenſibus ſupplementu; habuiſſet. & ſi non obſtitiſſet alterius factionis inuidia.

Obtrectante. recuſante & prohibente mitti ſubſidia. Senio rerum. iam prælijs ſeneſcentibus & militia. quieſcebat enī in bruttijs Annibal

Tamē q̃uis vigor ille torpeſceret. Manu. prę teritis victorijs. Caput. ipſius Annibalis: cui9 nomen ſat erat pro omnibus auxilijs: & ſua maieſtate milites in officio continuit. Gradu. in ordine ſine aliqua ſeditione aut īter ipſos: aut aduerſus ducem. Retuſis. fractis: & aduerſante fortuna. Nec vero. nunc ad hiſpanias tranſgreditur poeta: non ſolum inquit ī italia mars fauebat romanis: ſed etiam in hiſpania. Phœnix carthaginenſis oriundus a phœnicia. Auriferis. hiſpanis vbi aurum foditur. Iam mago Anno nouus imperator cū nouo exercitu magoni ſe coniunxerat quos ſcipio acie ſuperauit: duo aut amplius millia peditū equitatuſq; omnis vis inito prælio cum magone effugerunt. Anno alter imperator viuus captus eſt. Mago ad gades profectus aſdrubali giſgonis filio ſe coniunxit. poeta canit magonem illico tranſmiſiſſe in libyam.

Tum nero procera ſublimia cuſpide portās
Ora ducis cæſi: cannas penſauimus inquit
Annibal & trebiā & traſimeni littora tecū
Fraterno capite. i. duplica nunc perfida bella
Et geminas arceſſe acies: hæc prẹmia reſtant.
Qui tua trāſmiſſis optarint alpibus arma.
Cōpreſſis lachrymas pœnus: minuitq̃ ferēdo
Conſtāter mala: & īferias in tempore dignas
Miſſurum fratri clauſo commurmurat ore.
Tum caſtris procul amotis aduerſa quiete
Diſſimulās dubia excluſit certamina martis.

Liber ſextuſdecimus:

BRuttia mœrentem caſus patriæque ſuoſque
Annibalē accepit telus: hic aggere ſeptus
In tempus poſita ad renouandum bella coquebat.
Abditus vt ſylua ſtabulis cum ceſſit ademptis
Amiſſo taurus regno gregis auia clauſo
Molitur ſaltu certamina: iamque feroci
Mugitu nemora exterret: perque ardua curſu
Saxa ruit: ſternit ſyluas: rupeſque laceſſit
Irato rapidus cornu: tremit omnis ab alto
Proſpectās ſcopulo paſtor noua bella parātē:
Sed vigor hauſurus latium: ſi cętera martis
Adiumenta forent: praua obtrectāte ſuorum
Inuidia reuocare animos: agitare negata
Cogebatur ope: & ſenio torpeſcere rerum
Parta tamē formido manu: & tot cędibus olī
Quęſitus terror velut inuiolabile celis
Seruabāt: ſacrūq; caput proq; omnibus armis
Et caſtrorū opibus: dextris querecē tibus vnū
Annibalis ſat nomen erat. tot diſſona līgua
Agmina barbarico tot diſcordantia ritu
Corda virū manſere gradu: rebuſque retuſis
Fidas ductoris tenuit reuerentia mentes.
Nec vero auſonia tantum ſe lętus agebat
Dardanidis mauors. iam terra cedit ibera
Auriferis tandem phœnix depulſus ab aruis.



Iam mago exutus caſtris agitante pauore
In libyam propero tranſmiſit cærula velo.
Ecce aliud decus haud primo cōtēta fauore
Nutribat fortuna duci: nam concitus anno
Aduentabat agēs trepidātibus agmina cetris
Barbara: & īdigenas ferus raptabat iberos.
Non ars aut aſtus belli: vel dextera deerat
Si non ſcipiadæ concurreret agmina ductor
Magna adeo auſonius maiori mole ꝓmebat
Vt phœbe ſtellas: vt fratris lumina phœben
Exuperant: mōteſque atlas: vt flumia nilus:
Vt pater oceanus neptunia cærula vincit:
Vallantē caſtra obſcuro iā veſper olympo.
Fundere non æquā trepidāti cœperat vmbrā
Aggreditur latius rector ſubitoque tumultu
Ceduntur paſſim cœpti munimina valli
Imperfecta ſup cōtexere herbida lapſos
Pondera: & in tumuli cōceſſit ceſpes honorē.
Vix vni mens digna viro nouiſſe minores:
Quā deceat preciūq; operis ſit tradere famæ
Cantaber ingenio membrorū & mole timeri
Vel nudus telis poterat larus: hic fera gentis
More ſecurigera miſcebat prælia dextra:
Et quanquam fundi ſe circum pulſa videret
Agmina: deleta gentilis pube catervę
Cęſorū implebat ſolus loca. ſeu foret hoſtis
Cōminus: expleri gaudebat vulnere frontis
Aduerſę: ſeu lęua acies in bella vocaret
Obliquo telum reflexum marte rotabat.
At cum pone ferox auerſi in terga veniret
Victo nil trepidans retro iactare bipennem
Callebat: nulla belli non parte timendus.
Huic ducis inuicti germanus turbine vaſto
Scipio cōtorquēs haſtam cudone comantes
Diſiecit crines nanque altius acta cucurrit
Cuſpis. & elata procul eſt eiecta ſecuri.
At iuuenis cui telum ingens acceſſerat ira
Barbaricā aſſiliēs magno clamore bipennem
Incutit: intremuere acies ſonuitque perauras
Condere belligero pulſati tegminis vmbo.
Haud ipune quidē: remeās nā dextera abictu

Ecce aliud decus: ſeparat poeta pugnam Scipionis cum annone. ſed Liuius coniungit. Decus. victoriam. Duci. Scipioni. Cetris clypei: & ſcutis. Liuius ait. Iam ferme omnibus ſcutatis celtiberorū interfectis. Crepitantibus. ſonantibus ſupra dixit. Ad numeru; reſonas gaudentem plaudere cætras. Indigenas. illic genitos. Non ars aut aſtus laudat annone; vt maior laus victori Scipioni accedat. Vt phœbe ſtellas comparatione magnitudinē Scipionis probat. Cærula. maria mediterranea: qbus pręeſt Neptunus. Oceanus autem ambit totam terram. Vallante;. Scipio aggreſſus eſt annonē migrantem caſtra. Non æquā. noxiā: quoniam non vidit hoſtes aduentare Aſdrubal. Herbida pōdera: ipſe ceſpites quos ad vallum muniendum potauerant contexere ipſos milites: & præbuerunt eis vicem ſepulchri. Lapſos milites proſtratos qui pondera herbida portabāt. Vix vni mēs digna viro: vix īter tot celtiberos fuit vnus quē deceat minores ideſt poſteros nouiſſe. ſ. ex carmine & hiſtoria. i. vix fuit vnus memoria dign9. Mens digna viro: robur animi quale decet virū habere. Sit precium operis. i. ſit operępreciū: & vtile poſteris dare famæ: quoniam miores prẹclara facta imitantur: ideo eſt operepreciū illa litteris mandare. Vnde dicit liuius in proemio ſuæ hiſtoriæ ad octauium auguſtum. vnde tibi tueæq; reipu. qđ imitere capias. Cantaber larus: hic eſt ille vnus memoria dignus. igenio arte bellandi: & viribus corporis: geſtabat ſecurī de more cantabrorum. Gentilis: ex eadem gēte. Seu foret hoſtis: dexteritatem lari in prelio deſcribit poeta: qui ante retro: lęua ſiniſtra: & oī deniq; ex parte pugnās timēdus erat. Obliquo marte: leua pugna. Pone: poſt. Aduerſi: lari. germanus ducis. L. Scipio qui poſtea dict9 eſt aſiaticus ab aſia deuicta. Cudone: galea ex cudone ſeu codone ideſt pelle cruda. ſupra dixit. caput his condone ferino ſtat cautum. Acta: impulſa ab ipſo laro: qui ſecuri haſtam Scipionis in altum egit. Telum ingens. quoniam ira ē magnum incitamētū ad res agendas: Vnde dicit Home. vires iniecit ira. Ira inquit ariſtoteles neceſſaria eſt: nec quicq̃ ſine illa expugnari poteſt niſi illa ipleat animum & ſpiritum accendat. Vtendum autem eſt illa non vt duce: ſed vt milite. Vmbo: Scipionis qui lauro manu; abſcidit. Telo: ſecuri. Qui murus: larus tanq̃ murus & tutela ſuorum. Per medios annon: vituperatur annon a poeta: qui vt viueret hanc ignominiam captiuitatis paſſus eſt: potius debuit pugnando mori vt fecerat aſdrubal: & vt fortes & magnanimi faciunt imperatores. Scipio eū deriſit dicēs ſi eſtis ita faciles ad ſeruitu-

tem cur pugnatis:romanorumẽ pugnare qui ſeruire neſciunt. Lucem:vitam. Heu dulcia lumina cæli:damnat poeta tantam vitæ cupiditatẽ : ꝓ qua turpitudo ſubiẽ iterdũ:cũ magis hoiem deceat pro decoro ſeruãdo mori q̃ viuere. Qui regna:imperiũ orbis. Toga:romani togati & a romulo habentes originem. Quis quibus. Quirini:romuli bellicoſi. Seruitium:ſeruituri. Refertis:retractatis. Hæc inter:Scipio.L. Scipionem romam miſit cum annone & cæteris captiuis: cum audiuiſſet aduentare aſdrubalem vt ſe annoni coniungeret ad pugnam ſe expediuit. Immo ad certam victoriam videns hoſtes ad morteꝫ ruere Nil amplius inquit:verba Scipionis ad ſuperos:ſatis inquit mihi dediſtis offerendo hoſtes. Victoria eſt in manu noſtra nil aliud optabam niſi poſſe congredi:compos voti: vt ad victoriam conſequendam adiuuetis non poſco. Profugus: hoſtis qui fugiebat. Furentes: vmbræ inquit patris & patrui vocant hoſtes furẽtes ad morteꝫ ꝓ inferiis. Modus finis belli hiſpani. Luſtra: Syluas & cubilia ferarum. Ad tarteſiacos portꝰ:aſdrubal nauibꝰ acceptis nec ꝓcul inde aberat mare noctu relicto exercitu gades ꝓfugit. Proximus i pugna:iã de maſiniſſa loquiẽ ſed a Liuio diſſẽtit:q ſic ait. poſt fugaꝫ aſdrubalis ſcipio.x.millia peditũ mille eqtes reliquit ſyllano ad caſtroꝝ obſidionem ipſe tarraconẽ rediit. poſt ꝓfectionẽ eiꝰ maſiniſſa cum ſyllano clã cõgreſſus vt ad noua cõſilia gẽtẽ quoq; ſuã obedientẽ haberet cũ paucis popularibꝰ in aphricã traiecit. inde rediẽs cũ ſcipiõe cõgreſſꝰ amicitiã iiuit:data fide. poeta canit maſiniſſę reuerſo ex acie noctu arſiſſe capillos:quod ꝓdigiũ mater iterpretata ſuaſit filio vt amicus populi ro. eẽt. & ſic duraret eius capiti lumẽ & decꝰ. nã cõſtãtiſſime ad vltimã ſenectã. fidem ſeruauit. Ductori:Aſdrubali.

Deciſa eſt gladio:ac dilecto immortua telo.
Qui poſtq̃ murus miſeris ruit:agmina concors
Auertit fuga confeſtim diſperſa per agros
Nec pugnæ ſpecies:ſed pœne triſtis imago
Illa erat:hinc tãtũq; cadentũ:atq; inde ruentũ.
Permedios annon palmas poſt terga reuinctus
Ecce trahebatur:lucemq; heu dulcia cœli
Lumina captiuus lucem inter vincla petebat:
Tum rector latius.tanta en qui regna repoſcant?
Quis cedat toga:& armiferi gens ſacra quirini?
Seruitio ſi tam faciles cur bella refertis?
Hęc inter celerare gradum coniungat vt arma
Aſdrubalem ignarum cladis prænuncius affert
Explorator eques:raptat dux obuia ſigna
At poſtq̃ optatam lętus contingere pugnam
Vidit &:ad lætum magno venientia curſu
Agmina:ſuſpiciens cælum nihil amplius inquit
Vos hodie poſco ſuperi protractus ad arma
Quod profugus ſatis eſt:in dextera cętera nobis
Vota viri rapite ite precor:vocat ecce furentes.
Hic pater hinc patruus gemia o mihi numia belli
Ducite:adeſte:ſequor digna ſpectabitis : haud me
Præſcia mens fallit veſtro iam nomine cedes
Nam quis erit tandem campis telluris iberæ
Bellandi modus:en vnquam lucebit in orbe
Ille dies:quo te armorum carthago meorum
Aſpiciam ſonitus admotaq; bella trementem
Dixerat: & raucus ſtridenti murmure clangor
Increpuit:tonuere feris clamoribus aſtra.
Concurrunt: quantumq; rapit violentia ponti
Et notus & boreas:& inexorabilis auſter.
Cũ mergunt plenas tumefacta ſub æquora claſſes
Aut cum lętiferos accedens ſyrius ignes
Torret anhelantem ſæuis ardoribus orbem
Tantum acies hominumq; ferox diſcordia ferro
Demetit:haud vllus terrarum ęquarit hiatus
Pugnarum damna:aut ſtrages per inhoſpita luſtra
Vnquã tot dederit rabies horrenda ferarum
Iam campi valleſq; madent hebetataq; tela
Et libys occubuere:& amantes martis iberi.
Stat tamen vna loco perfoſſis debilis armis:



Luctaturq; acies:qua concutit aſdrubal haſtam.
Nec finem daret ille dies animoſaq; virtus
Ni pręlapſa foret loricæ tegmine arundo:
Et parco ſummum violaſſet pondere corpus:
Suaſiſſetq; fugam:rapido certamina linquit
In latebras euectus equo:noctiſq; per vmbram
Attartheſſiacos tendit per littora portus.
Proximus in pugna ductori marte manuque
Regnator nomadum fuerat:mox fœdere longo
Cultuq; æneadum nomen maſiniſſa ſuperbum.
Huic feſſo quos dura fuga & nox ſuaſerat atra
Carpenti ſomnos ſubitus rutilante coruſcum
Vertice fulſit apex: criſpamq; inuoluere viſa eſt
Mitis flamma comam:atq; hirta ſe ſpargere frõte
Concurrunt famuli:& ſerpentes pectora circum
Feſtinant gelidis reſtinguẽ fontibus ignes.
At grandæua deum pręnoſcens omnia mater
Sic ſic cælicolæ portentaq; veſtra ſecundi
Condite ait:duret capiti per ſæcula lumen.
Ne vero ne nate deum tu læta paueſce
Prodigia:aut ſacras metue iter tempora flammas.
Hic tibi dardanię promittit fœdera gentis:
Hic tibi regna dabit regnis maiora paternis
Ignis:& adiunget latiis tua nomina fatis
Sic vates:iuueniſq; animum tam clara mouebant
Monſtra:nec apœnis vlli virtutis honores:
Annibal ipſe etiam iam iamq; modeſtior armis.
Aurora obſcuri tergebat nubila celi:
Vixq; atlantiadum rubefecerat ora ſororum:
Tendit in auſonios:& adhuc hoſtilia caſtra.
Atq; vbi ſe vallo intulerat:ductorq; benigno
Accepit latius vultu:rex talibus infit
Cæleſtum monita & ſacræ reſponſa parentis.
Diiſq; tua o rutulum rector gratiſſima virtus
Auulſum tyriis huc me duxere volentem:
Si tibi non ſegnes tua contra fulmina ſepe
Viſi ſtare ſumus dignam te nate tonantis
Afferimus dextram:nec nos aut vana ſubegit
Incertę mentis leuitas.& mobile pectus
Aut ſpes & læti ſectamur pręmia martis.
Perfidiam fugio:& periuram ab origine gentem:

Nomadum :maſiniſſa rex numidarum. Superbum:nobile ſeruata fide populo romano. Mitis: non adurẽs. Serpentes:diſcurrentes. Omnia:prodigia. Sic ſic. verba fatidicæ matris maſiniſſæ. Regna maiora:nam ſublato ſyphace regnum eius conceſſum eſt a ſenatu maſiniſſæ. Latiis fatis: fortunæ romani imperii:quoniã appellatus eſt maſiniſſa ſocius & amicus populi .ro. Iuueniſq; animum:hæc tria mouerunt animũ maſiniſſæ ad ineundam cum romanis amicitiam. clara prodigia inde q; ſibi carthaginẽſibus meriti honores habiti non fuerant. deniq; q̃ã Annibal non videbatur amplius fœlici marte vti. immo imminui in dies famam eius & vires. Modeſtior : minoris famæ ac nominis in re militari. modeſtus a modico dicitur. Sororum: vergiliarum quę dicũtur atlantides filiæ athlantis &.vii. fuerunt. dicũturq; pleiades a matre: & a fratre hiades:illuſceſcente inquit aurora:& vix ſole irradiante cacumina montis atlantis qui propter ſuam altitudinem ab indigenis colũna cęli appellatur:profectus eſt maſiniſſa ad ſcipionem. Heſperides etiam quæ tres fuerunt filię atlantis habitę ſunt :quæ illic habebant hortos: Cæleſtum monita : oratio maſiniſſæ ad ſcipionem. Tua fulmina :ferociã bellicã:& ingẽtẽ virtutẽ;& fulmen dixit:quoniã Scipio habebatur filius iouis tonantis: Dextram : noſtram dignam te o Scipio : quoniam non erat degener in bello maſiniſſa : aut indecorus ſcipioni. Perfidiam:ſcilicet carthaginẽſium. metis .i. cũ perueneris ad finem hiſpaniæ. columnaſq; herculis vna mecum inuade carthaginem :quæ eſt parens:& origo huius belli. Quãdo :quoniam viciſti omnem hiſpaniam. Ille:Annibal. Si pulchra tibi : verba ſcipionis ad maſiniſſam. ſi iquit videmur tibi clari preſtantia rei militaris: clariores tamen ſumus fide.

Et quando herculeis finiſti prælia metis
Hanc ipſam belli nobiſcum inuade parentem:
Ille tibi qui iam gemino laurentia luſtro
Poſſedit regna:& ſcalas ad mœnia romæ
Ad mouet:in libyam flammis ferroqꝫ trahendus.
Sic nomadum ductor:tūc dextera ſcipio dextram
Amplexus.ſi pulchra tibi mauorte videtur:
Pulchrior eſt gens noſtra fide:dimitte bilingues
Ex animo ſocios.magna hinc te præmia claræ
Virtutis maſiniſſa manent:citiuſque vel armis
Quam stratę ſtudio vincetur ſcipio mentis
Cætera quę libyam portare incendia ſuades
Expediet tempus:nec enim ſunt talia rerum
Non meditata mihi:&mentem carthago fatigat:
Hinc iuueni dona inſignem velamine picto
Dat chlamydem:ſtratumqꝫ oſtro:quē cœperat ipſe
Deiecto victor magone:animumqꝫ probarat:
Cornipedem:cum qua diuum libabat ad aras
Aſdrubal ex auro pateram galeamqꝫ comantem.
Exin firmato ſociali fœdere regis.
Vertendas agitat iam nunc carthaginis arces.
Maſſylis regnator erat ditiſſimus oris
Nec nudus virtute ſyphax:quo iura petebant
Innumeræ gentes extremaque littore tetys.
Multa viro terra ac ſonipes & belua terror
Bellorum necnon marti delecta iuuentus.
Nec foret aut ebore:aut ſolido qui vinceret auro:
Getulis ve magis fucaret vellus ahenis.
Has adiungere opes reputans:auiduſque laborem
Si vertat rex ad pœnos dare vela per altum
Imperat.atqꝫ animo iam tū affrica bella capeſſit.
Verum vbi per ventum:& portus tenuere carinæ:
Iam trepida fugiens per proxima littora puppe
Aſdrubal afflictis aderat noua fœdera quęrens
Rebus:& ad tyrios maſſylia ſigna trahebat.
Audito pariter populorum in regna duorum
Aduenisſe duces:qui tota mole laborent:
Diſceptentqꝫ armis terrarum vter imperet orbi:
Celſus mente ſyphax acciri in tecta benigne
Imperat:& tanto regni ſe tollit honore.
Tum lętos voluens oculos aduerſa per ora:

Bilingues:fallaces perfidos. Citiuſqꝫ vel armis: citius inquit ſuperabor bello q̄ officio ideſt non ero ingratus. Iuueni:maſiniſſæ: natus erat maſiniſſa annis .xxiij Cornipedem ſtratum: ornatum purpura. Animum :audaciam ipſius equi. Maſſylis regnator erat:ſcipio potiusomni hiſpania conciliādis regibus animum applicat .C. Lælium ad ſyphacem miſit autore Liuio maſſylis imperantem quæ gens finitima eſt mauris contra hiſpaniamvbi eſt noua carthago ſita:q̄uiscum carthaginēſibus fœdus haberet:acceptis donis a.C.Lælio amicitiā romanoruꝫ nō recuſauit : ſed cū duce colloqui velle dixit. fide accepta Lælius ad ſcipioneꝫ rediјt .L.Martio Tarracone.M. Syllano carthagine relictis cum duabus quinqueremibus comite Lęlio ad ſyphacem trāſmiſit ſcipio & eodem tempore aſdrubal aduenit.& ambo a ſyphace accepti benigne ſunt. Tethis.ideſt hi qui habitāt ad oceanum.magnū inquit liuius in omnia momentum.ſyphax affectanti res aphricæ erat opulentiſſimus eius terræ bello iam expertus ipſos cartaginēſes finibus etiam regni apte ad hiſpaniam poſitis quo freto exiguo dirimuntur. Belua: elephanti. Getulis ahenis:purpura quæ apud getulos tingebatur.Fucaret:tingeret: Ahenis caldarijs. Capeſcit:meditatur.

Fugiens : quoniam pulſus erat ex hiſpania a Scipione. Tota mole ;omni conatu Tanto honore: qꝑ duo clariſſimi duces ad ſe venerint. Quam te dardanidæ:verba ſyphacis ad Scipionem.Serena:lęta & iucunda.Scipiadæ:ſcipionis patris tui.Reuocat:refert patrem ſcipionem. Erythrea littora. gaditana. nam gades erythrę etiam dicebantur licet aliqui dicant erythram eſſe inſulā poſt gades. Aeſtibꝰ:motu oceani de quo dictū ē.vicia : q̄ñ betis erūpit ī fretum gaditanuꝫ.



Sic latium affatur iuuenem:ac prius incipit vltro
Quam te dardanidę pulcherrime mente ſerena
Accipio:intueorqꝫ libens:quamqꝫ ora recordor
Lætus ſcipiadæ:reuocat tua forma parentem.
Nam repeto herculeas erythrea ad littora gades
Cum ſtudio pelagi & ſpectandis æſtibus vnde
Veniſſem magnos vicina ad flumina betis.
Ductores miro quondam me cernere amore.
Tum mihi dona viri præda delecta tulere
Arma ſimul regnoqꝫ meo.tum cognita primum
Cornipedum frena atqꝫ arcus:qui cædere noſtra
Non norunt iacula:& veteris tribuere magiſtros
Militię:qui diſperſas ſine lege cateruas
Veſtro formarent ritu ad certamina martis.
Atqꝫ ego cum noſtra in noſtris quæ copia regnis
Nunc auri ferrem:niuei nunc munera dentis.
Nil valui præcibus ſolos ſibi cœpit vterqꝫ
Quos cohibebat ebur vaginę ſectilis enſes
Quare age lætus habe noſtros intrare penates
Ac mea quando habuit libycum fortuna pervndas
Ductorem facili quæ dicamvt percipe mente:
Et vos qui tyrię regitis carthaginis arces
Aſdrubal huc aures huc quæſo aduertite ſenſus.
Quanta per auſonios populos torrentibus armis
Tempeſtas ruat:& latio ſuprema minetur
Vtqꝫ bibant tyrium bis quino ſæua per annos
Sicana nunc tellus:nunc littora ibera cruorem
Cui neſcire licet? quin ergo triſtia tandem
Conſidunt bella:& deponitis arma volentes?
Tu libya tu te auſonia cohibere memento.
Haud deformis erit vobis ad fœdera verſis
Pacator mediuſqꝫ ſyphax.ſubiungere plura
Nonpaſſus gentis morem arbitriumqꝫ ſenatus
Scipio demonſtrat:nāque illum abſiſtere cœpti
Spe iubet.& patres docet hæc expendere ſolos
Suadendi modus hic:quodque eſt de parte diei
Exacti ſuper ad menſas & pocula vertunt.
Atqꝫ epulis poſtq̄ finis dant corpora ſomno.
Et dura in noctem curarum vincula ſolunt.
Iamqꝫ nouum terris pariebat lumine primo
Egrediens aurora diem,ſtabuliſqꝫ ſubibant



Frena.quoniam prius numidæ non vtebantur frenis : ſed virgula regebant equosvt dictum eſt. Magiſtroveteris militæ.M.Fabio:C.Sempronio conſſ.Numidiæ rex ſyphax cum res proſpeř ſcipionum in hiſpania eſſēt amicus romanorum fit.tres ad eum miſſi centuriones legati :Vnum apud ſe orat remanere vt diſciplinam rei militatis romanoruꝫ rudibus numidis oſtēderet fide accepta.Qu.ſtatorius apud euꝫ remanſit qui morem romanū in inſtruēdis peditibus primus barbaras illas gentes docuit. Numidæ quippe tantū eqtatu valebāt carthaginēſes cum galla fœdus ꝑcuſſerunt qui filiū maſiniſſā dedit natum annos .xvij.qui militauit in hiſpania :vſqꝫ ad victoriaꝫ ſcipioniscum quo fœdus percuſſit:&amicus romanorum factus eſt. Dentis:eboris ex dentibꝰ elephantoruꝫ. Sectilis:diſtinctę ac elaboratę niueo ebore. Libycū ductorem aſdrubaleꝫ. Quarta ꝑ auſonios:cōmemorat calamitates in genere:Quas per tot ānos paſſi fuerant:& patiebantur romani:atqꝫ carthaginenſes: vt ab vtili ambobus ducibus pacē ſuadeat.ſeqꝫ mediuꝫ pollicetur: ſed Scipio id in ſe nō eē ſitum dixit ſed in poteſtate ſenatus. Vtqꝫ bibant:hęc eſt calamitas carthaginenſium. Sicana tellus:quoniaꝫ victi fuerunt carthaginenſes in ſicilia. Ibera : hiſpana propter victoriam ſcipiōis: & alia pręlia q̄ illic fuerant. Tandem:poſt tot cædes. Morem gentis : conſuetudinem romanorum. Spe fœderis percutiendi vt volebat ſyphax. Expendere.examinare iudicare ſolos ſenatores romanos. Modus finis hic fuit ſuaſionis non vlterius progreſſꝰ eſt ſyphax audito Scipione : & quod ſupereſſet diei verterūt ad epulas inde quieuerunt.

Exacti: iam prope finiti. ipſe. ſol. deſcribit aurorā. Pacator: ſcipio qui pacauit hiſpanias. Prima mihi: exprimit ſcipio ſyphaci cauſā ſui aduentus & ab vtili ſuadet: vt fœdus cum romanis percutiat. Prima: maxima. Quæſumus: ideſt nō oramus res difficiles tuo regno. Vnanimum: concors & fidum. Non tibi maſſylæ: nō tā tum honoris affert tibi tuum regnum: & pro auita potentia quan tum afferent romani: pro quibus diȷ pugnant cum nullus alicui de orum acceptus ſit qui arma læſerit romana. Cum ſubito: cum victima fugiebat malum erat ſignū vt poeta innueret perfidiam ſyphacis: & fœdus non duraturum dicit: taurum mactanduꝫ ad aras fugiſſe: quoniam ſyphax violato fœdere ad pœnos ſe vertit & filiam aſdrubalis duxit vxorem. Decoramen ornamentum ſuorum: maiorum: & per hoc oſtendebatur caſuram eſſe gloriam ſeruatæ fidei ex capite ſyphacis: & eum depoſiturum eſſe coronam regni quod ſui maiores tenuerant. fuit enim poſtea captus ſyphax: & viuus ad Scipionem perductus.

Caſuro: quod paulo poſt cadere debebat. Omnia: ſigna & ꝑdigia futuræ calamitatis.

Ad iuga ſolis equi: nec dum ipſe aſcenderat axem:
Sed prorupturis rutilabant æquora flammis.
Ex igit e ſtratis corpus vultuqꝫ ſereno
Scipio contendit maſſyli ad limina regis
Illi mos patrius fœtus nutriſſe leonum
Et catulis rabiem: atque iras expellere alendo
Tum quoque fulua manu mulcebat colla: iubaſqꝫ
Et fera tractabat ludentum interritus ora:
Dardanium poſtq̃ ductorem accepit adeſſe:
Induitur clamydem regnique inſigne vetuſti
Geſtat leua decus: cinguntur tempora vitta
Albente: ac lateri de more aſtringitur enſis.
Hic in tecta vocat: ſecretiſque ædibus hoſpes
Septrigero cum rege pari ſub honore reſidunt
Tum prior his infit terræ pacator iberæ.
Prima mihi domitis pyrenes gentibus ire
Adtua regna fuit properantem & maxima cura
O ſceptri venerande ſyphax: nec me ęquore ſæuus
Tardauit medio pontus. non ardua regnis
Quęſumus aut inhonora tuis: coniunge latinis
Vnanimum pectus: ſociuſqꝫ accede ſecundis.
Non tibi maſſylæ gentes extentaque tellus
Syrtibus & latis proauita potentia campis
Amplius attulerint decoris: q̃ romula virtus
Certa inuicta fide: & populi laurentis honores.
Cętera quid referam? non vllis ſcilicet vlli
Aequus cælicolum qui dardana læſerit arma.
Audiuit læto maſſylus & annuit ore:
Complexuſque virum: firmemus proſpera dixit
Omnia: nec votis ſuperi concordibus abſint.
Cornigerumque iouem tarpeumqꝫ ore vocemus
Et ſimul extructis ceſpes ſurrexerat aris.
Victimaque admotæ ſtabat ſubiecta bipenni:
Cum ſubito abruptis fugiens altaria taurus
Exiliȷ vinclis. mugituque excita late
Impleuit tecta: & fremitu ſuſpiria rauco
Congeminat: trepida terrorem ſparſit in aula:
Vittaque maiorum decoramen fronte ſine vllo
Delapſa attractu nudauit tempora regis.
Talia cęlicolæ: caſuro triſtia regno
Signa dabant: ſęuique aderant grauia omnia fati.



Hinc fractum bello regem ſolioque reuulſum.
Tempus erit cum ducet agens ad templa tonantis.
Qui tunc orabat ſocialia fœdera ſupplex
His actis repetit portum: puppemque ſecundo
Dat vento: & notis reddit ſe ſcipio terris.
Concurrunt auidæ gentes: varioſque ſubacta
Pyrene miſit populos: en omnibus vna
Concordes regem appellant: regemque ſalutant.
Scilicet hunc ſummum norunt virtutis honorem:
Sed poſtq̃ miti reiecit munera vultu
Auſonio non digna viro: patrioſque viciſſim
Edocuit ritus: & romam nomina regum
Monſtrauit neſcire pati: conuerſus in vnam
Quę reſtat curam: nullo ſuper hoſte relicto:
Et latium ſimul & vulgum betiſque tagique
Conuocat: ac medio in cœtu ſic deinde profatur.
Quando ita cælicolum nobis propenſa voluntas
Annuit: extremo libys vt deiectus ab orbe
Aut his occideret campis aut axe relicto
Heſperio: Patrias exul luſtraret harenas
Iam veſtra tumulos terra celebrare meorum
Eſt animus: pacemque dare expoſcētibus vmbris
Mente fauete pari: atqꝫ aures aduertite veſtras
Septima cum ſolis renouabitur orbita cœlo:
Quique armis ferroque valent quique arte regēdi
Quadriiugos pollent currus: quis vincere planta
Spes eſt. & ſtudium iaculis impellere ventos
Adſint. & pulchræ certent de laude coronæ.
Præmia digna dabo: & tyria ſpolia inclyta præda.
Nec quiſq̃ noſtri diſcedet muneris expers.
Sic donis vulgū laudumque cupidine flammat.
Iamqꝫ dies prędicta aderat cœtuque ſonabat
Innumero campus ſimulataſque ordine iuſto
Exequias rector lachrymis ducebat obortis
Omnis iber: omnis latio ſub nomine miles
Dona ferunt: tumuliſque ſuper flagrātibus addūt.
Ipſe tenens nunc lacte ſacro: nunc plena lyeo
Pocula: odoriferis aſpergit floribus aras:
Tum manes vocat excitos: laudeſque virorum
Cum fletu cantat. veneratur facta iacentum.
Inde refert ſeſe circo: & certamina prima

Fractum: victum a Scipione ſyphacem. Solio: proprio regno. Repetit portum: Scipio fœdere iacto cum ſyphace profectus ex aphrica die. iiiȷ. portuꝫ carthaginis ingreſſus eſt. Notis terris hiſpaniæ. Summum honorem: appellando ſcilicet regem Munera: nomen regis.

Auſonio romano: quoniam Romani oderant maxime nomen regium. ideo dixit Scipio: regium nomen alibi magnum romæ autem intolerabile eſſe.

Patrios romanos peroſos regiam dignitatem. Quando ita cælicolum. oratio Scipionis ad milites. Orbe extremo: hiſpania: quæ eſt ad occidentem. Vmbris: manibus patris & patrui. Orbita: curſu ſolis. Liuius ait Scipio carthaginem ad vota ſoluenda diȷs munuſqꝫ gladiatorum quod mortis cauſa patris patruiqꝫ parauerat edenduꝫ rediȷt. Simulatas exequias: fictam pompam exequiarum cuꝫ imaginibus ac ſi cadauera ſuorū illic comburenda fuiſſent. ludi funebres inquit Liuius additi ſunt ſpectaculo gladiatorum ꝑ copia & prouinciali caſtrenſi apparatu. Tumulis rogis ardentibus. Manes: patris: & patrui euocat. Laudes virorum: habuit orationem funebrem in illorum honorem: quod primus apud romanos: inſtituit Valerius publicola in funere. L. Bruti. Circo ī quo erant celebrandi ludi. Mobile vulgus: inconſtans multitudo ſpectatorum. Fores: exitus carcerum ex quibus equi emittuntur ad curſum repagula vt Sex. Pompeius ait: ſuntque patefaciendi gratia ita figuntur vt e contrario oppugnentur repagula dicimꝰ obſtacula quæ pro carceribus ſunt. Sigeo: ſono tubæ: ideſt poſtquam emiſſi fuerunt equi e carceribus.

Toto cornu:vix equi extulerãt
totum pedem e carceribus a mo/
tis repagulis-Ore.verbis & fauo-
re.Proni:exprimit habitum eorũ
qui fauebant currentibus & eos
oculis proſequebantur. Idem:
qui ſequuntur ore currus magna
voce alloquũť ipſos equos:hortã
turq; ad curſum vt fit. Nulli nõ
ideſt ardor & ſtudium reddidit
omnis pene inſanos. Præceptis
ideſt monent ipſos currentes.An
tiqui ſtabuli: generoſitatis ipſoꝝ
equorum. Noua:prima ad cur
ſum. Cruda : viuida .& adhuc
habilis ad curſum. Lampon cal
laicus.equus adductus a callaicis
populis. Pręcepto limite :occu-
pato primo ſtadij loco arbitrabã
tur iam partam eſſe victoriã quia
tenebat primum locum in curſu:
ſed hi qui hanc artẽ callebant ali
ter putabant. Damnare.damna
bant illum primum impetum: &
effuſas eſſe omnes vires quæ ſũt
moderandę. Cirne:cirnus erat
auriga melampodis equi:pãcha-
tes erat ſecundus equus: & rege-
batur ab ibero. Ciniphio peloro
equo nutrito apud ciniphios de
quibus dictum eſt. Rector:ipſe
durius. duo erãt equi pelorus: &
camphaſus durius regebat pelo-
rum Atlas camphaſum. Clau-
ſum ferrum: frenum.ideſt nõ mã
debat frena ore ſanguineo.pelo-
rus autem erat patiens freni.
Non vnquam:ideſt nunq̃ ipſe pe
lorus deuius ſinuabat effuſum id
eſt laxius vagantem currum:quo
niam cum pareret frenis adhære
bat metæ quam luſtrabat. & ſic
minus ſpatium occupãs facile ſu
perabat.currebant quippe circũ
metam. vnde Horatius: Metaq;
feruidis euitata rotis. Stringe/
bat quaſi tangebat metam. Tra
mite læuo.ſiniſtro curſu. Inte/
rior : adhærens metæ quod cum
ſit in leuam eſt reuolutio. Mul-
ta:longa.Plurimus iubæ:habens
longam iubam demiſſam per col
lum:Ludentis.diſcurrentis.

Inchoat:& rapidos curſus proponit equorum.
Fluctat æquoreo fremitu rabieque fauentum
Carceribus nondum reſeratis mobile vulgus.
Atque fores oculis & limina ſeruat equorum.
Iamq; vbi prolato ſonuere repagula ſigno:
Et toto prima emicuit vix vngula cornu:
Tollitur in cœlum furiali turbine clamor.
Proniq; ac ſimiles certantibus ore ſequuntur
Quiſq; ſuos currus:magnaq; volantibus idem
Voce loquũtur equis:quatitur certamine circus
Certantũ:ac nulli mentem non abſtulit ardor.
Inſtant pręceptis:& equos clamore gubernant.
Fuluus harenoſa ſurgens tellure ſub vndas
Erigitur globus:atq; operit caligine denſa
Cornipedumq; vias:aurigarumq; labores.
Hic ſtudio furit acris equi:furit ille magiſtri
Hos patriæ fauor:hos accendit nobile nomen
Antiqui ſtabuli:ſunt quos ſpes grata fatiget:
Et noua ferre iugum ceruix:ſunt cruda ſenectus
Quos iuuet:& longo ſonipes ſpectatus in æuo.
Euolat ante omnis:rapidoq; per aera curſu
Callaicus lampon fugit:atq; ingentia tranat
Exultans ſpatia:& ventos poſt terga reliquit.
Conclamant:plauſuq; fremunt:votiq; peractã
Maiorem credunt præcepto limite partem.
At quis interior cura & prudentia circi
Altior effuſas primo certamine voces
Damnare:& caſſis longe increpitare querelis
Indiſpenſato laſſantem corpora niſu:
Quo nimius:quo cirne ruis? nam cirnus agebat.
Verbera dimitte:& reuocata moderatus habenas
Heu ſurdas aures:fertur ſecurus equorum.
Nec meminit quantum campi decurrere reſtet.
Proximus a primo diſtans quantũ æquore currus
Occupat ipſe loci tantum:ſed proximus ibat
Aſtur panchates:patrium frons alba nitebat
Inſigne:& patrio pes omnis concolor albo.
Ingentes animi:membra aut procera:decuſq;
Corporis exiguum:ſed tum ſibi fecerat alas
Concitus:atq; ibat campo indignatus habenas.
Creſcere ſublimem:atq; augeri membra putares.



Cinyphio rector radiabat fronte peloro
Camphaſus:ipſe aſper:nec qui ceruicis amaret.
Applauſe blandos ſonitus:clauſumq; cruento
Spumeus ad morſu gauderet mãdere ferrum.
At docilis freni & melior parere pelorus.
Non vnquam effuſum ſinuabat deuius axem.
Sed leuo interior ſtringebat tramite metam.
Inſignis multa ceruice.& plurimus idem
Ludentis per colla iubę:mirabile dictu.
Nullus erat pater zephyri noua flamina campis
Vectonum eductum genitrix effuderat harpe
Nobilis.hũc durius ſtimulabat in æquore currũ
Caucaſus antiquo fidebat atlante magiſtro:
Ipſum ętola vago diomedi condita tyde
Miſerat.exceptum troiana ab origine equorum
Credebant:quos æneæ ſimoentis ad vndas
Victor tydides magnis abduxerat auſis.
Iamque fere.medium euecti certamine campum
In ſpacia addebant:niſuſq; apprendere primos
Panchates animoſus equos:ſuper altior ire
Et præcedentem iam iamque aſcendere currũ
Pone videbatur:curuatiſq; vngula prima
Callaicum quatiens pulſabat calcibus axem.
At poſtremus atlas:ſed non & ſegnior ibat.
Poſtremo durio pacis de more putares.
Aequata fronte & concordi currere freno.
Senſit vt exhauſtas qui proximus ibat iberus.
Callaicas cernit vires:nec vt ante ſalire
Præcipitem currum:& fumantes verbere cogi
Aſſiduo violenter equo:ceu morte procella
Cum ſubita ex alto ruit:vſque ad colla repente
Cornipedum protentus:& in capita ardua pendẽs
Concitat ardentem quod ferret lora ſecundus.
Panchaten:voceſque addit cum verbere mixtas.
Tene aſtur certante feret quiſq̃ æquore palmam
Erepto? conſurge:vola per labere campum.
Aſſuetis velox pennis decreſcit anhelo
Pectore conſumptus lampon:nec reſtat hianti
Quem ferat ad metas iam ſpiritus:hęc vbi dicta:
Tollit ſe ſonipes:ceu tunc e carcere primo
Corriperet ſpatium:& nitentem opponere lęuos



Vectonum:populorum hiſpaniæ
apud quos equæ aperto ore in Ze-
phirum verſæ concipiunt. Edu-
ctum:nutritum.Harpe:equa mater
ipſius pelori. Nobilis durius: al-
ludit ad durium amnem qui habet
ramenta auri.ſupra dixit.Hinc cer-
tant pactole tibi duriuſq; taguſque.
Antiquo : iam ſeni & aurigandi
perito. Vago. erranti. errauit enĩ
Diomedes poſt euerſum ilium :&
condidit in hiſpania tyden denomi
natam a nomine patris vt dictum ẽ.
Aeneæ :Diomedes pugnauit cũ
ænea.& illi equos abſtulit a quibus
hoc genus equorum in hiſpania ꝓ
pagatum fuerat apud tyden maxi-
me conditam a Diomede.lege Ho
merum. Magnis auſis: quoniam
congreſſus fuerat cum ænea: & ve-
nerem vulnerauit. vt canit Home-
rus. In ſpatia addebant:currebant
per ſpacia circi.Virgilius. Addũt ſe
in ſpatia.nec audit currus habenas:
Currum præcedentem ſcilicet
quem trahebat lampon callaucis.
Vngula prima :prima pars vngu
lę id eſt iam pede percutiebat pedẽ
equi pręcedentis. Nõ ibat ſegnior:
pares erant hi duo in curſu campha
ſus & pelorus. Callaicas vires :lã
ponis equi callaici. Protentus:ex
tendens ſe ſuper colla equorum.
Pendens : incumbens ſuper capita
equorum vt fit quoniam eſſet ſecun
dus in curſu. Tene :verba iberi ad
panchatem equum : qui venerat ex
aſturia. Aequore : ſpatio in ipſo
curſu.Conſurgere:erige te in curſu
Anhelo : defatigato. Socios iuga
les:trahebat alios equos qui ſecum
erant ligati ad eundem currum. iõ
eos appellat iugales. In orbem:in
gyrum nunc voluebãt ſe in dextrã:
nunc ad ſiniſtram : vt alter alterum
impediret.tandem durius per tranſ
uerſum obiecit currum atlanti ſe-
ni:& ſic proſtratus eſt.Dexter:a par
te dextra. Propulit:deiecit currum
atlantis.

Aut æquare gradus cyrnum poſt terga relinquit.
Confremit & cœlo:& percuſſus vocibus altis.
Spectantum circus :fretur ſublime per auras
Altius attollens ceruicem victor ouantem
Panchates:ſocioſque trahit prior ipſe iugales
At poſtremus athlas durius poſtremus in orbem
Exercent artes:leuosnunc appetit ille.
Conatus:nunc ille premit:certatque ſubire
Dexter:& alterni nequicquā fallere temptant.
Donec confiſus primæuæ flore iuuentæ.
Obliquum durius conuerſis pronus habenis
Oppoſuit currum:atque euerſum propulit axem
Athlantis ſenio inualidi:ſed iuſta querentis
Quo ruis? aut qui nā hic rabidi certaminis eſt mos?
Et nobis & equis læthum commune laboras.
Dūque ea proclamat perfracto voluitur axe.
Cernuus:ac pariter fuſi miſerabile campo
Diſcordes ſternūtur equi:quatit æquore aperto
Lora ſuis victor:mediaque pelorus harena
Surgere nitentem fugiens athlanta reliquit.
Nec longum cyrni defeſſos prendere currus.
Hūc quoq; cūctātem:& ſero moderamina equoꝝ
Diſcentem rapido præteruolat incitus axe.
Impellit currum clamor voceſque fauentum.
Iamq; etiam dorſo atque humeris trepidātis iberi
Ora ſuperpoſuit ſonipes:flatuſque vapore
Terga premi:& ſpumis auriga caleſcere ſentit
Incubuit campo durius:miſitq; citatos
Verbere q̄drupedes:nec fruſtra eq̄re videtur:
Aut etiam ęquauit iuga pręcedentia dexter.
Attonitus tum ſpe tanta genitore pelore
Te zephyto eductum nunc nūc oſtendere tempus
Diſcant qui pecudū ducunt ab origine nomen:
Quantum diuini præcellit ſeminis ortus.
Victor dona dabis:ſtatueſque altaria patri.
Et ni ſucceſſu nimio lętoque pauore
Proditus elapſo foret inter verba flagello.
Forſan ſacraſſet zephyro quas vouerat aras.
Tum vero infœlix veluti delapſa corona
Victoris capiti foret in ſe verſus ab ira
Auratam medio diſcindit pectore veſtem.

Cernuus:præceps. Nec longum ſcilicet erat:ideſt parū aberat a cyrno cuius equi erant iam defeſſi. Sonipes : pelorus iam ponebat os ſuper dorſum panchatis. Auriga :iberus. Genitore pelore:verba durij ad pelorum equum zephiri flatu conceptum. Pecudum: animalium & equorum. Diuini ſeminis: quoniam ex vento conceptus erat pelorus. Patri: zephiro. Nimio ſucceſſu.gaudio & etiaꝫ pauore qui ex lætìcia oriebatur excidit flagellum durio : & ſic palmam amiſit. Corona: prima gloria victoriæ. Subducto verbere: amiſſo flagello equi nō parebant aurigæ. Lora inania.nō inferentia dolorem. Arduus effuſas:deſcribit panchatem victoria geſtientem. Mollia:flexibilia.Superbi:tumidi & victoria elati.attollebat greſſus præ lætitia:& altius ſolo ingrediebatur cum gaudio crura reponens

Par donum: bipennis data eſt omnibus indifferenter :ſed primus iberus habuit equum quē ſyphax ſcipioni muneri muneri dederat. Quæ multa iacet: quoniam ingens præda erat i caſtris romanorum victorijs parta. Gentilis:hiſpani.nam athlas erat hiſpanus ex vectonibus populis.



Ac lacrimæ ſimul & queſtus ad ſydera fuſi.
Nec iam ſub ducto parebat verbere currus.
Pro ſtimulis dorſo patiuntur inania lora.
Interea metis certus iam laudis agebat.
Seſe panchates:& præmia prima petebat.
Arduus effuſas lenis per colla per armos
Ventilat aura iubas:tum mollia crura ſuperhi
Attollens greſſus magno clamore triumphat
Per donum ſolido argento celata bipennis
Omnibus:ac vario diſtantia cætera honore.
Primus equum volucrē maſſyli munera regis
Haud ſpernenda tulit:tulit hinc virtute ſecundus.
E tyria quæ multa iacet duo pocula pręda.
Aurifero perfuſa tago villoſa leonis
Terga feri:& criſtis horrens ſidonia caſſis
Tertius inde honorē:& poſtrēo munere atlantis
Quamuis perfracto ſenio ſubſederat axe:
Attritum donat victor miſeratus & æuum:
Et ſortem caſus:famulus florente iuuenta.
Huic datur adiuncto gentilis honore galeri
His actis ductor læta ad certamina plantæ
Inuitat:poſitiſq; accendit pectora donis.
Hanc primus galeam.hac acies terrebat iberas
Haſdrubal.hunc enſem cui proxima gloria curſu
Accipiet:cęſo pater hunc detraxit hyempſę.
Tertius extremam tauro ſolabere palmam.
Cętera contenti diſcedent turba duobus
Quiſq; ferox iaculis:quæ dat gentile metallum.
Fulgentes pueri tarteſſos & heſperos ora
Oſtendere ſimul vulgi clamore ſecundo.
Hos tyria miſere domo patria inclyta gades.
Beticus hoc dederat puero cognomen ab amne
Corduba:& haud parco certamine lęta fauebat
Inde comam rutilus:ſed cum fulgore niuali
Corporis impleuit caueam clamoribus omnem.
Eurytus:excelſo nutritum colle crearat
Setabis:atq; aderant trepidi pietate parentes.
Tum lamus & ſicoris proles bellacis ilerdę:
Et theron potator aquæ ſub nomine lœthes.
Quæ fluit īmemori pſtringens gurgite ripas.
Qui poſtq̄ arrecti plantis:& corpora proni

His actis:nunc de curſu hominum. Enſem : quem ſcipio pater Scipionis ademerat hyēpſę a ſe occiſo. Gentile metallum.hiſpanum. Fulgentes pueri: deſcribit pueros qui ſeſe ad pugnam expediebant. Fulgentes ora:formoſi. alludit ad heſperum ſtellam. Tyria domo. quoniam gades : vt dictum eſt tyrij condiderunt. corduba eſt in betica regione Hiſpaniæ.

Haud parco certamine :nam miſit iuuenes qui honori eſſent Scipioni celebranti ludos cum lætìcia. Læta:res lætas: ideſt ipſos ludos & ſpectacula. Rutilus comam: habens comam aurei coloris& corpus candidum. vnde propter pulchritudinem clamores omnium excitauit. Setabis oppiduꝫ hiſpaniæ de quo ſupra. Sycoris:eſt fluuius prope ilerdaꝫ a quo denominatur hic iuuenis. Bellacis:hoc dicit poeta reſpiciens ad bellum ciuile.ſupra dixit.nec quæ dardanios poſt vidit ilerda furores. Potator aquæ : ideſt accola lęthes fluui hiſpani de quo ſupra.

Immemori gurgite:aqua quæ obliuionem inducit. Aeſtu: cupiditate laudum. Spatium campum ad ſonum tubæ. Exiluere:emicuere ad curſum velocius ſagittis emiſſis ab arcu. Exturbante corda: impellente. Ire leues:agiles ad curſum. Strīgit vegiſtia:ſuo pede premebat pedes euryti præcedentis. Prima planta:prima parte pedis. Cyllenida plantam :pedis Mercuri habentis talaria.

Sua per veſtigia: quoniam aſſequebatur eum pedibus. Tantis alis: tãta velocitate teronis. Quartus: ipſe tartheſſus. Nequicquam: fruſtra. laborat inquit in caſſũ tarteſſus: ſi tres primi tenuiſſent ſuuꝫ curſum. Tres: eurytus: heſperus & Theron. Fratremꝗ: heſperum. therõ erat medius iter tartheſſum & heſperum. Plenum iræ: iratum ꝗ a therone ſuperaretur. Vnus erat ſuper: iam ſupererat vnus eurytus & vicinitas metæ incendebat ipſos currentes grauioribus ſtimulis. Aegros: timentes ſuperari: & ſuſpenſos animo. Labor: & pauor ademerant vires. tamen id robur quod vterqꝫ habebat ad victoriã: & vltimum conatum aduocabat: ſed heſperus theronẽ coma retardauit: & ſic euritus ad palmam emicuit. Breuia conamina: quoniam parum iam diſtabant a meta. Vterqꝫ: eurytus & theron. Euadit: præterit. Patrio: hiſpano. Hinc grauiora virum: nunc de gladiatorio munere: de quo Liuius. gladiatorum ſpectaculum fuit nõ ex eo genere hominũ ex quo laniſtis cõparare mos eſt ſeruorũ de letu ac liberorum qui habent ſanguinem venalem voluntaria omnis: & gratuita opera pugnantium fuit. nam alij miſſi a regulis ſũt ad ſpecimen inſitæ virtutis oſtendendum. alij ipſi profeſſi ſe pugnaturos in gratiam ducis alios æmulatio & certamen: vt prouocarent ꝓuocati ve: vt non abnuerent traxit. Creuere. pugnauere. inde cernere & decernere ferro. apud Virgiliuꝫ ideſt pugnare. Martigena e vulgo: bellicoſo hiſpano. Sueti laboris: quoniam hiſpani ſunt aſſueti dimicatiõibus & bellis. Hos inter gemini. Liuius ait: quidam quas diſceptando cõtrouerſias finire nequiuerant: aut voluerant. pacti inter ſe: vt victorem res ſequeretur ferro decreuerunt. neqꝫ obſcuri generis homines: ſed clari: illuſtreſqꝫ & corbis & orſua patrueles fratres: de ciuitatis principatu ambigẽtes ferro ſe certaturos ꝓfeſſi ſũt. Iras Scipio ſedare voluit: illi martẽ iu-

Pulſanteſqꝫ æſtu laudum exultantia corda
Accepere tuba ſpacium exiluere per auras.
Ocius effuſis neruo exturbante ſagittis.
Diuerſa & ſtudia & clamor: pendentqꝫ fauentes.
Vnguibus atqꝫ ſuos: vt cuiqꝫ eſt gratia anheli
Nomine quemqꝫ ciẽt: grex inclytus æquore fertur:
Nullaqꝫ tranſmiſſa veſtigia ſigna tharena.
Omnes primæui flauentiaqꝫ ora decori.
Omnes ire leues: atqꝫ omnes vincere digni.
Extulit incumbens medio iam limite greſſum
Eurytus: & primus breuibus ſed primus abibat
Præcedens ſpacijs: inſtat non ſegnius acer
Heſperos: & prima ſtringit veſtigia planta
Progreſſę calcis: ſatis eſt huic eſſe priori.
Huic ſperare ſat eſt fieri ſe poſſe priorem
Acrius hoc tendunt greſſus: animiqꝫ vigore
Corpora agunt: auget pueris labor ipſe decorem
Ecce leni niſu poſtremoque agmine curſus
Poſtquam ſat viſum ſibi concepiſſe vigoris:
Celſus inexhauſtas effundit turbine vires.
Non expectato ſubituſqꝫ erumpit ad auras.
Pręuehitur theron: credas cyllenida planta
Aethereo nexis curſu talaribus ire.
Iamqꝫ hos: iamqꝫ illos populo mirante relinquit
Et modo poſtremus nunc ordine tertia palma
Heſperon infeſtat ſua per veſtigia preſſum.
Nec iam quem ſequitur tantũ: ſed prima coronæ
Spes trepidat tantis venientibus eurytus alis.
Quartus ſorte loci: ſed ſi tres ordine ſeruent
Inceptos curſus: nequicquam vana laborans
Tarteſſos fratrem medio therone premebat.
Nec patiens vltra tollit ſeſe æquore theron
Igneus: & plenum præteruolat heſperon irę.
Vnus erat ſuper: & metæ propioribus ægros.
Vrebat finis ſtimulis quaſcunqꝫ reliquit
Hinc labor hinc penetrãs pauor in pręcordia vires:
Dum ſperare licet: breuia ad conamina vterqꝫ
Aduocat: ęquatur curſus: pariterqꝫ ruebant.
Et forſan gemina meruiſſent præmia palma
Peruecti ſimul ad metas ni terga ſequutus
Theronis fuſam late per lactea colla



Heſperos ingenti tenuiſſet ſęuus ab ira
Traxiſſetqꝫ comam: tardato lętus ouanſqꝫ
Eurytus euadit iuuene: atqꝫ prælia victor
Emicat: & galeę fert donum inſigne coruſcæ.
Cętera promiſſo donata eſt munere pubes.
Intonſaſqꝫ comas viridi redimita corona
Bina tulit patrio quatiens haſtilia ferro.
Hinc grauiora virum certamina: cõminus enſis
Deſtrictus: belliqꝫ feri ſimulacra cientur
Nec quos culpa tulit: quos crimina noxia vitę
Sed virtus animuſqꝫ ferox ad laudis amorẽ
Decreuere pares ferro: ſpectacula digna
Martigena vulgo: ſuetique laboris imago.
Hos inter gemini. quidnam non regibus auſum:
Aut quod iam regni reſtat ſcelus? impia circo
Innumero fratres cauea damnante furorem:
Pro ſceptro armatis inierunt prælia dextris
Is genti mos dirus erat: patriumqꝫ petebant
Orbati ſolium lucis diſcrimine fratres.
Concurrere animis quantis confligere par eſt
Quos regni furor exagitat: multoqꝫ cruore
Exatiata ſimul portantes corda ſub vmbras
Occubuere: pari niſu per pectora adactus
Intima deſcendit mucro: ſuperaddita ſęuis
Vltima vulneribus verba. & conuicia voluens
Dirus in inuitas effugit ſpiritus auras.
Nec manes pacem paſſi: nam corpora iũctus
Vna cum raperet flamma rogus impius ignis
Diſſiluit: cinereſqꝫ ſimul iacuiſſe negarunt.
Cætera diſtincto donata eſt munere turba:
Vt virtus & dextra fuit: ducere iuuencos
Impreſſis dociles terram proſcidere aratris.
Ducere aſſuetos luſtra exagitare ferarum
Venatu iuuenes: quos dat mauruſia præda.
Necnõ argenti nec non inſignia veſtis
Captiuæ precia & ſonipes: & criſta nitenti
Inſurgens cono: ſpolia exuuiæque libyſſæ:
Tum iaculo petiere decus ſpectacula circi
Poſtrema: & metæ certarunt vincere finem
Qua tagus auriferis pallet turbatus harenis
Et glagus inſignis ventos ante ire lacerto:

dicem volebant. cum a tãta rabiæ dirimi nequirent inſigni ſpectaculum exercitui prębuere: documẽtumqꝫ quantum cupiditas imperij maluꝫ inter mortales eſſet. maior corbis vſu armorum & aſtu facile ſtolidas vires orſuæ ſuperauit. Quid non auſuꝫ quaſi dicat reges vt imperare poſſint omnia audẽt: vnde Cæſar ſæpius vſurpabat. ſi violandum eſt ius: gratia regnandi violandum eſt: in omnibus alijs pietatem colas. Gemini. erant. n. patrueles. Circo inumero: frequẽtibus ſpectatoribus: immo exercitu. Cauea. ideſt ipſis ſpectatoribus damnantibus talem furorem. cauea appellatur concauitas ipſiꝰ theatri. ſic etiam circi. & ponitur pro ipſis ſpectatoribus. Pro ſceptro: principatu vniꝰ ciuitatis. Mos durus: mos fuit in hiſpania finiri certamen armis eorum qui volebant regnare. Solium regnum: cum diſcrimine vitæ. Orbati: ſine patre. orſuæ pater: vt ait Liuius. princeps proxime fuerat a fratre maiore poſt mortem eius principatu accepto. Pari niſu: mutuis vulneribus ceciderunt a Liuio diſſentit poeta: qui dicit orſuaꝫ natu minorem cecidiſſe. Dirus: crudelis. morientes hi duo ſe inuiceꝫ conuicijs inceſſebant. Manes: animæ ſeruarunt etiam in morte diſcordiam: vt de ætheocle ac polynice canit Papinius. Turba: gladiatorum ſcilicet. Mauruſia prę da punica. Libyſſę: libycæ. Tũ iaculo: nunc de iaculatoribus qui vltima ſpectacula fuerunt. Vincere: ſuperare iaculis metaꝫ & ſignũ poſitum. Brunus: erat primus iaculator: habebatqꝫ claros natales: & erat tagi accola aureas habentis harenas. Auis: maioruꝫ ſtemmate clarus. Pallet: propter colorem auri. Inſignis: clarus: & peritus. Lacerto: iaculo lacertis impulſo. Acontheus: tanto impetu emittebat haſtilia vt cerni nõ poſſent. Fugiſſe: euolaſſe per aerem propter fugam rapiendam. Indibiliſqꝫ: hic regulus fuit ſueſſanorum & illergetum in hiſpania

qui diu cum romanis pugnauit.nam contra .P. Scipionem huius ſcipionis patrem.vij.& quingenta ſueſſanorum in aciem eduxit. Iam ſocius tpe.ſ.ſcipionis ludos celebrantis indibilis &mādonius frēs cū omni populorum manu relicto aſdrubale ſcipioni occurrerunt:& in amicitiam ſocietatemqꝫ recepti ſunt:& fœdere ab his accepta fides ſed poſt diſceſſum ſcipionis iterū excitarunt bellum. Victiqꝫ ſunt ab īperatoribus.L. Lentulo &.L.Mālio in pugna indibilis cecidit cum.xiii.milibus hominū.Mādonius dum per legatos deditionē tentat in concilium venit ibi captus cū cæteris principibus pœnas dedit. Latinis.i.pugnare cum romanis.Deprendere:vulnerare. Burni:ſerua noie damū burno data eſt tingēdis lanis docta. Murice:purpura getulica. At quē ꝓxima honorāt p̄mia :hoc eſt ſecundū præmiū.Illerdes accepit puerū qui curſu ſuperabat.damas Vicinā metæ:burrus metā tetigerat.Illerdes adegit haſtā metæ vicinā:&ideo ſecunda p̄mia ipſum ornarunt. Tollere:vincere:& perimere.Nullā non:affirmare.i.vincere oīs damas.tertia victoria habuit canes.Germanus ducis.L.Scipio.Iacentū.ſcipionū.Tulit.habuit a ſcipione.Multiplicis auri.multiplicatis lamis aureis ex quibus torax cōficitur.Iugales equos aſtures.Vmbris.manibus patris & patrui. Subite frondes.hoc tractū eſt ab hiſtoria romuli qui haſtam ex palatio in auentinū cōtorſit quæ creuit in magnā arborem cornū.hæc haſta ſcipionis creuit in quercum:quoniam ſcipio liberaturus erat romā &oēm italiam reuocato annibale in aphricam & ſuperato : ciuium liberatores querna corona donabantur quæ ciuica dicebatur.Præſagi.futura prouidentes. Portendere.ſignificare. Repetit auſoniam.Scipio pulſis ex hiſpania carthaginēſibus.L.Lentulo&.L.Manlio prouincia tradita cum.x.nauibus romam redijt.Ducēte triumphum.fama ſcipionis triumphante.īpe enim non triūphauit:quoniam ſine magiſtratu rem geſſerat. Nec latium curis.comitijs conſularibus omnes centuriæ ingenti fauore.P.Scipionem conſulem dixerunt cum.P. Licinio craſſo pōtifice maximo.oēs fere ſcipioni perinde ac in italia debellatū eēt prouiciam aphricam deſtinarunt:quod ſcipio vel maxime cupiebat:ſed Fabio.obſtitit cum ſenioribus. Latium.ipſa roma caput latij.Faſces.conſulatū Iuueni.ſcipioni. Nec bello proſpera turba.ipſi ſenes propter longam rerum experientiam timentes. Nec proſpera.non fauens. Ancipiti periculoſo bello:&dubio &ſic pattū prudentia laudatur :qui nil temere agendum putabant.

Cepta.talem in aphricam profectionem cum videretur latijs rebus periculoſa.

Et cuius nunq̄ fugiſſe haſtilia cerui
Prærapida potuere fuga venator aconteus.
Indibiliſqꝫ diu lætus bellare latinis.
Iā ſocius:volucreſqꝫ vagas deprendere nube
Aſſuetus iaculis idem & bellator ilerdes
Cui ludus nullam curſu non tollere damam
Tertia palma habuit gemios īſignis acōteus
Nec timidos agitare canes latratibus aprum
Quos poſtq̄ clamor plauſuſqꝫ ꝓbauit hono
German⁹ ducis atqꝫ effulgēs lelius oſtro (res
Nomina magna vocant læti maneſqꝫ iacentū
Atqꝫ haſtas ſimul effūdūt:celebrare iuuabat
Sacratos cineres:atqꝫ hoc decus adder̄ ludis.
Ipſe etiam mentis teſtatus gaudia uultu
Ductor vt ęquauit meritis pia pectora donis
Et frater thoraca tulit multiplicis auri:
Lelius aſturica rapidos degente iugales
Contorquet magnis victricem viribus haſtā
Conſurgens:vmbriſqꝫ dari teſtatus honorē
Haſta volans mirū dictu medio incita cāpo
Subſtitit ante oculos:& terræ īfixa cohæſit.
Tum ſubitę frondes celſoqꝫ cacumine rami
Et latam ſpargēs quercus dū naſcitur vmbrā
Ad maiora iubent pręſagi tendere vates.
Id monſtrare deos:atqꝫ hoc portender̄ ſignis
Quo ſuper augurio pulſis de littor̄ cūctis
Heſperio pœnis cultor patrięqꝫ domuſqꝫ
Auſoniam repetit fama ducente triumphū.
Nec latium curis ardet flagrantius vllis
Quā iuueni libyā & ſūmos permitter̄ faſces.
Sed frigent animis nec bello proſpera turba
Ancipiti ſenior temeraria cœpta vetabant.
Magnoſqꝫ horrebant cauta formidie caſus:
Ergo vbi de lato conſul ſublimis honore
At patres conſulta refert:deturqꝫ poteſtas
Orat delendę carthaginis altius orſus:
Hoc grādeua modo fabius pater ora reſoluit
Haud eqdē metuiſſe queā ſatiatus & æui.
Et decoris:cui tā ſupereſt & gloria & ętas
Ne credat nos inuidiæ certamie conſul
Laudibus obtrectar̄ ſuis:ſatis iclyta nomen



Geſtat fama meū:nec egēt tā ꝓſpa laude
Facta noua:ueꝝ & patrię dū vita manebit
Deeſſe nephas:aīmqꝫ nephas ſcelerar̄ ſilēdo:
Bella noua in libyæ moliris ducere terras.
Hoſtis enim deeſt auſonia:nec vicere nobis
Eſt ſatis ānibalē? petitur quę gloria maior.
Littore eliſeo ſtimuli ſi laudis agunt nos.
Hāc ſegetē mete cōpoſuit ꝓpioribus auſis
Dignū te fortuna parem.vult itala telus
Ductoris ſibi vult tādē haurire cruorem
Quo martē āt quo ſigna trahis? reſtiguer̄ pri
Ardētē italiā:tu feſſos obuius hoſtes (mū ē
Deſeris:ac ſeptem denudas ꝓditor arces
An cū tu ſyrtin ac ſteriles vaſtabis harenas
Nō dira illa lues notis iā mœib⁹ vrbis
Aſſiliet? vacuūqꝫ iouē ſine pube ſine armis
Inuadet? quāti ē vt cedas:romāqꝫ reliquas
Emerito:ac tanti perculſi fulmine belli:
Siccine te vt nuper capua ē accitus ab alta
Fuluius ęquoreis libyę reuocabinus oris?
Vince domi:&trinis mœrentē funera luſtris
Auſoniam purga bello:tū tēde remotos
In garamātas iter:naſamoniacoſqꝫ triūphos
Non licitũ:vel cũ ferrem in capitolia flãmas
Tarpeij iouis ad manes deſcendere tælo.
Talia dum mœret diuerſis flatibus acta
In geminũ ruit vnda latus:puppiq; ſub atris
Aequoris aggeribus tenuit:ceu turbie merſã
Mox nigris altę pulſa exundantis harenę
Verticibus ratis ęthereas remeauit ad auras.
Et fluctu s ſupra vẽto librante pepẽdit.
At gemias notus i ſcopulos atq; horrida ſaxa
Dura ſorte rapit miſerãdũ & tricte biremes.
Increpuere ictu proræ.tũ murice acuto
Diſſiliens ſonuit rupta compage carina
Hic varia añ oculos facies natat æquor̃ toto
Arma inter galeaſq; virũ criſtaſq; rubentes
Florentis capuæ gaza & ſepoſta triumpho
Laurẽs præda ducis.tripodes mẽſæq; deoꝝ.
Cultaq; nequicq̃ miſeris ſimulacra latinis.
Cum venus emoti facie conterrita ponti
Talibus alloquitur regẽ maris:hoc ſatis irę
Interea genitor ſatis ad maiora minarum
Cætera parce precor pelago.ne tollat acerba
Hoc carthago decus nullo ſuperabile bello
Progenuiſſe caput:noſtroſq; in funera pœni
Aeneades vndis totoq; eguiſſe profundo.
Sic venus:& tumidi cõſidũt gurgite fluctus
Obuiaq; aduerſis propelluntagmina caſtris.
Dux vetus armoꝝ ſcituſq; accendere corda
Laudibus ignifero mentes furiabat in iram
Hortatu:decoriſq; vrebat pectora flammis.
Tu mihi flamminij portas rorantia cęſi.
Ora ducis:noſco dextrã:tu primus in ictus



Ingentis pauli ruis:ac defigis in oſſa
Mucronem:tibi pugnacis geſtantur opima
Marcelli: graccuſq; cadens tibi proluit ẽſem.
Ecce manus quæ te pulſantem belliger appi
Mœnia ſublimis capuę de culmine muri
Excelſo fuſa moribundũ pertulit haſta.
Ecce aliud fulmẽ dextræ:quo nobile nomẽ
Fuluius excepit non vnũ pectore vulnus.
Huc prima te ſiſte acie:cui conſul in armis
Criſpinus cecidit metu cõmitante per hoſtes
Qui vobis memini ad cannas lętiſſimus iræ
Seruili fers ora ducis ſuffixa veruto
Cerno flagrãtes oculos:vultumq; timẽdum
Non ipſo minus enſe tuum fortiſſime pœnũ
O iuuenis qualem vidi cum flumine ſęuo
Inſignis træbiæ cõplexũ ingentibus vlnis
Merſiſti fundo luctantem vana tribunum
At tu qui gelidas ticini primus ad vndas
Scipiadæ patris tinxiſti ſanguine ferrum
Incepta exequere:& nati mihi redde cruorẽ
Horreſcamne ipſos veniant ad pręlia diuos:
Cum ſtetis turmæ: vidi certantia cœlo
Cũ iuga calcaſtis ſũmas volitare ꝑ alpes.
Cũ videã quoꝝ ferro manibuſq; capaces.
Arſere argyripę cãpi nũ ſegnior ibis
Nũc mihi qui primus torquẽs in mœnia tęlũ
Dardana nec noſtrę facilis cõcedere laudi
Te vero te te extimulem:qui fulmina cõtra
Et nimbos tonitruſq; ac ſũmi nominis iras
Cum ſtarem perferre ferox ac vana iubebas
Nubila: & ante ducẽ capitolia celſa petebas.
Quid vos quis claro deletũ ẽ marte ſagũthũ
Exhorret :quos nobilitant primordia belli:
Vt meq; & vobis dignũ defendite quæſo
Pręteritas dextræ laudes diuũ ipſe fauore
Vincẽdoq; ſenex patria poſt trina labãtem
Luſtra:& non viſos tam lõga ætate penates.
Ac natum & fide iam pridem coniugis ora
Confiſus vobis repeto:non altera reſtat
Iã libyæ:nec dardanijs pugna altera reſtat.
Certatus nobis hodie dominũ accipit orbis.
Annibal hæc:ſed non patiẽs remorãtia verba

Flammis:ardore ac cupiditate. Decoris: laudis & gloriæ decoriq; ſeruandi. Tu mihi flaminij.oratio Annibalis hortãtis milites ad operam patriæ nauandam:ne poſt tot victorias in vltimo actu perdãt decorum:& partam gloriam. Mihi: ad meam gloriam o miles inquit qui flaminium interfeciſti adſis in prima acie vt referas ſpolia ſcipionis. Appi : vertit ſermonem ad Appium : qui ad capuam cecidit cum muros aſcenderet deiectusab hoſte. Chriſpinus collega marcelli. Lætiſſimus iræ:qui adeptus es lætitiam propter iram quia interfeciſti Seruilium. Pœnum pœnorum. Tribunum .L. Fuluium qui cecidit ad Trebiam.Scipiadæ patris :ad Ticinum fuit vulneratꝰ Scipio : vt dictum eſt. Nati.huius Scipionis illius filij. Certantia cœlo:erecta vſq; ad cœlum. Cum videaꝫ.Horreſcam ne inquit cum videam vos qui omnem apuliam ferro igniq; vaſtatis. argiripa oppidum apulię cond tum a Diomede. Capaces:ampli patentes. Nec docilis concedere noſtrę laudi : ideſt qui me laudibus æquas. nec ſcis cedere noſtræ gloriæ.Fulmina contra:hoc dicit propter tẽpeſtatem quam paſſi fuerant ad portas vrbis. Ante ducem:me q̃ eram dux. Primordia belli: primũ bellum ſagunthinum. Natum: aſparem. Coniugis:himilces.Cõfiſus vobis : fretus fortitudine veſtra o milites huc redij : vt patriæ laboranti adeſſem.Certatus nobis hodie inquit orbis terrarum ꝓ quo certauimus dominum accipiet :& orbis erit prẽmiũ certaminis. Ad effatus.ad prima verba ducis petebant ſignum pugnæ. Qui te mẽtis edunt morſus : verba iouis ad iunonem. Morſus: curæ quę cor mordent &vrunt :inde curæ dictæ

Fatalia regna:romana quæ fatis ita volentibus imperare debent. Quis modus :quis finis. & menſura voti cuius vt fiat compos oẽius faſq; violat. Cadmea:carthaginenſi.

Iuuenem annibalē. Immiſti:imiſiſti. Cōponere gentē:redigere ad modū atq; mediocritatem ipſos pœnos omnia conturbantes. Ianua belli :alludit ad tēplum iani quod in pace clauſū erat. piſo in annalibus tradidit ædificatū fuiſſe templū a Numa pompilio iter forū romanum & boarium iano gemino & ab eodem cōſtitutum vt eius porta clauſa ſignificaret pacē:aperta bellū:clauſa fuit ſuo tēpore:& primo bello punico finito luctatio conſule:inde finitis bellis ciuilibus ſub auguſto. appellabatur hæc porta ianualis cū ſigno iani qui appellabatur ianus quirinus quia eſſet bellorū potens. Trāquillus in auguſto ait : ianū quirinū ſemel atq; iterum in condita vrbe ante memoriā ſuam clauſum in multo breuiore temporis ſpacio terra mariq; pace parta clauſit. Gratia lāguet:qm̄ non eſt mihi inquit ea gratia apud te q̄ quondā eſſe ſolebat: & cecidit iam primus amor. Languet:fit minor. Fila ſororum.i.contra fata. Cineres troiæ: ex ſtomacho loquitur.i.ipſi romani oriundi a troianis reliquijs græcorum: & incēdio abſumptis imponāt leges carthagini.

Remittas:dones ei vitam nec ſinas eū capi a romanis. Stent etiā:petit ne carthago euertatur. Contuſa malis. tot calamitatibus afflicta &vexata. Fracto nomine ſidonio:amiſſa fama quā de orbis imperio querebant. Noſtro honori:qm̄ iuno illic imprimis colebatur placabat̄q; humano ſanguine. Do ſpacium muris. vaticinatur iuppiter quicquid futurum eſt de carthagine quā ſcipio æmylianus in tertio bello punico euertit atq; incendit: ideo ait:do ſpaciū muris.

Quatenus:quandiu &quouſq; fatis placet indulgere carthagini. Sub pari noie ſcipio nepos per adoptionem huius ſcipionis qui victo annibale carthaginem ad tributū redegit. Miſcere hic ſydera. conabitur annibal liberatus hoc prœlio miſcere cœlum mari.i.conturbare oia: & hoc dicit propter antiochū quem fecit hoſtes populo romano. Redeuntib⁹ renouatis. Saturnia regna :italiam. Romulei iuuenis:Scipionis. Statuit : conſtituit fata carthagini & annibali Alta merces:magna .erat enim pręmium victoriæ ipſe orbis. De magno nomine: fama nomen ipſius Annibalis erat terror. Benę cognitus : quem romani fue-

Auſonius miles quatiens dux cœperat ora
Soluere ad effatus ſignum pugnamq; petebat.
Hęc procul aeria ſpectantē nube ſororem
Vt vidit diuum genitor:mœſtoſq; ſub acri
Obtutu vultus:ſic ore effatus amico eſt.
Qui te mentis edunt morſus? da noſcere coniunx.
Non pœni caſus ducis & carthaginis angit
Cura tuæ? ſed enim reputa tecum ipſa furores
Sidonios:gentem contra & fatalia regna
Teucrorum:quis erit quæſo germana rebelli
Fractis fœderibus populo modus? ipſa malorum
Non plus carthago tulit exhauſitq; laboris
Quam pro cadmea tu exercita gente tuliſti
Turbaſti maria:ac terras :iuuenemq; ferocem
Immiſti latio tremuerunt mœnia romę.
Perq; bis octonos primus fuit annibal annos
Humani generis. tempus componere gentem.
Ad finem ventum:& claudenda eſt ianua belli
Tum ſupplex iuno:neq; ego mutare laborans
Quis eſt fixa dies pendenti nube reſedi.
Nec reuocare acies bellūq; extendere quęro
Quæ donare potes. quoniam mihi gratia lāguet
Et cecidit iam primus amor. nil fila ſororum
Aduerſus poſco:vertat terga annibal hoſti.
Et placet & cineres troię carthagine regnent.
Illud te gemini per mutua pignora amoris
Et ſoror & coniunx oro tranare pericla
Magnanimum patiare ducem:vitæq; remittas:
Ne ve ſinas captum auſonias perferre cathenas.
Stent etiam contuſa malis mea mœnia fracto
Nomine ſidonio. & noſtro ſeruentur honori.
Sic iuno:& breuiter contra ſic iuppiter orſus.
Do ſpacium muris:vt vis carthaginis altę
Stent lacrymis precibuſq; tuis:ſed pręcipe cōiunx
Quatenus indulſiſſe vacet:non longa ſuperſunt
Fata vrbi:venietq; pari ſub nomine ductor
Qui nunc ſeruatas euertat funditus arces.
Aetherias quoq; vti poſcis trahat annibal auras
Ereptus pugnæ:miſcere hic ſydera ponto
Et terra implere volet redeuntibus armis.
Noui fœta viri belli pręcordia:ſed lex
Muneris hęc eſto noſtri:ſaturnia regna



Ne poſt hac videat. repetas neue amplius vnq̄
Auſoniā nunc inſtanti raptum auehe lœtho
Ne ſi miſcebit latis fera prælia campis
Romulei nequeas iuuenis ſubducere dextrę.
Dum ſtatuit fata omnipotens vrbiq; duciq;
Inuadunt acies pugnam: & clamore laceſſunt.
Sydera non alio grauiores tempore vidit
Aut populos tellus:aut qui paria arma mouerent
Maiores certare duces: diſcriminis alta
In medio merces:quicquid tegit vndiq; cœlū
Ibat agenoreus pręfulgens ductor in oſtro
Excelſumq; caput penna nutante leuabat
Criſta rubens:ſęuus magno de nomine terror
Præcedit :latioq; micat bene cognitus enſis
At contra ardenti radiabat ſcipio cocco
Terribilem oſtentans clypeum quo patris & vna
Cœlarat patrui ſpirantes pręlia dira
Effigies flammam ingentem frons alta vomebat.
Sub tanta cunctis vi telorumq; virumq;
In ducibus ſtabat ſpes &victoria ſolis.
Quin etiam ſubigit fauor vt plerūq; metuſue
Scipio ſi libycis eſſet generatus in oris
Sceptra ad agenoreos eſſent ventura nepotes.
Annibal auſonia genitus ſi ſede fuiſſet
Haud dubitant terras itala in dictione futuras
Contremuere aurę rapido vibrantibus haſtis
Turbine & horificam traxere per æthera nubem
Inde enſis propiorq; acies & cōminus ora
Ad mota ac dira flagrantia lumina flamma
Sternitur in medium contemptrix turba pericli.
Quę primis ſe precipitem tulit obuia telis
Gentilemq; bibit tellus inuiſa cruorem.
Feruidus ingenij maſiniſſa & feruidus æui
In primas macetum turmas immania membra
Infert:& iaculo circunuolat alite campum
Cęrulus haud aliter cum dimicat incola tyles.
Agmina falcifero circūuenit acta couinno.
Graia phalanx patrio denſarat more cateruas.
Innixiſq; aſtat nulli penetrabilis haſtis.
Immemor has fci poſt fœdus in arma philippus
Miſerat. & quaſſam refouebat agenoris vrbem.
Rareſcit multo laxatus vulnere miles

erant in italia experti. Cocco:paludamento coccineo vt moris erat romanorum ducum : coccum nunc appellam⁹ granam& roſatum. Spirantes:præſe ferentes pręlia. fuerant enim duo fulmina belli & erant ſcipioni numinum inſtar. Frons alta:ipſius ſcipionis videbatur radiare: Li.ait:adeo celſus hic corpore vultuq; ita læto:vt viciſſe iam crederes dicebat. Subigit: cogit credere atque ingreditur mentes ipſorum militum. Vt plerumq;.ſcilicet ſit vt fauor & metus cogant homines diuerſa ſentire credereque : & per hoc oſtenditur pręſtantia ipſorum ducum. Nepotes agenoreos.i. imperium orbis peruenturum ad carthaginenſem. Ditione itala. ideſt totum orbem in poteſtate Romanorum. Nubem : quam fecit multitudo haſtarum. Gentilem: ipſorum aphrorum. Macetum turbas: milites quos philippus macedonum rex miſerat in auxilium annibalis cum quo iūctus erat fœdere:vt dictum eſt.

Cærulus aut aliter maſiniſſam acies hoſtiles vaſtantem comparat illis qui falcato curru denſa circunſerant agmina. Cærulus:maris cerulei incola. thyle eſt inſula oceani britānici vltima iſularum quæ orcades dicuntur. Falcigero : habenti falces quæ obuios ſecāt & ad latus accedentes. Couinno: plauſtro ſiue curru: eſt enim couinnus vehiculi genus. Phalanx:proprie loquutus eſt cum phalanx vocabulum macedonicum ſit. Patrio more:macedonico ritu:nam phalanx multitudine militum denſa erat : & qui erant in phalange vtebantur vmbone. vnde Iuuenalis:Sed illos defendit numerus iūctæq; vmbone phalanges. & Syllius dicit phalangem nullis haſtis fuiſſe penetrabilem. Immemor pacti: quod prius habuerat cum romanis. Has: cateruas. Poſt fœdus :quod cum Annibale philippus percuſſerat. Vrbem carthaginem conditam ab agenoreis.

Periuria graia:ipſos macedones periuros : quoniam ruperant fœdera. Reſignat:aperit & laxat ipſam phalangem denſam:& quaſi ſignatam & clauſam. Labenti æuo.in ſenecta. Pelleum : ex pella vrbe macedonię patria magni alexandri. Latios:ipſos bruttios qui Annibalem ſequuti fuerant.

Sylarum: nomen deductum a fluuio

ſylaro lucaniæ. Caudin⁹. nomē acceptum a caudini furcis: quę ſunt in ſamnio: caudinis: & ſarris erāt ex brutijs. Vir. & aman⁹ ex romanis. Noti habitus. qa cgnoſcebant illos eē italos ꝓpter habitus: & vocē. ergo habitus accēdebāt iras romanoꝝ. Qualis in ęſtiferis: Annibalē furentē & pugnā inſtaurantē comparat ſerpenti qui virus effūdit. Colla fœta: plena veneno. ſic annibal attollens caput vociferabatur. Aeſtiferis: torridis quoniam inhabitabilis eſt illa regio ꝑpter ſolis ardores & ſerpentes. Paretonius: libycus ab oppido paretonio ſiue loco de quo dictum eſt. Continuo: Annibal ſtatim interemit herium Marrucinum cogitantem illum conficere. theate oppidum & caput marrucinorum de quo dictum eſt. Clarum theate: quoniam erat caput gentis: & dicatum cælicolum matri: vt ſupra cecinit. Nitēti magnum: qui magnam rem moliebatur. infeſta quippe haſta ibat in annibalem. Arrecto: intento: & qui erigebatur ad laudem crœſi ducis. Proles barcę: annibal cuius pater barca cognominabatur. Vmbris: inferna ſede. Abigat. pellat a ſe ꝙ romanis pepercerim poſt ſuā cædem. Libys: annibal ruens in prælium vertit per longum ſpatiū hoſtes in fugam. adeo erat terribilis incutiebatq; terrorem hoſti: vt tonitrua omni generi animantium. Labat: ruit ipſum cælum. Oborta lux. coruſcationes. Viritim: ſingulis viris. Perculſis: ipſis mortalibus animo conſternatis audito fulmine viſiſq; coruſcationib⁹. Proiecit in ora: coegit eos fugere & ſic poſt terga vulnus accipientes cadebant in faciem quod turpiſſimum eſt. Horum. aliquorum fortitudo: & vera virtus dedit pectora. Gradiuo. i. pugnæ & enſi: vt viros fortes decebat: qui aduerſo pectore vulnera excipiunt. Ductor rheteius: Romanus Scipio quem marti comparat ſyllius. Hebrum. fluuiuꝫ thraciæ. getæ etiam vt dictum eſt: mixti fuerunt thracibus.

Atq; aperit patulas proſtrato corpore late
Inter tela vias: irrumpit mole ruinæ
Auſonius globus: & periuria graia reſignat.
Archemorū ruilus teucꝝ norbanus & ābos
Mantua labenti genitrix dimiſerat æuo.
Obtruncat ſamiū bellacis dextra caleni.
At clytium ſelius: pelleū & vana tumentem
Ad nomē patrię clytium: ſed gloria pelle
Haud valuit miſero defendere daunia tela
Seuior his latio vaſtabat bruttia ſigna
Lęlius increpitans. adeo ne œnotria tellus
Deteſtanda fuit: quā per maria aſpera perq;
In ſanos tyrio fugeretis remige fluctus?
Sed fugiſſe ſatis furit: latio ne cruore
In ſuper externas petiti perfundere terras?
Hæc dicens ſilarum meditantē in prẹlia tælo
Præuenit: haſta volans imo ſub gutture ſedit
Et vitę vociſq; vias ſimul incita clauſit
Virgilio caudinus: acerbo ſatis amano
Sternitur: accendunt iras: vultuſq; virorum
Armorūq; habitus noti: & vox conſona liguæ
Quos vbi nutantes conſpexit amilcare cretus
Terga fugæ. ſtate ac noſtram ne prodite gētē
Vociferans ſubit: & conuertit prẹlia dextra.
Qualis in æſtiferis garamātū fœta veneno
Attollit cāpis feruenti paſtus harẹna
Colla parethonius ſerpens: lateq; per auras
Vndantē torquet perfundēs nubila tabem.
Continuo infeſta portantē cuſpide vulnus
Impedit anteuolans herium cui nobile nomē
Marrucina domus clarumq; theate ferebat
Atq; illi magnū nitēti & laudibus hoſtis
Arrecto capuli ad finē manus incita fodit:
Qẹurebatq; miſer morienti lumine fratrem.
Cum iuuenis ſubit & lẹtho ſtimulatus acerbo
Pleminius ſeuum mucronā ante ora coruſcat.
Ac fratrem magno minitās clamore repoſcit.
Huic proles barcę: germanū reddere vero
Si placet: haud renuo: maneāt mō fœdera nr̄a
Aſdrubalē reuocar̄ vmbris: ego ne aſpa ponā
Vnq̄ in romanos odia? aut mā ſueſcer̄ corda
Nr̄a ſinā? parcamq; viro: quem terra crearit



Itala? dum manes inimica ſede repellat
Eterna: ſocioq; abigat me frater auerno
Sic ait: & clypei propulſum pondere toto
Lubrica qua tellus lapſantis ſanguine fratris
Fallebat niſus: proſternit: & occupat enſe.
Extendit labens palmas heriumq; iacentem
Amplexus iuncta leniuit morte dolorem.
Tum libys inuadi mixtę certamina turbę
Conuertiq; ruens per longum hoſtilia terga.
Vt cum fulminibus permixta tonitrua mundum
Terrificant: ſūmiq; labat domus alta parentis
Omne hominū terris trepidat genus: ipaq; oborta
Lux atrox micat: & prẹſens aſtare viritim
Creditur intento perculſis iuppiter igne.
Parte alia ſeu ſola forent diſcrimina campo
Qua miſcebat agens truculentus ſcipio martem
Aſpera pugna nouas varia ſub imagine lẹti
Dat formas. hic enſe iacet proſtratus adacto.
Hic ſaxo perfracta gemit lachrimabilis oſſa
Atq; hos turpe pauor fuſos proiecit in ora.
Horum aduerſa dedit gradiuo pectora virtus
Ipſe ſuper ſtrages ductor rheteius inſtat.
Qualis apud gelidum currus quatit altior ebrum
Et geticas ſoluit feruenti ſanguine mauors
Lætus cæde niues: glaciemq; aquilonibus auctam
Perrumpit ſtridens ſub pondere belliger axis
Iamq; ardore truci luſtrans fortiſſima quęq;
Nomina obit ferro: claris ſpectata per orbem
Stragibus occumbit late inter tela iuuentus.
Qui muros rapuere tuos miſeraſq; nephandi
Principium belli fecere ſagunthe ruinas.
Qui ſacros thraſimene lacus: phaetontia quiq;
Polluerant tabo ſtagna ac fiducia tanta
Quos tulit: vt ſuperum regi ſoliumq; domoſq;
Irent direptum: mactantur cōminus vno
Exitio: redduntq; animas: temerata ferebant
Qui ſecreta deum: & primo reſeraſſe negatas
Greſſibus humanis alpes: formidinis huius
Plena acies propere retro examinata ruebat.
Haud ſecus ac tectis vrbis vulcania peſtis
Cum ſeſe in fudit: rapiduſq; incendia flatus
Ventilat: & volucres ſpargit per nubila flammas.

Nefandi ſuſcepti ab Annibale contra fœdus. Phaetontia ſtagna: padū propter pugnam ad ticinum & trebiam qui in padum emittunt. Tanta fiducia: vt auderent tendere ad vrbem vt deijcerent iouem capitolinum e ſede tarpeia. Secreta deum. violata deorum ſacra quoniam ſpoliauerunt templum feroniæ & iunonis laciniæ in bruttijs quod ad eum diem inuiolatum fuerat. Ruebat: fugiebat dabatq; terga Scipiōi vt vulgus fugit incendium. Erumpit: euolat ex domibus. Teneri. occupari ſtrage vulgarium militū. Iam Scipio appetebat Annibalem qui tanti erat vt etiā ſi carthago cecidiſſet: & omnis exercitus nil actū eſſet a romanis ſi is viueret. Profectum: ideſt nullam vtilitatem eſſe italię. Effigiem latiam. formā Scipionis: imitatio eſt Virgilii. Attollit: erigit quemadmodum habebat Scipio honorem: paludamentum coccinum. Fulgentis: rubri. Sine corpore quoniam vmbra erat: & fantaſma. Simulatus iunoni: imago ſcipionis ſimulata a iunone

Ales.velox imago Scipionis. Cæco. non viſo mihi. Cur latet monſtro ſub falſa Scipionis imagine. Secundus .propitius italiæ non eripies mihi Scipionem inquit vlla arte. Auſpicium. principium & ſignum vt pugnarent. Ingloria fata.inhonoratam mortem: & quæ potius timidi eſt q̃ hominis fortis. Compendia grata. breue iter ad locum vbi pugnatur. Patres.ſenatores. Cælata.ipſa Iuno ſub forma paſtoris. Interea cadmea manus .ipſi milites carthaginenſes abſēte Annibale vt poeta fabulatur.

Attonitū erumpit ſubita formidīe vulgus.
Latæq; vt capta paſſim trepidatur in vrbe
Verū vbi cunctari tedet diſperſa virorum
Prælia ſectantē & leuiori marte teneri:
Omnes in cauſā belli autoremq; malorum
Vertere iam vires tandē placet ānibal vnus
Dū reſtet:non ſit muris carthaginis ignis
Subdatur:ceciq; cadant exercitus omnes
Profectū latio:contra ſi concidat vnus
Nequicq̄ fore agenoreis cūcta arma:viroſq;
Illum igr̄ luſtrans circūfert lumina campo.
Rimaturq; ducē iuuat in certamina ſumma
Ferre gradū: cuperetq; viro concurrere tota
Spectante auſonia:celſus clamore feroci
Prouocat īcrepitās hoſtē & noua ꝓlia poſcit
Quas poſtq̄ audiuit voces conterrita iuno
Ne libyci ducis impauidas ferrētur ad aures
Effigiem informat latiā:propereq; coruſcis
Attollit criſtis: addit clypeūq; iubaſq;
Romulei ducis:atq; huēris īponit honorem
Fulgētis ſaguli dat greſſus habituſq; ciētis
Prælia:& audaces addit ſine corpore motus.
Tum par effigies fallacis imagine vana
Cornipedis moderāda cito per deuia paſſu
Belligeræ datur:ad ſpeciē certaminis vmbræ.
Sic pœni ducis ante oculos exultat & vltro
Scipio iunoni ſimulatus tela coruſcat.
Ac viſo lætus rectore ante ore latino:
Et tandē propius ſperās ingētia pœnus:
Quadrupedi citus īponit velocia membra.
Et iacit aduerſā properati turbinis haſtam.
Dat terga:& cāpo fugiens volat ales imago.
Tranſmittitq; acies:tū vero vt victor & alti
Iā compos voti ferrata calce cruentat
Cornipedē:& largas pœn⁹ cadit aſꝑ habenas
Quo fugis oblitus nr̄is te cedere regnis?
Nulla tibi libyca latebra eſt o ſcipio terra.
Hæc ait:& ſtricto ſequitur mucrone volantē
Donec longinquo fruſtratū duxit in arua
Diuerſa ſpatio ꝓcul a certamine pugnæ.
Tum fallax ſubito ſimulacrū in nubila ceſſit.
Fulmineus ductor quis nā ſe lumine cæco



Compoſuit nobis inquit deus? aut latet idē
Cur mōſtro? tātū ne obſtat mea gloria diuis?
Sed non auelles vnquā quicūq; ſecundus
Cælicolum ſtas auſoniæ:non artibus hoſtem
Eripies verum nobis:frena inde citatis
Cōuertit furibundus equis:cāpūq; petebat.
Cū ſubita occulto peſtis collapſa tremore.
Cornipedis moles ruit:atq; efflauit anhelo
Pectore iunonis curis in nubila vitā.
Tū vero impatiens veſtra ē hæc altera eſtra.
Fraus īquit ſuperi:non fallitis æquor̄ merſū
Texiſſēt ſcopuli:pelaguſq; hauſiſſet & vndæ
Anne huic ſeruabar læto:mea ſigna ſecuti
Quis pugnæ auſpicū dedim⁹:cedūtur & ab (ſēs
Accipio gemit⁹:voceſq; & verba vocātū
Annibalē:quis nr̄a ſatis delicta piabit
Tartareus torrēs? ſic̄ hæc fundebat:& vna
Spectabat dextrā:ac læti feruebat amore.
Tū iuno miſerata virum:paſtoris in ora
Vertitur:ac ſyluis ſubito procedit opacis.
Atq; his alloquitur verſantē inglorια fata.
Quæ nam te ſyluis accedere cā ſubegit
Armatū noſtris? num dura ad prælia tendis
Magnus vbi auſoniæ reliquos domat ānibal
Si velox gaudes ire:& cōpēdia grata (armis?
Sūt tibi:vicino in medios te tramite ducā.
Annuit atq; onerat promiſſis pectora largis
Paſtoris:patreſq; docet carthaginis altæ.
Magna repēſuros:nec ſe leuiora daturum
Præcipitē & vaſto ſuperantē ꝓxima ſaltu
Circūagit iuno:& fallēs regione viarum.
Nō gratā inuito ſeruat celata ſalutem.
Interea cadmea manus deſerta pauenſq;
Nō vllū annibalē nuſq̄ certamia cernit
Sequi nota ducis:pars ferro occūbere credunt.
Pars dānaſſe aciē.& ſuperis ceſſiſſe ſiniſtris.
Ingruit auſonius:verſoſq; agit æquore toto
Rector: iāq; ipſæ trepidāt carthaginis arces.
Impletur terrore vago cuncta aphrica pulſis
Agminib⁹.volucriq; fuga ſine marte ruentes
Tēdūt attonitos extrema ad littora curſus.
Ac tartheſſiacas profugi ſpargūtur in oras.

Siniſtris.aduerſis.Verſos.ſ.in fugā perſequebatur Scipio. Tarteſſiacas.oras hiſpaniæ ad oceanum vbi eſt tarteſſus. Domos batti.cyrenaicā regionē .Flumina lagi.nilum a lago patre Ptolemæi.Sic vbi vi cæca.famā huius cladis ſparſā latius cōparatione ꝓbat: queadmodū inquit ſeres populi orientis hn̄tes arbores lanigeras vidētes cineres in ſuis arborib⁹ intelligūt arſiſſe veſbiū montē cāpaniæ q̄uis ab ipſis lōga terræ mariſq; intercapedine diſtet.ſic remotæ gētes:& natiōes intelligebāt cladē pœnoꝝ illis narrantibus q timore ꝑulſi fugiebant. Vi cæca.occulta potētia: qm̄ accendit̄ ignis in viſceribus mōtis vēto agēte invenas ſulphureas. Tandē.poſt magnū cōflictum ipſoꝝ ventoꝝ in venis terræ. Paſtos ꝑ ſæcula.nutritos in viſceribus mōtis per multos annos. Monſtꝝ.rē mirā videt̄ quippe mōſtroſum eſſe ꝙ arbores orientis caneſcāt cinere auſonio Caneſcere.albeſcere. Gargani.hoc dicit ꝓpter pugnā cānenſem. Vada.trāſimenū. Amnē phaetontis padus. Proſtratis.cæſis militibus punicis. Cannas.gloriā meā cæſis romanis in pugna cānenſi. Decedes regnis.prius amittes tu cælum o iuppiter q̄ ego nomē reꝝ a me geſtaꝝ:hæc impietas cōuenit ānibali ꝑfido & irato. Patriæ.ſ.meæ ero ſupſtes ad ſpes armoꝝ vt.ſ.cōtra te bellū inſtauret̄ Tibi reſidēt hoſtes:o Roma inqt tibi hoſtes cadūt.nā ꝑcellis hac pugna & victrix es :ſed mihi ſatis erit quo ad vixero terrori eſſe italiæ: nec ero in patria ne conditionibus pacis aſtringar : & aufugit carthaginenſium ſociourmq;. inquit Li.cæſa ſunt eodie ſupra milia.xx.par ferme numerus captus eſt cum ſignis militaribus. cxxxiiij. victores ad decem mil.cecidere. Annibal cum paucis equitibus elapſus iter tumultum adrumētum ꝓfugit oia & in ꝓlio:añ aciem priuſq̄ excederet pugna exptus : & cōfeſſiōe ēt Scipiōis oiumq; ꝑitoꝝ militiæ illā laudē adept⁹ ſingulari arte aciē eo die iſtruxiſſe. ānibal poſtea carthaginē accitus.vi.& .xxx.āno poſtq̄ puer ide ꝓfect⁹ erat faſſus ī curia eſt nō ꝓlio mō ſe ēe ſed bello victū nec ſpē ſalutis alibi q̄ ī pace ponēdā ēe. Annibale igit̄ autore legati ad pacē petēdā miſſi ſūt. Lælius romā a ſcipiōe mittit̄ victoriæ nūcius. interea ſupat̄ verramia fili⁹ ſyphacis q cū exercitu auxilio pœnis veniebat. Reſerāt̄ ꝓtin⁹ arces.cū Scipio caſtra hēret ad tuneta.xxx.legati carthaliñeſiñ ad eū venerūt:qb⁹ ſcipio cū dixiſſet vt tot cladib⁹ edocti tandē deos:& iuſiurādū eſſe crederēt.cōditiōes pacis dictæ ſūt vt carthaginenſes liberi ſuis legibus viuerent:quas vrbes quoſq; agros : quibuſq; finibus ante bellum tenuiſſent.populandiq; finem eo die romanus faceret:ꝑfugas fugitiuoſq; & captiuos omnis redderēt romanis.naues incēderēt.bellū iniuſſu po

puli ro.nõ gereret.Maſiniſſę res redderẽtfœduſ
q́ꝫ cũ eo facerẽt.x:mil.talenta deſctipit pẽſioni-
bus æquis in annos.L.ſoluerent obſideſq́ꝫ cẽruꝫ
Scipionis arbitratu darent:nec minores. xiiij.ã
nis nec.xxx.maiores Belua.elephãtus. Exceſæ
rates.naues carthaginenſium inqt Liui.prouec
tas in altum incendi iuſſit. quingẽtas fuiſſe oĩs
generis quæ remis agerentur quidam tradunt:
quaꝝ conſpectum repente incendiũ tã lugubre
fuiſſe pœnis q̃ ſi tum ipſa carthago arderet: bel
lum hoc punicum ſecundũ auſpiciũ habuit poſt
primũ annis tribꝰ&.xx.P.cornelio Scipione.T.
Sempro. Gracco cõſul.finitũ eſt.xvii.ãno. Gn.
Cornelio.Lentulo:&.P.Helio peto cõſul.Nere
us.ipſe deus maris.Cõpos.Scipio adeptus glo-
riam imortalem roma rediit.Primus.Liuius ait
aphricanũ cognomẽ militarispriꝰ fauor an popu
laris aura celebrauerit :an ſicuti fœlicisſyllę ma
gniq́ꝫ Põpeij patruꝫ memoria cœptũ ab aſſenta
tatione familiari ſit paꝝ cõpertũ habeo .primꝰ
certe hic iperator noievictę a ſe gentis eſt nobili
tatus. exemplo deide huius nequaq̃ victoria pa
res inſignes imaginũ titulos claraq́ꝫ cognomina
familię fecerũt.Securus ſceptri.victorię a ſe par
tæ.Sublimi.ampliſſimo clariſſimoq́ꝫ oium triũ-
phorum qui ante id tẽporis fuerant. pace terra
mariq́ꝫ parta.P.Scipio regi maſiniſſæ auitum re
gnum reddidit additis vrbibus quæcunq́ꝫ in po
teſtatẽ po.ro.ex regno ſyphacisveniſſẽt:exercitu
in naues ipoſito in ſiciliã traiecit iter p italiã fa-
ciẽti obuiã magna frequẽtia itũ eſt.& clariſſimo
triũpho vrbẽ inuectus. Argenti tulit i ærariũ põ
do.c.milia&.xxiij.militibꝰ q̃drageẽos ęris diuiſit.
Syphax morte ſubtractꝰ ſpectaculo magiſq̃ glo
riæ paulo ante apud tybur deceſſerat:quo ab al
ba traductꝰ fuerat.publico illic funere elatꝰ fuit.
polybius tradit in triũpho ductum.Qu.Teren-
tius culleo pileatus triumphantẽ Scipionem ſe-
quutus eſt.forma triũphi talis fuit coronati mi/
lites precinentibus tibijs fercula pręferebãt ſpo
lijs hoſtium cincta .ligneæ turres ad imaginẽ ca
ptarum vrbiũ p̃latæ ſunt.auꝝ deide: & argentũ
rude:atq́ꝫ ſignatũ:coronæ deide bellica virtute
partæ candidi.boues cũ auratis cornibus & ele-
phanti ſequebantur. poſt primores carthaginẽ-
ſium:& numidarum captiui. Ipſũ imperatorẽ li
ctores ſericis ornati veſtibus p̃ibant. citharedo-
rum ac tybicinum deinde turba inſtar hetruſcæ
pompæ aureis coronis redimiti præcinentes.in
ter quos ridiculusſenex armillis &auro amictus
captis illudebat. currum odores ac thura affla-
bant. Scipio ipſe caput habebat redimitum au-
rea corona lapillis præcioſis : & margaritis or-
nata:& de more patrio geſtabat purpureamve-
ſtem intexto auro ſub effigie ſtellarũ altera ma
nu eburneum ſ eptrum ferẽs altera laurum.ade

Pars batti petiere domos:pars flumina lagi
Sic vbi vi cęca tandem deuictus ad aſtra
Euomuit paſtos per ſęcula veſbius ignes:
Et pelago & terris fuſa ẽ uulcania peſtis
Videre ęoi monſtrũ admirabile ſeres.
Lanigeros cinere auſonio caneſcere lucos
Quẽ feſſum tumulo tandẽ regina ꝓpiquo
Siſtit iuno ducẽ:facies vnde omnis & atrę
Apparent admota oculis veſtigia pugnæ
Qualẽ gargani campũ trebiæq́ꝫ pal udẽ
Et tyrrhena vada:& phaetontis viderat ãnẽ
Strage viꝝ vndantem:talis miſerabile viſu
Proſtratis facies aperitur dira maniplis.
Tum ſuperas iuno ſedes turbata reuiſit.
Iãq́ꝫ ꝓpinquabãt hoſtes:tumuloq́ꝫ ſubibãt
Cũ ſecũ pœnus:cælum licet omne ſoluta
In caput hoc cõpage ruat:terręq́ꝫ dehiſcãt
Non vllo cannas abolebis iuppiter æuo
Decedeſq́ꝫ prius regnis:q̃ nomina gentes
Aut facta ãnibalis ſileãt: nec deide reliquo
Securã te roma mei patrięq́ꝫ ſuperſtes.
Ad ſpes armoꝝ viuã tibi:nã modo pugna
Præcellit. reſident hoſtes mihi ſatq́ꝫ ſuperq́ꝫ
Vt me dardanię matres.atq́ꝫ itala tellus
Dũ viã expectẽt:nec pacẽ pectore norit.
Sic rapitur paucis fugiẽtũ mixtus:& altos
Inde petit retro mõtes:tutaſq́ꝫ latebras.
Hic finis bello reſerãtur protinus arces
Auſonio iã ſpõte duci:iura iproba adẽpta:
Armaq́ꝫ & inciſę leges : opibuſq́ꝫ ſuperbis
Vis fracta:& poſuit geſtatas belua turres.
Excelſę tum ſæua rates ſpectacula pœnis
Flãmiferam accepere facem:ſubitaq́ꝫ ꝓcella
Arſerũt maria:atq́ꝫ expauit lumina nereus.
Manſuri compos decoris per ſęcula rector
Deuictę referens primus cognomia terrę
Securus ſceptri repetit per cærula romã
Et patria inuehitur ſublimi tecta triũpho.
Ante ſyphax feretro r̃ſidẽs captiua p̃mebat
Lumina:& auratæ ſeruabant colla cathenę
Hic hanno clariq́ꝫ genus phœniſſa iuuenta
Et macetũ primi:atq́ꝫ icocti corpora mauri.



rant & pueri virgineſq́ꝫ:habenis equoꝝ hærebant cognati iuuenes:ſequebant̃ currꝰ liberati ciues raſo ca
pite:& pileati omnes.poſt hos ſcribæ ſcriptoreſq́ꝫ:& miniſtri.poſtremo exercitus in turmas diuiſus lauro
redimitus.hac inſigni põpa cũ ad templũ capitolini iouis ventũ eſt laureã in p̃ris ſui iouis gremio poſuit
epulũ amicis vt moris erat in ipſo tẽplo p̃buit.Ante ſyphax.aut poeta ſequit̃ polybiũ qui ſcribit ductũ fuiſ
ſe in triũphũ ſyphacẽ:aut itelligit de imagine ſyphacis:q́ꝫ freto ferebat̃ vt imago carthaginis & Annibalis.
de feretro er ferculo dictũ eſt ſupra.Hanno.q̃ fuerat captus i hiſpania.Phœniſſa iuuẽta.iuuenes carthagi
nenſes capti:habentes claros natales.Primi macetũ.quos philippus miſerat ex macedonia.Incocti corpo
ra.nigri & aduſti ſolis ardoribus.

Tũ nomades:notuſq́ꝫ ſacro cũ luſtrat harẽas.
Ammoni garamas:& ſẽper naufraga ſyrtis.
Mox victas tẽdẽs carthago ad ſydera palmas
Ibat:& effigies oræ iam lęnis iberæ
Terraꝝ finis gades:ac laudibus olim
Terminus herculeis calpe:betiſq́ꝫ lauare
Solis equos dulci conſuetus fluminis vnda.
Frondoſumq́ꝫ apicẽ ſubigẽs ad ſydera mater
Bellorum fera pyrene nec mitis iberus.
Cũ ſimul illidit ponto quos attulit amnes.
Sed nõ vlla magis mẽteſq́ꝫ oculoſq́ꝫ tenebat
Quã viſa annibalis cãpis fugientis ima go.
Ipſe aſtãs curru:atq́ꝫ auro decoratus & oſtro
Martia prębebat ſpectanda quiritibus ora.
Qualis odoratis deſcendens liber ab indis
Egit pampineos frenata tigride currus.
Aut cum phlegreis confecta mole gigãtum
Inceſſit cãpis tangens tyrinthius aſtra.
Salue inuicte parẽs non conceſſure quirino
Laudibus:ac meritis non conceſſure camillo.
Nec vero cum te memorat de ſtirpe deorũ:
Prolem tarpeij mentitur roma tonantis.

Carthago. imago carthaginis. Effigies oræ iberæ. hiſpa
næ quam ſcipio in ditionẽ romanoꝝ redegerat
Iam leuis:q̃m erãt cõtuſi hiſpania a Scipione.
Solis equos. occidentẽ ſolẽ. Mater belloꝝ.q̃m
illic habitantes belliçoſiſſimi erãt : & ſic poeta
per loca q̃ tãgit omnẽ hiſpaniã ſubactã itelligit
& oĩa ſub vno aſpectu ad laudẽ Scipiõis ponit.
Amnes : q̃m iberus octo fluuios in mare defert
Tenebat.oblectabat mẽtes &oculos romanoꝝ
Ipſe.ſcipio. Martia ora. belliçoſum aſpectũ.
Quiritibus romanis.Qualis odoratis. talẽ dicit
fuiſſe triũphantẽ Scipionẽ:qualis bacchus fuit
cum de indis triumphauit cuius curꝝ tygrides
trahebant:aut qualis Herculesvictis gigantibꝰ
in phlegra valle.Odoratis.vnguẽtis:& aromati
busperfuſis:&a qbus odores.&aromata aferũt̃
Pãpineos:pãpinisredimitosCõfecta.vita mole
gygãtea. Phlegra erat vallis theſſalę & vbi fuit
bellũ giganteũ cũ dijs:eſt etiã cãpus phegreus
vt dictũ eſt in campania vbi hercules deleuit
gigantes. Tangens aſtra.ꝓpter heroicam vir
tutem quã habebat vt tranſcenderet naturam
humanã. Salue iuicte parens.adorat poeta Sci
pionẽ autorẽ pacis libertatiſq́ꝫ:ac patriæ ſuæ al
terum cõditorẽ. Vnde nõ cedebat Romulo qui
magis fatis fœliciq́ꝫ auſpicio vrbis Romæ .xi.
kalen.maias fundamẽta iecit. Nec cedebat ca-
millo qui vrbem a gallis occupatã aſſeruit .ſic
Scipio patriã e manibus barbarorum extorſit:
concludens ig.t̃ poeta dicit: o Scipio :cũ roma
iactat te eſſe filiũ iouis capitolini ꝓfecto nõ mẽ
ttur. Immẽſa virtus tua id oſtendit&cõprobat Parens.ſ.vbris.nã pater patrię merito poterat appellari.Qui
rino.Romulo vrbis cõditori. Meritis.quaſi dicat nõ minora ſunt tua merita q̃ fuerint camilli:nec mino-
ris laudes q̃ fuerint romuli.

❡Commentariorum Petri Marſi in Syllium Italicum finis

Auſpicijs tuis inuictiſſime princeps Virgini huic operi bellicoſo extrema manus ipoſita eſt : in quo de
duobus clariſſimis in toto orbe iperatoribꝰ.Scipione:atq́ꝫ Annibale igit̃:q adeo rebus p̃clare geſtisclarue
runt:bellicãq́ꝫ virtutẽ & gloriã cõſequuti ſũt:vt iã nequidẽ ſibi ipſis cõparari poſſẽt. Iccircovictus Annibal
tot victorijs aduerſus populum romanum conſilio armiſq́ꝫ terribilem ſuperbiens quantum gloriæ Scipio-
ni fuerit:& cognomen victæ a ſe ferociſſimæ gẽtis inclytũ :& quãto p̃conio reſtitutor publicæ libertatis &
amator ardẽti virtute decorus Scipio dignus ſit omnibus cõpertũ eſt : & exploratũ:quẽ in armis:oiq́ꝫ offi-
cio te referre quis neſcit:qđ cum ita ſit ardentiſſima virtus tua incorruptis litteraꝝ monumentis celebrari
meretur & debet:aliumq́ꝫ furorẽ poeticum ac ſonoram tubam expoſcit. Interea hæc cõmentariola excellẽ
tiæ tuæ dicata auſpicijs tuis legant̃. Tuoq́ꝫ ſplendore:ac tanti nominis celebritate protegant̃ & quieſcãt:q̃
iterum atq́ꝫ iterũ excellentiæ cõmendo tuæ:cuius honori:communiq́ꝫ vtilitati ad quã tuendam nati ſumꝰ
hoc opus magna ſedulitate:cura:& lucubrationibus aggreſſus ſũ:& ad calcẽ fœlici ſucceſſu decurſũ eſt.

❡Parrhiſijs ex ædibus Nicolai de pratis.xi.kalendas maij anno domini ſupra milleſimũquingente-
ſimum duodecimo;Impenſis vero honeſtiſſimorũ viroꝝ Poncij probi & Franciſci regnault bibliopola[illegible]

ZZ·J·27·